JOHANNIS GERHARDI

Doctoris Theologi,

ANNOTATIONES

poſthumæ

IN

EPISTOLAM

AD

ROMANOS,

& utramq; ad Timotheum.

JOHANNES ERNESTUS GERHARDUS, SS. Theol. D. ac Profeſſor Publicus,

luci dedit, analectis auxit, ac publicæ disquiſitioni

in inclutâ Academiâ Jenenſi

ſubjecit.

Adjecti ſunt Indices Rerum ac Verborum,

nec non dictorum Sc. Sacræ.

IENÆ,

Sumtibus JOHANNIS LUDOVICI NEUENHAHNII,

Bibliopolæ Jenenſis.

Literis JOHANNIS JACOBI BAUHOFERI,

Anno M. DC. LXVI.

VIRIS

Admodùm reverendâ dignitate, eruditionis Theologicæ claritate, religionis ſinceritate, vitæ gravitate, egregiisq; in Eccleſiam CHRISTI meritis maximè conſpicuis,

DN. GABRIELI ELVERING,

Eccleſiæ Revalienſis in Livonia Paſtori primario, ejusdemque ac vicinarum Superattendenti vigilantiſſimo.

DN. IOHANNI SCHELHAMMERO,

Eccleſiæ γνησίως Lutheranæ, quæ Hagæ-Comitum in Belgio eſt, Paſtori itidem primario meritiſſimo.

DN. MATTHIAE LANGIO,

Eccleſiæ CHRISTI apud Sempronienſes in Hungariâ Paſtori primario optimè merito.

DN. ABRAHAMO HEYSEO,

Eccleſiæ Gedanenſis ad S. Johannis Paſtori vigilantiſſimo.

Dominis Fautoribus, Amicis & in Chriſto Fratribus conjunctiſſimis, plurimumque honorandis,

perennem in JESU noſtro felicitatem!

Vnâ hâc Epiſtolâ publicè VOS, plurimùm Reverendi, Ampliſſimique Viri, alloqui placuit. Licet enim locorum intervallis maximè disjuncti ſitis, religionis tamen Orthodoxæ ſtudio, tum verò ſinceriſſimo erga me affectu conjunctiſſimos VOS eſſe ſcio. Non tangam jam, quanta in Eccleſiam CHRISTI merita Veſtra ſint, & hæc quidem eò pulcriora atque extantiora, quò in locis illis, in quibus Supremum Numen cœtûs ſui vigiles VOS conſtituit, majora ſubinde ab Adverſariis pericula illi imminent. Publica de eximiis meritis Veſtris fama loquitur, ac grata teſtabitur poſteritas, quin fidelitatem aliquando Veſtram in decretorio illo die coram toto electorum cœtu commendabit Judex vivorum ac mortuorum, quando juſtitiæ coronam VOBIS, tanquam fortiſſimis athletis, univerſo ſanctorum Angelorum beatorumque hominum choro applaudente, imponet. Illud ſaltem publicè jam nunc deprædicandum duxi, quòd infucatum illum, quo ſemel me complecti amore cœpiſtis, conſtanter hactenus mihi ſervaveritis. Et TU quidem, maximè Reverende Dn. ELVERINGI, ex quo me, cùm quindecim jam abhinc annis, in inclutâ Academia Argentorenſi unus nos apud Dn. D. Dorſcheum, τὸν νῦν ἐν ἁγίοις, convictus jungeret, amicitiâ TUA dignum judicaſti, nihil prius habuiſti, quàm ut de amoris adversùs me TUI conſtantia pariterque ſinceritate, quoties modo aliquis è civibus Veſtris Muſas noſtras Salanas acceſſit, me redderes certiorem. TU verò, pl. Rev. Dn. SCHELHAMMERE, cùm priùs amicitia ſaltem (proxeneta fratre cariſſimo

riſſimo, Dn. Sigiſmundo Schelhammero, hodiè Eccleſiæ Behu-ſanæ Paſtore digniſſimo, Dn. Fautore, Amico, Affine, & in Chriſto Fratre meo cariſſimo,) TEcum Hagæ Comitum, quando iter in Gallias facturus ad ædes Tuas viſerem, mihi intercederet, adeò arcto me complexus amore es, ut ipſe dubitem, num ex affinitate, quæ propiùs nos poſtea junxit, arctius accedere vinculum potuerit: niſi huc trahere velim, quòd multis illuſtribus ſignis incredibilem Tuam liberalitatem mihi ex eo tempore declaraveris, promtiſſimâ nempe manu impertiendo, quæ naturæ partim miracula, partim inſigniora monumenta, ex remotiſſimis Indiis petita, in deliciis hactenus Tuis fuerant. Quam ſicuti munificentiam Tuam nunquam ſat dignis deprædicare laudibus, multò verò minùs de ἀντιδώρῳ cogitare poſſum: ita publicè, quantum obſtrictus Tibi ſim, fateri volui. Tuam verò pietatem, adm. Rev. Dn. LANGI, cùmq; in VVittebergenſi Academia, quæ utrumque noſtrûm octodecim abhinc annis cives, TE verò deinceps & Eccleſiaſtem habebat, boni quique vehementer amarent, juxta & admirarentur, præcipuam fuiſſe cauſam, cur ardentiſſimo TE complexus amore fuerim, quidni fatear? nec minùs tamen & TU infucatum Tuum mihi probare affectum ſatagebas: præcipuè cùm poſterioribus temporibus convictus pariter atq; ædes Lyſerianæ nos inſuper jungerent. Quòd verò tenerrimus ille, quo me tum ſincerè complectebaris amor, nec quicquam detrimenti ceperit, teſtes mihi pluſculæ litteræ TUÆ ſunt, mero amoris melle ſtillantes, quibus etiam in mediis, quæ Hungariam Veſtram ſuperioribus annis angebant, calamitatibus, quàm ſollicitus de me eſſes, exponebas: nec ullus ex Veſtratibus Mu-

ſas hactenùs Salanas ſalutavit, quin litteras ſimul à TE afferret, pretioſa conſtantisſimæ amicitiæ pignora. Quemadmodum verò ſæpiùs me felicem deprædicavi, quòd eô cumprimis tempore inclutæ Academiæ Leucoreæ civis fuerim, quando non eruditorum minùs, quàm plurimorum Studioſorum coronâ pulcerrimè illa florebat: ita illorum me amicitiam affectaſſe, nôn diffiteor. Inter felicores verò Theologiæ amaſios TUUM, perquàm Rev. Dn. HEYSEE, cumprimis tum percrebeſcebat nomen. tantum autem aberat, ut eam TIBI laudem inviderem, ut potiùs eò unicè anniterer, quò TUO me amore dignum præſtarem. Nec anxiè tamen quærendus hic erat: ultrò enim mihi favebas, me amabas, imò amicitiam mihi offerebas: ut neſciam certè, quis prior alterum amare cœperit. Cùm verò latere TE minimè potuerit, quòd nil æquè amoris ſinceritatem, ac conſtantia probet, proinde quàm ſincerus ac quâm conſtans affectus in me TUUS tum fuerit, ſcriptione pariter atque amoris nuncio, per eos, qui ex VESTRIS Muſarum noſtrarum alumni fuerunt, mihi miſſo, teſtari hactenus ſedulò allaboraſti. Atq; hæc, Viri admodùm Reverendi, Amplisſimiq;, amoris in me Veſtri integritas princeps fuit cauſa, quòd publicè VOS alloqui non dubitarim. Sicuti verò nullus prorſus ambigo, VOS affectum, quem erga me ſemel induiſtis, nunquam eſſe exuturos: ita idem hoc VOBIS de me affirmo, quin & tabellâ hac, quam in Mnemoſynes templo ſuſpendo, pariterque eâ pagellas has, quas videtis, clariſſimis VESTRIS nominibus conſecratas eſſe volo, ad id ipſum ſanctè me obſtringo. DEUM Opt. Max. ſeriis iiſque ardentiſſimis veneror precibus, ut VOS magno Eccleſiæ ſuæ ac Rei litte-

litterariæ emolumento quamdiutiſſimè incolumes ac florentes ſervet, concedatque benigniſſimè, ut qvum in mortali hâc vitâ coràm invicem videre atque complecti, nobis penitus denegatum ſit: exacto peregrinationis hujus curriculo, in altera illa ac meliori ſeculis nunquam terminandis rurſus jungamur, divinamque miſericordiàm æternis laudibus celebremus. Jenæ è muſeo paterno d. V. Kl. Aprilis, Anni 1666.

Pl. Rev. V.V.V.V. Ampl.

addictiſſimus

ac

ſtudioſiſſimus

Johannes Erneſtus, J. F.
Gerhardus, D.

* * *

Nomina Dnn. Reſpondentium in Diſputationibus ſuper Annot. in Epiſtolam ad Romanos.

*

M. Petrus Holm/Angermanniâ-Suecus.
M. Jeremias Meierus, Eiſenbergâ-Miſnicus.
Johannes Vogt/Luneburg. Saxo.
Petrus Gangius, Dalkarl. Suecus.
M. Johannes Caſparus Franck/Gothanus.
Caſparus Gieriſch/Sileſius.
Johannes Chriſtophorus Rötinger/Nordlingâ-Suevus.
Hermanus Varenhold/VVeſtphalus.
M. Martinus Nicolai, Killingsh. Holſatus.
Elmericus Wüſten/Rodâ-VValdeccus.
Joh. Valentinus Kleinſchmid/Schmillingsh. VValdeccus.
Michael Bachmann/Schneeberg. Miſnicus.
M. Paulus von der Burg/Stadâ-Bremenſis.
M. Henningus Ernſtius, Calmariâ-Suecus.
Melchior Dörrien/Hildeſ. Saxo.
M. Philippus Zeiſoldus, Miſnicus, P.L.C.
Chriſtophorus Schröder/Lunæburg. Saxo.
Johannes Carolus Gelka, Cadanenſis Bohemus.

IOHANNIS GERHARDI, D. ADNOTATIONES IN SEX PRIORA CAPITA EPISTOLÆ D. PAULI AD ROMANOS.

PROLEGOMENA GENERALIA DE EPISTOLIS PAULINIS.

CAuſa efficiens ſive *Autor* Epiſtolarum *principalis* eſt Spiritus ſanctus, Ut enim ſancti Dei homines (inter quos etiam Paulus Apoſtolus θεόπεμπτος ϗ ἱερο·όλιντος) Spiritu S. inſpirati locuti ſunt, ita etiam ſcripſerunt, 2. Petr. 1. v. 21. proinde Pauli Scriptura æquè eſt θεόπνευστος, ac ipſius doctrina, vivâ voce prædicata, 2. Tim. 3. v. 16. Raptus fuit Apoſtolus Paulus in tertium cœlum ac myſteriorum divinorum cognitionem immediatè ab ipſo Chriſto accepit, 2. Cor. 12. v. 2.

Miniſterialis eſt Paulus Apoſtolus, cui Chriſtus ipſe tribuit hoc elogium, quod ſit σκεῦος ἐκλογῆς *electum Dei organum ad portandum nomen Chriſti coram gentibus & Regibus & filiis Iſrael*, Act. 9. v. 15. per prædicationem ſcil. Evangelii: ſicut olim Levitæ in V. T. portabant arcam Domini de loco in locum. Petrus 2. Epiſt. 3. v. 15. tribuit ipſi σοφίαν, divinam ſcilicet & planè ſingularem, cujus teſtimonium ipſi ferunt Epiſtolæ adhuc reſiduæ. Ipſe Apoſtolus de ſe non falsâ gloriatione, ſed verâ

A con-

confeſſione teſtatur, 1. Tim. 2. v. 7. 2. Tim. 1. v. 11. quòd ſit *prædicator & Apoſtolus, doctor gentium in fide & veritate.* Rom. 11. v. 13. *gentium Apoſtolus.* c. 15. v. 16. λειτουργὸς *miniſter legis inter gentes.* 1. Cor. 15. v. 10. *quod abundantiùs omnibus Apoſtolis laboraverit, quod raptus in tertium cœlum audierit verba* ἄῤῥητα, 2. Cor. 12. v. 2. & 4. Tertullianus lib. 5. contra Marcion. ſub init. ad Paulum accommodat vaticinium Jacobi Patriarchæ. *Benjamin lupus rapax, ad matutinum comedit adhuc, & ad veſperam dabit eſcam.*

Chryſoſtomus octo homiliis Pauli laudes prolixè perſecutus eſt. Ubi confert eum cum omnibus V. & N. T. ſanctis. *Cui te*, ſcribit hom. 8. *ô beate Paule, juſtorum V. T. vel N. audeam comparare? Omnium quippe virtutem quaſi in arca quadam, ſed cum multo prorſus cumulo condidiſti. Deniq; ſi totum contra te aliquis ſingulatim juſtorum appendat chorum, inveniet trutinam virtutum ponderibus à tua parte depreſſam. Paulus enim ſecundus Abel, verùm non ſemel, ſed per dies ſingulos immolatus. Paulus alter Noë, ſed abſq; arca inſurgentes adverſus ſcundas impietatis enavigans. Paulus alter Abraham, non modo à patria vel gente, ſed poſt vocationem ſuam ab ipſa etiam vita prorſus abſciſſus. Paulus alter Iſaac ſponte in hoſtiam colligatus. Paulus alter Jacob, quaſi pro uno quodam totius mundi grege ſemper invigilans. Paulus alter Joſeph, ſpirituali fame tabeſcente mundo veritatis alimenta diſtribuens. Paulus alter Moſes, qui omnes gentes à Tyrannide Diaboli reduxit ad Chriſtum. Paulus alter Aron, totius mundi populis inunctus Sacerdos. Paulus alter Phinees, impietatem Judæorum atq; gentilium, quaſi fornicationem mentium, uno ſidei mucrone confodiens. Paulus alter David, qui velut quendam Goliam in certamine Diabolum provocat. Paulus alter Elias, clarius raptus in cœlos. Paulus alter Heliſæus, qui gentes ab interiore lepræ pollutione mundavit. Paulus alter Ezechias, qui ad unam fidem Chriſti diverſos populos adduxit. Paulus alter Joſias, qui abominationes gentilium diſſipavit & perdidit. Paulus alter Johannes pro Chriſto capite truncatus. Paulus alter Petrus, non de terra, ſed de cœlo vocatus ad credendum. Paulus alter Gabriel, qui Chriſti ortum cunctis gentibus nunciavit. Paulus alter Michael, qui Chriſtianorum Dux eſſe ſortitus eſt. Etiamſi Angelorum, etiamſi juſtorum hominum circumvolem choros, non invenio comparationem, cui non tanquam cumulo meritorum Paulus occurrat*, de laud. Pauli. *Paulus archetypus*

bonorum

bonorum, cui omnem prædicationem, res orbis, myſteria cuncta, univerſamq́; diſpenſationem DEUS conceſſit. Ipſe cœlum, ſolem habens juſtitiæ; ipſe mare ſapientiæ puriſſimum & profundiſſimum. hom. 4. Id. hom. 25. in Act. Apoſt. *Ideo venit ad athletam, ad ducem belli, ad certantem ſingulari duello, ad leonem, nec habeo, quo nomine dignè vocem illum, venit ad canem venaticum leones occidentem, ad taurum fortem, ad facem claram, ad os orbi ſufficiens.* Idem homil. 3. in dictum Apoſt. *Habentes unum Spiritum. Paulinæ Epiſtolæ metalla ſunt, Spiritus & fontes. Metalla quidem, quia quovis auro precioſiores nobis præbent divitias: fontes verò, quia nunquam deficiunt, ſed quantumlibet exhauris, tantundem ac multò amplius rurſus affluit: & hoc evidenter declarare poteſt totum tempus, quod præteriit. Siquidem ex quo Paulus vixit, quingenti jam elapſi ſunt anni, totoq́; hoc tempore multi tum commentatores, tum doctores ac Interpretes multa ſæpe inde exhauſerunt, nec tamen repoſitas inibi divitias exinanire valuerunt. non eſt enim ſenſibilis hic theſaurus, & ideo non conſumitur a multis effodientium manibus, ſed augetur & multiplicatur. Et quid dico de illis, qui ante nos fuerunt? quàm multi poſt nos dicturi ſunt, ac rurſus poſt illos alii, nec tamen deficient fontis in modum ſcatentes divitiæ, neq; metallorum hoc genus exhaurietur.* Euſebius lib. 3. Hiſt. cap. 24. eum vocat *omnibus Apoſtolis eruditiorem, qui etiam in verbis & ſenſibus ſit præpotens & in parvo Epiſtolarum corpore immenſa contineat, atque innumera Sacramenta, utpote qui etiam usque ad tertium cœlum raptus, quæ gererentur inſpexit, & doctrinam ſuam cœleſtis Scholæ diſcipulus in Paradiſo excepit.* Hieronymus Epiſt. 61. ad Pammachium adv. errores Joh. Hieroſ. appellat eum *vas electionis, tubam Evangelii, rugitum leonis noſtri, tonitru gentium, flumen eloquentiæ Chriſtianæ.* In Apolog. pro lib. contra Jovin. *Paulum quotiescunq́; lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua.* Idem Tom. 4. f. 2. ad Paulin. vocat eum *ſacrarum Scripturarum armarium.* Auguſtinus lib. 14. de civ. Dei cap. 9. *Paulum verum athletam Chriſti, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, glorioſum in illo, in theatro hujus mundi, cui ſpectaculum factus eſt & Angelis & hominibus, legitimè magno agone certantem, & palmam ſupernæ vocationis in anteriora ſectantem oculis fidei libentiſſimè ſpectamus.* Cyrillus Alexand. lib. 3. in Joh. c. 9. eum vocat *myſteriorum Salvatoris receptaculum.*

2. *Canonica autoritas.* Illa dependet ab autore principali, qui eſt Spiritus Sanctus, quia enim hæ Epiſtolæ ſunt θεόπνευστοι, ideò quoq; Canonicæ. Teſtantur de hac Canonica autoritate tum κριτήρια inſita, tum teſtificatio Eccleſiæ externa, tum Spiritus S. teſtimonium internum. Ad κριτήρια inſita pertinet majeſtas rerum, ſingularitas ſtyli, exactisſima convenientia cum reliquis tam V. quàm N. T. Canonicis Scriptis.

Irenæus lib. 3. adv. hæreſ. cap. 7. p. 177. *Quoniam hyperbatis frequenter utitur Apoſtolus propter velocitatem ſermonum ſuorum & propter impetum, qui in ipſo eſt, Spiritus, ex multis quidem aliis eſt invenire.* Inter Eccleſiæ teſtimonia principale eſt Petrinum, 2. Epiſt. 3. v. 15. áb immediata Spiritus S. inſpiratione profectum; ſecundarium Doctorum Eccleſiæ primitivæ. Quotquot enim Canonicos N. T. libros recenſuerunt, illi omnes unanimi ſuffragio quatuordecim Epiſtolas Paulinas in canonem receptas eſſe docuerunt, modò excipiatur Epiſtola ad Hebræos, de qua olim dubitatum fuit, an ſit à Paulo ſcripta.

Utrumq; confirmat internum Spiritus S. teſtimonium, qui teſtatur, quòd *Spiritus ſit veritas* 1. Joh 5 v. 6. i. e. quòd doctrina Evangelii in Scripturis ac proinde etiam in Paulinis Epiſtolis propoſita ſit immotæ & Canonicæ veritatis. Quando enim in vero DEI timore & pio ſtudio Paulinas Epiſtólas legimus ac meditamur, Spiritus ſanctus effiaciter per illas nos conſolatur, exhortatur, animat atque excitat, ut in corde noſtro convincamur, eas eſſe θεοπνεύστους, ab immed. Spiritus S. inſpiratione profectas,

3. *Materia.* Tractantur in illis legalia & Evangelica fidei myſteria & vitæ ſanctæ præcepta. Thomas in proleg. ſuper Epiſt. ad Rom. *In Pſalmis Davidicis & Epiſtolis Pauli totam ferè Theologiæ doctrinam contineri aſſerit.* Contrà Bellarm lib. 4. de V. D. cap. 4. *Apoſtoli non niſi obiter in Epiſtolis de dogmatibus tractant.*

4. *Forma* ſive genus dicendi. Ut aliorum Scripturæ librorum, ita quoq; Epiſtolarum Paulinarum ſtylus & ſimplicitatem & majeſtatem conjunctam habet. Irenæus lib. 3. c. 7. monet, *Apoſtolum frequenter uti hyperbatis, propter velocitatem ſermonum & impetum Spiritus.* Hieron. in Apol. pro libr. contra

Jovin.

Jovin. *Legite Epiſtolas*(Pauli) *& videbitis eum in teſtimoniis, quæ ſumit ex V.T. quàm artifex, quàm prudens, quàm diſſimulator ſit ejus, quod agit. Videntur quidem verba ſimplicia & quaſi innocentis hominis ac ruſticani, & qui nec facere, nec delineare norit inſidias, ſed quocunque reſpexeris, fulmina ſunt. Hæret in cauſa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, ut ſuperet fugam ſimulat, ut occidat.*

5. *Finis* Scriptionis

- proximus
  - immediatus
    - commonefactio
    - institut. in
      - fide
        - δεικτικῶς docendo.
        - ἀντιθετ. arguendo.
      - morib. in
        - bono amplectẽdo
        - malo
          - culpæ fugiendo
          - pœnæ tolerando.
  - mediatus,
  - ſalus.
- remotus & ultimus, DEI gloria, 1. Cor. 10. v. 31.

Eum exponit ipſe Apoſtolus. Rom. 15. v. 4. *Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.* 2. Tim. 3. v. 16. *Omnis Scriptura divinitus inſpirata, eſt utilis* πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ. Cum quo minimè pugnat, quod Petrus ὑπόμνησιν finem Apoſtolicæ ſcriptionis conſtituit, 2 Epiſt. 1. v. 12. 13. Ratione enim diverſorum objectorum duplicem ſcriptionis finem Apoſtoli ſibi habuêre propoſitum, cum ut ignaros myſteriorum fidei perfectè informarent & inſtruerent, ac ſanctæ vitæ regulam ipſis præſcriberent, tum ut eos, quibus jamdum fidei myſteria & via ſalutis ex prædicatione cognita, illorum commonefacerent. Nicephorus lib. 2. Eccl. Hiſt. c. 34 *Paulus ad Corinthios, Epheſios, Galatas, Coloſſenſes, Philippenſes, Theſſalonicenſes, præterea ad Judæos & Romanos & pleroſq; alios, quos eum adire Spiritus S. vis & gratia juſſerat, quoſq; per fidem in Chriſtum Evangelicam magnificè regenuerat, quæ præſens oratione ſua dilucide docuerat, eadem per compendium abſens in memoriam revocans Epiſtolas dedit. Ita verò ea quoq; quæ ſecretioris myſterii magiſq; abſtruſa antea ſilentio prætererat, poſtea per ſacra ſcripta ſua aut grandioris ſapientiæ verbis accuratè & dilucide declaravit, aut ſaltem (ut ita dicam) parabolarum more & ſpecie, tanquam per ænigmata adumbravit, neque propter eos, qui ad res divinas audiendas idonei futuri erant, ea occultans, neque propter ine-*

ptos atque indignos dilucidè prorſus & apertè ad contemtum evitandum exponens.

Athanaſius in Synopſi. *Per has Epiſtolas, cùm eos, quos viderat & docuerat, admonet & corrigit; tum quos non viderat, inſtruere conatur ac docere, quemadmodum ſcire poſſunt, qui in eas incidunt.*

Euſebius lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 34. *Paulus ad eos, quos ipſum adire Spiritus S. vis & gratia juſſerat, quosq; per fidem in Chriſtum Evangelicam magnificè regenuerat, quæ præſens oratione ſua dilucidè docuerat, eadem per compendium abſens in memoriam revocans Epiſtolas dedit.*

Finem mediatum exponit Apoſtolus ipſe, 1. Cor. 9. v. 19. 20. 21. & 22. *ut omnes facerem ſalvos.*

6. Ex fine promanat Epiſtolarum Paulinarum utilitas. Ambroſ. ſerm. 68. *Epiſtolæ Pauli tanquàm ubera Eccleſiarum populos enutriunt ad ſalutem.* Chryſoſt. lib. 4. de Sacerd. *Scripta ejus inſtar muri ex adamante conſtructi omnes urbis univerſi Eccleſias quovis loco poſitas circumvallant. Idemq; ille fortiſſimi ac generoſiſſimi bellatoris exemplo medius etiam nunc ſtat, captivam ducens omnem cogitationem ad obediendum Chriſto, itemq; & conſilia celſitudinemq; omnem adverſus Dei cognitionem ſeſe extollentem demoliens, quæ omnia ille perfecit per illas ipſas, quas nobis reliquit Epiſtolas admirabiles, eaſdemq; divinâ ſapientiâ refertas.* Ibid. *Sunt Pauli ſcripta nobis accommoda non ſolùm ut notha atq; adulterina à nobis dogmata amoliamur, veruq; ac germanis nos muniamus, ſed & ad benè beatius vivendũ maximoperè conducentia.*

Idem homil. 3. in dict. Apoſt. *Habentes unum Spiritum. Paulinæ Epiſtolæ metalla ſunt, Spiritus & fontes &c. Continent Epiſtolæ Paulinæ medullam fidei & religionis Chriſtianæ.*

7. *Tempus ſcriptionis.* Chryſoſtomus homil. 1. in Epiſt. ad Rom. probat ad quæſtionum quarundam ἐπίλυσιν plurimùm conferre, ſi cognitum teneamus, quo tempore Epiſtolæ Pauli ſint ſcriptæ, ac quæ priùs, quæ poſteriùs. Ibidem etiam docet, *non eo ordine illas ſcriptas eſſe, quo in Bibliis hodiè ſeſe conſeqvuntur. Videtur mihi*, inquit, *Epiſtola ad Galatas præceſſiſſe Epiſtolam ad Romanos. Quod ſi in Bibliis alium obtinet ordinem, mirum eſſe non debet, ſiquidem & duodecim Prophetæ, cùm ſe inter ſe deinceps non ſubſequantur, ſi tempora inſpicias, ſed multùm inter ſe ipſi cùm tempore diſtent, ſi ipſam librorum ſeriem inſpexeris, inter ſe ordine ſunt collocati, ſiquidem Aggæus,*

Zacha-

Zacharias, & alii aliquot poſt Ezechielem & Danielem Prophetias ediderunt, & multi item poſt Jonam & Sophoniam cæteroſq; omnes, ſed tamen cum illis omnibus conjuncti ſunt, à quibus tanto temporu intervallo diſtant. Idem homil. 1. in Epiſt. ad Coloſſ. auguſtiorem doctrinam continere illas Pauli Epiſtolas aſſerit, quæ ex vinculis ſunt miſſæ. *Quâ gratia* (inquit) *dixi Epiſtolas è vinculis miſſas continere neſcio quid gratiæ amplioris? nimirùm hâc causâ. Nam in vinculis quaſi ſi quis gloria bellicæ rei præcellens inter medias hoſtium ſtrages & trophæa conſiſtat, illinatq; Epiſtolu, quæ vult mandata, ſic ſanè faciebat hic beatus. Noverat planè, quanti momenti ea res eſſet allatura. Quare Philemoni ſcribens, ita loquitur: quem genui in vinculis meis. Sunt autem Epiſtolæ, quas in vinculis ſcripſit, ad Epheſios, ad Philemonem, ad Timotheum, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes.*

De ordine ſcriptionis D. Chemnic. in Exam. p. 1. p. 25. ſic ſtatuit. *Paulus nonnullas Epiſtolas ſcripſit ante captivitatem, nonnullas in captivitate.*

Ante captivitatem ſcripſit numero ſeptem hoc ordine.

1. Priorem ad Theſſalonicenſes. } Anno Chriſti 50. converſionis ſuæ 17.
2. Poſteriorem ad Theſſalonicenſ. }
3. Priorem ad Timotheum. Anno Chriſti 52. converſionis ſuæ 19.
4. Priorem ad Corinthios. Ann. Chriſti 53. Anno converſionis 20. (2. Cor. 12. v. 2.)
5. ad Titum. Anno Chriſti 55. converſionis 22.
6. Poſteriorem ad Corinthios.
7. ad Romanos. Anno Chriſti 58. Baron.

In captivitate verò agens Romæ exaravit reliquas, quo verò ordine, non usque adeò conſtat. Anno Chriſti 59. per biennium in carcere ab eo tempore detentus fuit.

Theodoretus in præfat. comm. in Paulum hunc ponit ordinem. 1. *Priorem ad Theſſalonicenſes.* 2. *Poſteriorem ad eoſdem.* 3. *Priorem ad Corinthios.* 4. *Poſteriorem ad eoſdem.* 5. *Priorem ad Timotheum.* 6. *ad Titum.* 7. *ad Romanos.* 8. *ad Galatas.* 9. *ad Philippenſes.* 10 *ad Philemonem.* 11. *ad Epheſios.* 12. *ad Coloſſenſes.* 13 *ad Hebræos.* 14. *Poſteriorem ad Timotheum.*

Non-

Nonnulli tamen hunc ponunt. 1. ad Philippenſes. 2. ad Coloſſenſes. 3. ad Philemonem. 4 ad Epheſios. 5. ad Galatas. 6. Poſteriorem ad Timoth. Alii verò hunc ſequuntur ordinem, qui in Bibliis. 1. ad Gal. 2. ad Eph. 3. ad Philip. 4. ad Coloſſ. 5. ad Philem. & 6. Poſteriorem ad Timotheum.

8. *Numerus*. Paulum tredecim Epiſtolas ſcripſiſſe, omnes conſentiunt. De Epiſtola ad Hebræos an Pauli ſit, olim fuit dubitatum.

Cur Paulus plures Epiſtolas ſcribere debuerit, quàm alii Apoſtoli, ejus rei cauſam reddit Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 10. p. 134. ne dubia videretur illius doctrina, qui antea inimicus & perſecutor fuerat.

Michael Medina lib. 6. de recta in Deum fide cap. 6. *Neq; Apoſtoli Pauli univerſas Epiſtolas ſuperſtitiſſe credendum, cum ut par eſt ſentire de viro ſanctiſſimo & doctiſſimo, ad ſcribendum propter ingentem Evangelicæ doctrinæ Zelum proclivi, non ſolas has quatuordecim tot urbibus, tot nationibus Evangelium prædicavit, ſcripſerit.*

At ſi vel maximè perierunt libri aliqui à ſanctis Dei hominibus ſcripti, illi tamen non fuêre in numerum Canonicorum librorum relati. Auguſt. lib. 18. de C. D. c. 38. diſtinguit inter ea, *quæ ſcripſerunt Prophetæ ut homines Hiſtoricâ diligentiâ, & quæ ſcripſerunt ut Prophetæ inſpiratione divina*; atq; hæc dicit *ita fuiſſe diſtincta, ut illa tanquam ipſis, iſta verò Deo, tanquam per ipſos loquenti judicarentur eſſe tribuenda, ac ſic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, hæc ad religionis autoritatem, in qua autoritate Canon cuſtodiretur.*

9. *Objectum.* Inſcriptæ ſunt vel certis regionibus, ut Galatis; vel certis urbibus, ut Romanis, Corinthiis, Epheſiis, Philippenſibus, Coloſſenſibus & Theſſalonicenſibus; vel certis perſonis, ut Timotheo, Tito ac Philemoni Epiſtola ad Hebræos certo alicui populo eſt inſcripta.

Ratione doctrinæ in illis contentæ & uſus ſalutaris etiam nobis ſunt inſcriptæ, teſte ipſomet Apoſtolo 1. Cor. 1. v. 2. *Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Jeſu, vocatis ſanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Auguſt. lib. 1. contra Creſcon. Gramm. cap. 9. *Memento Apoſtolicas Epiſtolas*

[illegible] non eo tantum scripsisse, qui tempore illo, quo [illegible], audiebant, [illegible]. Nec temere aliud in Ecclesia recitaretur.

PROLEGOMENA SPECIALIA.

1.

Occaſio. Erant Romæ ad Chriſtum converſi Judæi ac gentiles. Judæi prærogativam quandam ſibi arrogabant ob fœdus divinum ac circumciſionem, inde Ceremonias legis etiamnum in N. T. urgebant, ac partim fide in Chriſtum, partim operibus legis juſtificari quærebant. Gentiles contrà Judæos tanquam Deo rejectos contemnebant, ac multi ex illis abutebantur libertate Chriſtiana ad licentiam carnalem. Utriſque hac Epiſtola Apoſtolus conſulere voluit.

Judæi ſe præferebant. 1. ob [illegible] 2. ob [illegible] 3. ob [illegible]. Gentiles vocabant peccatores.

Gentiles ſe præferebant. 1. ob [illegible] 2. ob divinam [illegible], quâ Judæis repudiatis in populum Dei adſciti. 3. ob imperii [illegible].

Auguſt. lib. 1. ad Simplician. q. 2. *Intentio Pauli in hac Epiſtola eſt, ut [illegible], de quibus [illegible] gloriari, quod datæ ſibi legi ſerviſſent, [illegible] tanquam debitam meritis ſuis percepiſſent. quia legi ſerviebant, unde nolebant, eam gratiam dari gentibus tanquam indignis, niſi Judaica ſacramenta ſuſciperent.*

Bellarminus lib. 4. de V. D. cap. 4. *Apoſtoli ſcripſerunt ex occaſione, non ex mandato.* Reſp. occaſiones ſcribendi, cæteraque Apoſtolis oblatæ, non tollunt internum ſcribendi mandatum, alias etiam prædicandi mandatum tollerent, cùm ad prædicationem quoque occaſio interdum ipſis fuerit oblata. Actor. 17. verſ. 16.

2. *Tempus.* Chryſoſt. præfat. Epiſt. Rom. *Epiſtolam hanc [illegible] neceſſarium erit, & tempus, quo ſcripta ſit, exponere. Neque enim, quemadmodum multi putant, aliis omnibus antecedit, ſed iis tantum, quæ ex Roma ſunt ſcriptæ, reliquis vero poſterior eſt, licet non omnibus.*

Athanaſ. in Synopſi. *Scripta eſt [illegible], cum Romanos [illegible]*

quidem vidiſſet, audiſſet vero de illorum fide, cuperetq; illos videre, Rom. 1. vers. 11.

Theodoret. in præfat. ad omnes Pauli Epiſtolas. *Ultimam omnium, quæ ex Aſia & Macedonia & Achaia miſſæ ſunt, ſcripta eſt ad Romanos Epiſtola, & locum habet ſeptimum.*

Quòd hæc Epiſtola ſcripta ſit poſt utramque ad Corinthios, colligitur hoc modo. Scripſit Paulus hanc Epiſtolam ad Romanos, poſtquam Priſcilla & Aquila fuiſſent adjutores Pauli in fide Chriſti, qui & pro anima ejusdem Pauli ſuas jam cervices periculis mortis ſuppoſuerant, Rom. 16. v. 3. & 4. poſtquam etiam Paulus ab Hieruſalem per circuitum usque Illyricum omnia repleverat Chriſti Evangelio, Rom. 15. v. 19. ex quibus conſequens eſt, eosdem Aquilam & Priſcillam, poſtquam Corinthi & Ephes. ad tempus fuiſſent commorati, reverſos eſſe in urbem Romam, priusquam Paulus Romam vinctus duceretur. Non ergò ſcripſit Paulus Epiſtolam illam ad Romanos à Corintho, tempore illo, quo apud Priſcillam & Aquilam hoſpitaretur, 1. Cor. 16. vers. 19. ſed illis abſentibus & in urbem reverſis, apud Caium hoſpitatus, Rom. 16. verſ. 23. Cur ergò primo loco inter Paulinas poſita?

Auguſt. Epiſt. 105. ad Sixtum. *Prima hæc eſt eo, quòd gratiam fidei commendet, quæ caput eſt & initium gratiarum.*

Anſhelmus in præfat. hujus Epiſt. *Prima eſt, quia cùm fides prima virtus ſit & fundamentum aliarum virtutum, & ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, digna fuit ut iſta Epiſtola in capite aliarum locaretur, in qua de prima virtute agitur, & in qua corriguntur, atq; ad fidei perfectionem revocantur, quicunq; Romanis ſecundum fidei imperfectionem ſunt ſimiles.*

Ambroſ. Catharinus, *ob præeminentiam Romanæ Eccleſiæ* eam primo loco poſitam ſtatuit. Sed reſpond. ex Ænea Sylvio: *ante Concilium Nicenum exiguus reſpectus habebatur ad Eccleſiam Romanam.*

Theodoretus mentionem facit quorundam, qui ſtatuerunt, *hac re Romani populi, penes quem tum ſumma imperii totius verſabatur, rationem aliquam præ cæteris populis mentionis fuiſſet habitam.* Sed humilitas Chriſti non curat typhum ſeculi.

Rectius

[illegible] hæc propter ſublimitatem eorum, quæ in hac Epiſtola tractantur, [illegible] dicitur. Tale enim argumentum in hac Epiſtola tractatur, quod non ſolùm dignitate & gravitate aliis omnibus ſatis præponderat, ſed quod ipſa Chriſtianæ inſtitutionis ac pietatis prima quoque rudimenta & tanquam incunabula quædam tradunt. Quæ enim ſunt alia noſtræ religionis inconcuſſa, rudimenta, principia, quàm quibus omnis religio noſtra innititur, fides, gratia, ac Chriſti merita? Et hanc opinionem ipſe Theodoretus poſtmodum aſſignat, quod ob exactam omnis generis doctrinam prima ſit.

3. *Locus.* Gloſſa interlin. Rom. ult. eam ab *Athenis* ſcriptam ſtatuit, in qua ſententia etiam Haymonem fuiſſe teſtatur Gloſſa ordin. ad Rom.

Origenes in præfat. rectiùs ſtatuit, *Corinthi* eam eſſe ſcriptam.

1. *Quia commendat Romanis Phœben, quam vocat miniſtram Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris Rom. 16. verſ. 1. Cenchris autem eſt portus Corinthi.*

2. *Quia ſalutat ipſos nomine cujuſdam Caii hoſpitis ſui, de quo ſcribit ad Corinthios, quod eum ibi baptizaverit 1. Cor. 1. v. 14.*

3. *Salutat ipſos nomine Eraſti arcarii civitatis*, Rom. 16. v. 24. *quem Corinthi remanſiſſe ſcribit*, 2. Tim. 4. v. 20.

4. *Idem docet annexa ſubſcriptio.*

4. *Idioma linguæ*, quo ſcripta eſt. Salmeron tomo proleg. 55. ſtatuit hanc unam Pauli Epiſtolam *Latinè* eſſe ſcriptam, 1. *Quia ſcripſit eam Latinis.* 2. *Quia ejus amanuenſis fuit Tertius*, cap. 16. v. 22. *quod nomen Latinum eſt.* Contra 1. omnes veteres Græcè eam ſcriptam ſtatuunt. Chryſoſtomus & reliqui Patres Græci textum Græcum velut authenticum ſequuntur. 2. Abundat hæc Epiſtola Græciſmis. 3. In hac Epiſtola Judæo non opponit Romanum, ſed Græcum, cap. 1. v. 14 & 16. 4. Romanis Græca lingua tunc erat familiaris. 5. Latina verſio ex Græco ad verbum quandoque expreſſa videtur. 6. Idem ſtatuunt Bellarm. lib. 1. de verbo Dei. cap. 7. Cornel. à Lapid. in arg. Epiſtolæ.

5. *Argumentum Epiſtolæ*, Bellarm. lib. 1. de Juſtif. c. 19.

de eo ſic diſſerit. *Voluit Apoſtolus in hac ad Romanos & ea, quæ eſt ad Galatas, Epiſtola demonſtrare, neminem poſſe juſtificari ſine fide in Chriſtum & gratuita Dei miſericordia, &c.* Scopus Apoſtoli eſt, non tantùm demonſtrare, quòd nemo juſtificetur ſine fide in Chriſtum & ſine gratuita Dei miſericordia, ſed etiam quòd gratiâ Dei ſolâ, Chriſti merito ſolo, & fide in Chriſtum ſolâ ſine operibus homo juſtificetur, id quod evidentiſſima Apoſtoli verba luce meridianâ clariùs evincunt. Neq; enim ſcribit ad eos, qui nondum ad Chriſtum converſi operibus ſine gratia factis juſtificari volebant, ſed ſcribit illis, qui per Evangelii prædicationem in Chriſtum crediderant, Act. 15. v. 5. & 11. Gal. 2. v. 16.

Ederus lib. 4. œcon. Bibl. p. 431. argumentum Epiſtolæ ſtatuit illud, *quod Apoſtolus contentionem inter eos, qui ex Judæis, & illos, qui ex gentilibus converſi fuerant, ortam, quâ pars una potior alterâ haberi voluerit, uti vanam, ſuperbam & inutilem dirimere, ac utroſq; ad concordiam exhortari ſtuduerit. Converſi ex gentilibus potiores haberi voluerunt 1. Ob Philoſophiam & prudentiam humanam, quæ excellentior fuerit Romanis & Græcis, quam Judæis. 2. Ob electionem ſeu vocationem & gratiam ſingularem, quâ Chriſtus Judæis verbum ſuum reſpuentibus converſus fuerit ad gentiles. 3. Ob imperium & poteſtatem ſecularem, quâ Deus gentes & imprimis populum Rom. illuſtraverat. Converſi ex Judæis potiores haberi voluerunt gentilibus 1. Ob legis divinæ autoritatem, quæ non gentilibus primitùs, ſed Judæis data fuiſſet. 2. Ob ſignum Circumciſionis, & Ceremonias Moſaicas. 3. Ob vitæ ſanctimoniam, quâ gentiles, quos ob idololatriam & alias vitæ ſordes peccatores appellabant, antecellerent. Primæ gentium gloriationi opponi ab Apoſtolo Evangelium, quod doceat, hominem fide, & non ſcientiâ Philoſophica ſalvari, cap. 1. Excellentiæ imperii opponi metum judicii divini, cap. 2. Legis ſcriptæ gloriationi opponi transgreſſionem Judæorum, & legem naturalem gentilium, cap. 2. Circumciſionis gloriationi opponi illud, quod Juſtitia DEI non fuerit per opera legis & Ceremonias, ſed per fidem in Meſſiam. Gloriationi ſanctimoniæ opponi rebellionem carnis, cui ſine gratia Chriſti nemo queat reſiſtere. Gloriationi electionis opponi hoc, quòd electio ſit gratuita, ac quòd Judæorum reprobatio gentilibus ſit cauſa ſalutis.*

Sco-

Scopus Apoſtoli eſt, ſummam doctrinæ Chriſtianæ tradere, præſertim verò articulum gratuitæ juſtificationis ex profeſſo tractare. 1. Nondum Romanis viva voce Evangelium prædicaverat, ideò in hoc ſcripto voluit eis τύπον διδαχῆς tradere. Rom. 6. v. 17. 2. Noverat ex urbe Romana, utpote Imperii ſede, hanc Epiſtolam ad alias Eccleſias facilè perventuram. 3. Omnia in hac Epiſtola ita comparata ſunt, ut generalem doctrinam omnibus Eccleſiis ex æquo neceſſariam & communem contineant, ac, ſi initio & fine quædam nomina propria perſonarum & locorum fuiſſent mutata, non multum retuliſſet, ad quam Eccleſiam, & quo tempore miſſa fuiſſet.

DISPOSITIO GENERALIS.

QVidam eam diſtribuunt juxta tres virtutes Theologicas, fidem, ſpem, caritatem.

Quidam juxta tres partes converſionis, quæ ſunt Contritio, Fides & Nova obedientia.

Quidam per analogiam ad partes Medicinæ eam diſtribuunt, quòd in ea 1. Oſtendatur morbus. 2. Remedium. 3. Diæta.

Partes ſunt tres. 1. Procemium ſive præfatio. 2. ἐργασία ſeu ipſa tractatio. 3. Epilogus ſive peroratio.

Præfationis partes ſunt 1. ἐπιγραφή 2. ἀρχή.

Primò oſtendit ipſum malum ſeu morbum, videlicet injuſtitiam hominis, cap. 1. 2. & part. 1. cap. 3.

Secundò oſtendit remedium ſeu contrarium bonum, ſub fin. cap. 3. & 4.

Tertiò originem & progreſſum mali ſimul ac boni in genus humanum, cap. 5.

Quartò docet, quòd lex non potuerit illud malum tollere, ſed auxerit, cap. 6.

Quintò, quomodo tam reſiduum malum, quam inchoatum bonum in uno eodemq; homine in hoc mundo maneant, & mutuo belligerentur, cap. 7.

Sextò conſolatur contra reliquias mali, & amplificat oppoſitum remedium, cap. 8.

ſeptimò ad quos homines pertineat illud bonum, qui ſtud apprehendant, qui ab eo excidant. cap. 10. & 11. oſtendit.

Octavò præſcribit illis diætam, quam obſervare debeant, qui tanto malo liberati & contrarii boni participes facti. cap. 12, 13. 14.

CAP. I.

PRimi capitis partes ſunt tres. 1. *Προοίμιον*, quod exponit *ἐπιγραφὴν & εὐχήν*. 2. Exordium tractationis.

In proœmio & exordio, quod protenditur usq; ad v. 16. Paulus eos, ad quos ſcribit, attentos, dociles & benevolos reddit. *Attentos*, quando ſignificat *ſe non ſuo nomine, ſed ut Dei agentes legatum cum illis agere, & quidem de re longè maxima, jam olim in V. T. promiſſa. Dociles*, quando *ſummam doctrinæ Evangelicæ* exponit, *videlicet, Chriſtum eſſe in perſonæ unitate Dei & Davidis filium, verum Deum & verum hominem, unicum humani generis Mediatorem.*

Benevolos, quando *fidem eorum in toto mundo annunciari ſcribit, ac Deo in teſtimonium vocato confirmat, quòd aſſiduas pro ipſis preces ad DEUM fundat, & cupidiſſimus hactenus fuerit, ipſos coram compellandi*.

Ἐπιγραφὴ exprimit 1. Cauſam efficient. miniſt. ſeu ſcriptorem. 2. Objectum ſeu eos, ad quos ſcripta. Prior pars continet deſcriptionem 1. Suæ perſonæ. 2. Evangelii. 3. ipſius Chriſti. Mirando artificio hæc ſunt invicem connexa: quia enim vocatum ſe dicit ad prædicandum Evangelium, mox deſcribit illud ab antiquitate, viciſſim, quia Evangelii nucleus eſt Chriſtus, ideò Chriſti utramque Naturam deſcribit. Ab hac deſcriptione mox redit ad officii ſui explicationem. Poſterior pars Romanos per prædicationem Evangelii ad Eccleſiæ conſortium vocatos eſſe ſignificat.

Εὐχὴ, gratiam & pacem ipſis precatur.

Inſtitutum Pontificum Romanorum, dum nomine ſibi

in

[illegible] aſpectio, aliud [illegible] Papali dignoſcitur, quod Salmeron Pauli exemplo palliare non veretur, maximè differt a nominis [illegible] mutatione. 1. Nam *ſanctorum* [illegible] *in ſua* [illegible] *, ac non ſua voluntate, ſed Dei nutu nomina mutarunt*, fatente ipſomet Contzenio, p. 7. At nullus Pontificum, cum in ſedem Papalem evehitur, DEI nutum de nominis ſui mutatione habet. 2. Nomen Paulus noſtro Apoſtolo, priore non contempto & abjecto, ſed retento, ſicut & aliis Apoſtolis ſuperadditum fuit. Actor. 13. v. 9. Matth. 16. v. 16. 2. Petr. 1. v. 1. Matth. 10. v. 2. &c. 3. Apud veteres nonniſi ad Chriſtianiſmum primum converſis nomina nova imponebantur in contemtum idololatriæ, cui antea fuerant mancipati. Euſebius lib. 8 cap. 11.

v. 1. Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ.

1. [illegible] pars prior exponens cauſam efficientem miniſterialem, ſive Epiſtolæ ſcriptorem. Ejus exprimitur 1. *Nomen*. 2. *Officium*.

De nomine triplex eſt veterum ſententia. 1. Origenis, qui hunc Apoſtolum *ab initio ſtatim binomium fuiſſe arbitratur* [illegible] *apud homines ſuæ gentis Saulum, apud cæteros vero & maximè Romanos Paulum appellatum.*

2. Eorum, qui ſtatuunt, *ab initio tantummodo Saulum fuiſſe nuncupatum, ſed in converſione dictum Paulum, vel quod Deus ipſi hoc nomen impoſuerit, ut cæteris Apoſtolis ea parte videretur inferior.* Chryſoſt. Theodor. Theophyl. Vel quod *ipſe modeſtiæ & humilitatis gratia ſibi hoc nomen ſumſerit.* Hieron. & Ambroſ. in h. Epiſt. Auguſt. de Spiritu & lit. cap. 7. in Pſal. 72. Atqui Act. 9. ubi Paulus baptizatus, ſemper vocatur Saulus uſque ad cap. 13. Ergo poſt baptiſmum diu Sauli nomen retinuit, proinde in baptiſmo non aſſumſit nomen Pauli.

3. Plurium, qui *ſtatuunt poſt converſionem Sergii Pauli Cypri Proconſulis* [illegible] *, ab illo hoc nomen ad victoriæ* [illegible] *fuiſſe arbitrantur.* Hieron. Epiſt. Philem. Auguſt. lib. 8. Conf. cap. 4. Beda in cap. 13. Act. Cum hac ſententia congruit, quod

quia

quidam volunt, ipſum hoc nomen aſſumpſiſſe Act. 13. v. 9. ubi cum Barnaba ſegregatus & deſignatus eſt Apoſtolus gentium, ut ſeſe ipſo nomine gentibus faciliùs inſinuaret; quia mox, ut gentibus prædicare cœpit, in hunc Proconſulem Sergium Paulus incidit, eumque convertit.

Eraſmus ſtatuit, *Paulo primùm Hebraicum nomen inditum, ſic enim Chriſtus eum compellat* Actor. 9. v. 4. *deinde quoniam Ægyptus, Cilicia, & huic finitima Syriæ pars propter Alexandri Magni imperium & poſtea Romanam adminiſtrationem jam ferè Græco idiomate uterentur, Hebraicam vocem in Græcam formam fuiſſe deflexam, & ſic ex Saul factum eſſe Saulum, ſicut ex Adam faciunt Adamum. Denique quoniam Pauli nomen juxtà Græcis ac Romanis erat familiare, è Saulo rurſum factum eſſe Paulum, ut vocabulum etiam libentius agnoſcerent, quorum ſe doctorem profitebatur, ac ſic omnia fieret omnibus.*

Officium deſcribitur 1. In genere, quòd ſit ſervus Chriſti. 2. In ſpecie, quòd ſit Apoſtolus ad prædicationem Evangelii ſegregatus.

Δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Origenes ſtatuit, *Paulum humilitatis cauſa ſe vocare Chriſti ſervum.* Rectiùs Didymus in cap. 1. Epiſt. Jac. *Sicut mortalem gloriam appetentes homines in ſuis conſcriptionibus dignitates, quas putantur habere, præponunt: ita ſancti viri appellationem ſervorum Dei ſupra regna totius mundi exiſtimant.*

Porphyrius *ambitioni Pauli* hoc tribuit. At coram mundo tunc non erat glorioſum, ſe vocare Chriſti ſervum & Apoſtolum.

Adamus Konzen odio perſonæ invehitur in Calvinum quòd verterit *miniſter*, cùm videret Cornelium à Lap. eodem modo interpretari. *Servus*, inquit, *ſc. honorarius, qui Hebraicè vocatur Meſcharet*, i. e. *miniſter*. Ita quoque in comm. Phil. 1. v. 1.

Ἐντιμότερον eſt vocabulum *δοῦλος*, quàm *ὑπηρέτης*. Si enim conſideretur excellens & præclarum Pauli miniſterium, quo vocatus fungebatur, omninò erat *miniſter*, Rom. 15. v. 16. 1. Cor. 4. v. 1. Sin verò conſideretur modus, quo ad hoc miniſterium & ad cultum divinum aſtrictus erat, utpote multis nominibus ei debitus, rectè ſe vocat *ſervum Chriſti*, 1. Cor. 9. v. 19.

Servi

Servi Chriſti. 1. *De jure* ſunt omnes homines, reſpectu tum creationis, tum redemtionis, quia ab eo ſervati, & à Satanæ captivitate liberati. 2. *De facto* ſervi ſunt in genere omnes verè pii, in ſpecie Eccleſiæ miniſtri, qui in Evangelii prædicatione ipſi ſerviunt.

Κλητὸς ἀπόστολος *vocatus Apoſtolus*, ex *Dei vocatione Apoſtolus*, Syrus reddidit, *vocatus & miſſus*. Heri cuidam ſervo peculiare officium commendaturi evocant eum à turba ſervorum: ſic Chriſtus ex reliquorum ſervorum cœtu quoſdam peculiariter evocavit ad Apoſtolatus officium. Specialius ergo ſuum officium exprimit, quod non ſit qualiscunque Chriſti ſervus, ſed unus ex illis ſummis, qui Apoſtoli vocantur. Anshelmi ſententia, *quòd Paulus ex humilitate ſe non Apoſtolum, ſed vocatum Apoſtolum nominet*, diſcedit à textu Græco.

In Græco non eſt κεκλημένος *vocatus, appellatus*, ſed κλητὸς *vocatitius Apoſtolus*, i. e. *vocatus ad Apoſtolatum*. In Syriacâ paraphraſi eſt nomen [illegible], per quod alludit ad prius nomen, *Saul*. Saul enim Hebraicè ſignificat *vocatum & poſtulatum*, ſcil. ad regnum, ſicut hic noſter Saulus ex eadem tribu vocatus eſt à Deo ad Apoſtolatum. Hieron. in cap. 1. ad Tit. *Quod ait Paulus de ſe, Apoſtolus autem Jeſu Chriſti, tale mihi videtur, quale ſi dixiſſet, Præfectus Prætorio Auguſti Cæſaris, magiſter exercitus Tiberii. Ut enim judices ſeculi hujus, qui nobiliores eſſe videntur, ex Regibus, quibus ſerviunt, & ex dignitate, quâ intumeſcunt, vocabula ſortiuntur: ita & Apoſtolus grandem inter Chriſtianos ſibi vindicans dignitatem, Apoſtolum ſe Chriſti titulo prænotavit, ut ex ipſa nominis auctoritate lectores terreret, indicans, omnes, qui in Chriſto crederent, ſibi debere eſſe ſubjectos.*

Ἀφορίζειν eſt cum judicio ſeparare ac ſecernere, inde aphoriſmi dicuntur *canones*, magno judicio collecti & conſcripti, ac breviter pronunciati.

Quidam putant, *Apoſtolum alludere ad nomen ſectæ, quam in Judaiſmo ſequebatur, dicti enim ſunt Phariſæi à* פרש *ſeparavit, eò quod ob exteriorem doctrinam & inſignem vitæ ſanctimoniam à vulgo ſe ſemotos ac ſeparatos videri vellent. Quod ergo fuit Paulus ſuâ & aliorum falsâ opinione in Phariſaiſmo, id verè & longè meliori modo fa-*

tur eſt in Chriſtianiſmo. Sed ex Gal. 1.v.15. colligitur, Paulum præcipuè eò reſpicere, quòd Deus ab utero matris ipſum ſegregaverit, ut evangelizaret in gentibus; ſecundariò ad ἀφορισμὸν factum ab Eccleſia, Act. 13.v.2. ἀφορίσατέ μοι τὸν Σαῦλον.

Evangelium Dei. 1. Ratione æterni decreti, quia quod in Evangelio nunciatur, illud Deus ab æterno de ſalute noſtra decrevit. 2. Ratione patefactionis in tempore.

V. 2. Ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις.

Commendat Evangelii 1. Antiquitatem. 2 Veritatem. Scripturæ enim ſanctæ ſunt oracula divina & antiquiſſima & veraciſſima. Hâc verò ratione conſequenter officii ſui Apoſtolici, quod in prædicando Evangelio occupatum erat, dignitatem commendat.

Confer Act. 3.v. 23. Rom. 3.v.21 1. Petr. 1.v. 11. Uſus contra Photinianos, *Evangelium in N. demum T. patefactum eſſe ſtatuentes.* Marc. 1. v. 1. *Evangelii* nomine non ſimpliciter intelligitur *promiſſio gratiæ* propter Chriſtum, ſed *publicum de Chriſto exhibito præconium.*

Διὰ τῶν προφητῶν. Syrus, *per manum* i. e. *miniſterio Prophetarum.* Hebraiſmus.

V. 3. Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.

Vulg. reddidit, *qui factus eſt*, quia docetur 1 Filium aliquando cœpiſſe, quod ante non erat, natus autem eſt ab æterno, cùm nunquam eſſe inciperet. Vox ergo *factus* magis ſignificat *Naturam humanam.* 2. Ortus ſui principium non habere ex communi nativitate, ſed ex operatione Spiritus ſancti, quo ſenſu etiam dicitur *factus ex muliere*, Gal. 4 vers. 4. 3. Chriſtus à Spiritu ſancto non eſt genitus, quod patris proprium, qui de ſua ſubſtantia gignit prolem, ſed factus. 4. In Chriſto non eſt γεννηθεὶς vel γεγεννημένος, à γεννάω gigno, ſed γενόμενος, à γίνομαι fio.

Valla & Eraſmus cenſent, rectiùs verti *ortus* ſive *natus eſt*,

ut

ut reſpectus habeatur ad æternam ex eſſentia Patris nativitatẽ, a qua temporalis illa nativitas ex ſemine Davidis diſtinguitur. Sic & Syrus reddidit, דאתילד *genitus*. *Ex ſemine Davidis*, i. e. ex poſteritate & ſtirpe Davidis. unde Syrus notanter reddidit, *ex ſemine domus David*. Davidis mentionem facit, ut oſtendat, in Chriſto impletas eſſe promiſſiones Davidi, factas de Meſſia ex ejus poſteritate naſcituro.

Particula κατὰ non eſt χωριστικὴ ac διαιρετικὴ, Naturas ſeparans ac dividens, ſed δεικτικὴ, oſtendens, ſecundum quam Naturam Chriſtus dicatur factus ex ſemine Davidis, ac διακριτικὴ Naturarum & naturalium proprietatum, ne vel μίξις, vel ἀλλοίωσις Naturarum introducatur. Syrus, בבסר *in carne*. Intelligitur autem nomine *carnis* κατὰ συνεκδοχὴν *caro animata*, integra humana Natura.

V. 4. Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

Vocem ὁρισθέντος vulg. reddidit *prædeſtinatus*, cujus verſionis patrocinium Bellarminus ſuſcipit, lib. 2. de V. D. cap. 14. *Ubi*, inquit, *verbum ὁρίζειν ſignificat finire, & apud profanos autores ſæpè accipitur pro declarare, in Scriptura tamen ubique ſignificat ſtatuere, determinare, definire, nunquam autem declarare, ut patet* Act. 2. v. 4. & 17. Rom. 8. Eph. 1. *Et quia ordinatio & definitio Dei non poteſt eſſe temporalis, ſed æterna: ideò Interpres noſter videns, Apoſtolum loqui de æterna deſtinatione, maluit vertere prædeſtinatum, quàm deſtinatum. Et ſic legerunt omnes Latini, etiam antiquiſſimi.*

Reſp. 1. Si verbum ὁρίζειν in Scripturis nuſpiam ſignificat *declarare*, conſequens fuerit, vim hujus vocis ignoraſſe Chryſoſtomum, qui dicit ὁρισθέντος *idem eſſe, quod* δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος, ὁμολογηθέντος; ignoraſſe Theophylactum, qui dicit, idem eſſe ac ἀποδειχθέντος, βεβαιωθέντος, κριθέντος; ignoraſſe Oecumenium, qui dicit idem eſſe, quod ἀποδειχθέντος, ἀποφανθέντος. At Græcis Patribus de propria vocis Græcæ ſignificatione potiùs credendum, quàm Latinis.

2 Syrus reddidit, *cognitus eſt Dei filius*, i. e. claris & certis teſtimoniis demonſtratus, *ḥiddén* enim non ſolùm ſignificat *decernere ac definire*, ſed etiam *certò pronunciare ac promulgare, quod decreveris*. Suarezius tom. 1. comm. in part. 3. Thom. diſp. 50. ſect. 2. Græcorum expoſitionem ſatis probabilem eſſe oſtendit. Cornel. à Lap. in h. l. *Græcum* ὁρισθέντος *aptè & planè Syrus & Græci vertunt, qui declaratus & agnitus eſt Dei filius*. Toletus probat, *prædeſtinatus hic exponi debere declaratus*. *Prædeſtinatus (inquit) ſive definitus ſc. non quoad rem, ſed quoad notitiam hominum, ut prædeſtinatus idem ſit, quod certificatus, certò cognitus hominibus*. Adamus Conzen verſionem illam, *prædeſtinatus* & ejus rationem rejicit, ut ſubtilem & Metaphyſicam, & textui minimè convenientem.

3. Dicitur Chriſtus ὁρισθεὶς *DEI filius per reſurrectionem ex mortuis*. Hoc non poteſt accipi de æterna prædeſtinatione, ſed de declaratione ac manifeſtatione factâ in tempore. Eraſmus in h. l. *ſemper quidem fuerat DEI filius, ſed paucis cognitus, videlicet Judæis & horum paucis. Verùm poſt reſurrectionem & ex reſurrectione talis declaratus eſt univerſo mundo, nulla enim vis creata poteſt mortem vincere.*

4. Cornel. à Lapid. prædeſtinationem illam ſic exponit. *Homo Chriſtus, qui factus eſt ex ſemine Davidis, prædeſtinatus eſt ad hoc, ut ſubſiſteret in perſona filii DEI, h. e. prædeſtinatum eſt à DEO, ut hic homo aſſumeretur à filio DEI, eique hypoſtaticè uniretur.* At hanc phraſin Bellarminus in Brentio Neſtorianiſmi accuſat, quando *hominem* dicit *pro aſſumta humanitate*.

5. Conr. Vorſtius hanc gloſſam affert. *Chriſtus juxta Spiritum, quo fuit à Patre ſanctificatus, eſt definitus DEI filius, i. e. definitè aut perfectè quadam ratione factus, nempe per reſurrectionem à mortuis.* At Photinianæ huic corruptelæ opponenda propria ſignificatio verbi ὁρίζειν, quod non ſignificet *facere*, ſed *definire & declarare*, ſicut per definitionem ὁρισμὸς Græcis dictam propria rei Natura declaratur & manifeſtatur. Confer Sibr. Lubb. ad 99. err. Vorſt. p. 64.

Ἐν δυνάμει, i. e. *δυνατῶς*, *potenter*, juxta uſitatum Hebr.

Κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. *Per Spiritum*. 1. Quidam intelligunt

gunt divinam Chriſti Naturam, quæ eſt eſſentia ſpiritualis, ſancta & ſanctificans, propter oppoſitionem carnis & Spiritus, i. e. divinæ & humanæ Naturæ in Chriſto, 1. Tim. 3. v. 16. Hebr. 9. v. 14. 1. Petr. 3. v. 18.

3. Quidam vero tertiam Deitatis perſonam, videlicet Spiritum ſanctum, quem Chriſtus poſt reſurrectionem credentibus miſit. Utraque expoſitio eſt fidei analoga, prior tamen textui Apoſtolico magis congrua. Syrus reddidit, per virtutem & Spiritum ſanctum, id quod quidam per figuram [illegible] conjungunt hoc modo, propter [illegible] Spiritus ſancti virtute.

Appellat autem Spiritum illum, Spiritum [illegible], non ſolum, quia eſt eſſentialiter ſanctus, ſed etiam quia [illegible] eſt ſanctificans.

[illegible] Theodoretus ſic explicat, Chriſtus declaratus eſt Filius Dei per virtutem, a Spiritu ſancto & ſanctificante Apoſtolis [illegible], quæ miris ſignis & factis reſurrectionem Chriſti confirmarunt. Origenes & Hieronymus ſic explicant, virtutem divinam & Spiritum ſanctificationis [illegible] declaratum ex hoc, quod multa corpora ſanctorum cum Chriſto reſurrexerint. Matth. 27. v. 52. Sed rectius accipitur de ipſius Chriſti reſurrectione. Senſus enim, quod Chriſtus ſit declaratus, manifeſtatus & cognitus Dei Filius. 1. In virtute, i. e. per miracula, divinâ virtute facta. 2. Per Spiritum ſanctificationis, i. e. per viſibilem Spiritus ſancti effuſionem. 3. Per glorioſam ex mortuis reſurrectionem.

Genitivum [illegible] Laurentius Valla refert ad id, quod præceſſerat, [illegible], & conſtituit in verbis Apoſtoli hyperbaton. Rectiùs dicitur, genitivum illum additum eſſe [illegible], ut de ipſius Chriſti reſurrectione ſermonem haberi intelligatur. Inde Syrus reddidit, qui reſurrexit à mortuis Jeſus Chriſtus Dominus noſter, ubi relativum [illegible] poteſt accipi ut cauſale reddi [illegible], quia reſurrexit à mortuis.

Hebræi loco pronominis relativi ſæpè repetunt nomen antecedens. Addit ergo Paulus τὸ Jeſu Chriſti, ut doceat, hoc nomen eſſe proprium Filii Dei.

Obſerv. Chriſtus ex reſurrectione mortuorum & per reſurrectionem mortuorum efficaciter declaratus eſt Dei Filius.

 qui

quia propriâ virtute reſurrexit, quod eſt virtutis divinæ & infinitæ, Joh. 2. v. 19. cap. 10. v. 18. Act. 1. v. 3.

Accommodat commendationem perſonæ Chriſti ad muneris ſui Apoſtolici commendationem.

V. 5. (Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

In verbo ἐλάβομεν, Schmaltz. contra Schopp. p. 6. dicit *eſſe* ריך מבי *ſtylum dominis ſeu majeſtaticum*, ex quo oppugnat argumentum, quod pro aſtruendo Trinitatis myſterio ex *numero plurali* de Deo uſurpati formamus. R. 1. argumentum ex numero plurali pro myſterio Trinitatis petitum nec ſolum, nec primarium eſt. 2. Paulus deſcribit officium, quod ſibi cum reliquis Apoſtolis commune, unde loquitur in plurali, 1. Cor. 4. v. 9.

Per χάριν καὶ ἀποστολὴν plerique Interpretes intelligunt χάριν ἀποστολῆς *gratiam Apoſtolatus*, ut ſit ἓν διὰ δυοῖν, ac ſignificetur, *Paulum ex gratuitâ miſericordiâ Collegio Apoſtolorum eſſe aſcitum*. 1. Cor. 15. v. 10. Sed rectius dicitur, Apoſtolum duo diſtincta beneficia hîc celebrare. 1. Quòd acceperit χάριν, i. e. quòd cum prius fuiſſet blaſphemus & perſecutor, miſericordiam Dei conſecutus ſit, & ad fidem Chriſti converſus, 1. Tim. 1. v. 13. & 16. 2. Quòd inſuper ad ſublime Apoſtoli officium divinitus & immediate vocatus, & donis ad illud neceſſariis inſtructus, Rom. 12. v. 3. cap. 15. v. 15.

Εἰς ὑπακοὴν πίστεως ut gentes obœdiant fidei, i. e. Evangelio, quæ eſt doctrina fidei, ut fidei vox accipiatur *objective* pro fide, quæ creditur, quo modo etiam Syrus reddidit. Vel *ut gentes fidei obœdiant*, ſc. verbo Evangelii, ut *fidei* vox accipiatur qualitative, relativè pro fide, quâ creditur. Utrobique res eodem redit, ac denotatur finis & ſcopus Apoſtolicæ prædicationis.

Vulg. minùs commodè *ad obœdiendum fidei*, quæ phraſis propriè ſignificat eam obœdientiam, quam ipſe Paulus exhiberet, cùm tamen ſignificetur obœdientia, quæ à gentibus exigitur.

Ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. Quidam accipiunt *in ſpecie de gentilibus, quarum peculiariter Apoſtolus fuit Paulus, non tamen cum excluſio-*

[illegible], ſeu ἀκροβυστίας, Rom. 11. v. 13. c. 15. v. 16. Gal. 2. v. 7. 8. & 9. 1 Tim. 2. v. 7. 2. Tim. 1. v. 11. Sed rectius accipitur in genere de omnibus populis, videlicet Judæis & gentibus, quia paulò poſt v. 6. ſequitur, in quibus & vos eſtis. Scribit autem ad converſus ex Judæis & gentibus. Syrus trajectione quadam verba ſic collocat, *per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum inter omnes gentes, ut obediant fidei nomini ejus.*

Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Scapulenſis hunc προσδιορισμὸν refert ad remotius, *accepimus Apoſtolatum de nomine Jeſu*, ſcilicet *prædicando inter gentes*. Corn. a Lap. in h. l. *Nomine & vice Chriſti Apoſtolatum accepimus & legatione fungimur.* Sed Græcorum ſcholia eum referunt ad propinquius, *ad obedientiam* ſc. fidei, ut ſit ſenſus: *Gentes obedire debere doctrinæ fidei, quæ eſt de nomine Chriſti.* Lutherus reddidit: *ſub nomine ipſius.* Poſſet etiam verti, *propter nomen ipſius*, videlicet ut nomen Chriſti inter gentes manifeſtum fiat.

v. 6. Ἐν οἷς ἐστὲ καὶ ὑμεῖς κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ.]

Applicat ſuam vocationem ad illos, ad quos ſcribit. Dicit enim etiam illos eſſe ex numero eorum, ad quos docendos miſſus ſit.

Lutherus reddidit, *vocati à Chriſto Jeſu.*

Poteſt etiam reddi, *vocati ad Chriſtum*, i. e. ad agnitionem, fidem & cultum Chriſti, ſicut ſuperiùs dixerat, *ſe eſſe vocatum Apoſtolum*, i. e. ad Apoſtolatum v. 1.

Syrus reddidit בישוע *in Jeſu Chriſto*, i. e. autore Chriſto, vel etiam *ad Chriſtum*, ut ב poſitum ſit pro ל.

2. Ἐπιγραφὴ, pars poſterior deſcribens objectum, i. e. eos, quibus Epiſtola eſt inſcripta.

v. 7. Πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς Θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.]

[illegible] Græci ſcholiaſtæ οὖσι quidam ſubintelligendum [illegible], *confeſſoribus Chriſti & Eccleſiæ membris.* Sed Apoſtolus ipſe [illegible], quando ſubjungit, *dilectis DEI, vocatis ſanctis.* Theo-

Theodoretus in h.l. *omnibus & divitibus, tenuibus, artificibus, miniſtris, Dominis & magnatibus. Non autem ἀδιακρίτως omnibus ſe ſcribere dicit, ſed dilectis Dei, vocatis ſanctis.*

Ἀγαπητοὶ Θεοῦ in ſignificatione paſſiva dicuntur *dilecti à Deo*. Lutherus in ſuperlativo reddidit, den liebſten Gottes. Exprimit ergo cauſam vocationis, quæ eſt Dei dilectio.

Κλητοὶ ἅγιοι dicuntur, qui 1. vocati ſunt vocatione ſanctâ, 2. Tim. 1. v. 9. 2. Qui vocati ſunt ad ſanctitatem, ſive ut ſint ſancti. Sicut ſe appellaverat *vocatum Apoſtolum*, i. e. ex vocatione Dei Apoſtolum: ita ipſos appellat *vocatos ſanctos*, i. e. ipſa vocatione & per verbum Dei ſanctificatos. Syrus infert copulativam *vocatis & ſanctis*, quæ particula vim habet exegeticam, *vocatis, ut ſint ſancti*. Conjungitur *dilectioni Dei vocatio*, quia vocavit eos Deus vocatione ſanctâ, non ſecundum opera, ſed ſecundum gratiam &c. 2. Tim. 1. v. 9. Vocationi conjungitur *ſanctificatio*, quia finalis cauſa vocationis eſt ſanctificatio.

Obſerv. Si Chriſtiani vocationi ſuæ reſpondere velint, debent ſtudere ſanctitati.

Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Per *gratiam* quidam intelligunt *bona ſpiritualia*, per *pacem bona corporalia & felicem ſucceſſum*. Lyranus in 1. Petr. 1. *gratiam ad præſentem, pacem ad futuram vitam refert*. Ambroſius in h. l. *Gratia, quia à peccatis abſoluti ſumus; pax, quia ex impiis reconciliati ſumus.* Eodem modo Auguſt. in expoſit. Epiſt. Gal. cap. 1 *Gratia Dei eſt, quâ nobis donantur peccata, ut reconciliemur Deo; pax autem, quâ reconciliamur Deo.* Illi ergò per gratiam intelligunt beneficiorum Chriſti acquiſitionem, per pacem eorundem applicationem.

Eſtius & Corn. à Lap. *per gratiam* [illegible] intelligunt *beneficia gratiæ collata, ad æternam hominis ſalutem facientia, qualia ſunt, fides, ſpes, caritas, ac reliquæ virtutes*: ſed rectius intelligitur fons illorum beneficiorum omnium, videl. favor Dei gratuitus, quo in Chriſto nos complectitur, peccata nobis remittens, & ex gratia nos juſtificans & ſalvans, quia Judæ v. 2. [illegible] exponitur per [illegible], & *pax* in hac ſalutatione à *gratia* diſtinguitur.

Pacis nomine Hebræi ſolent omnem felicitatem & proſperita-

ritatem complecti, Gen. 43. v. 27. Pſ. 119. v. 165. &c. inde quidam ſtatuunt, per pacem hic intelligi *quævis beneficia tam corporalia, quam ſpiritualia, tam temporalia, quàm æterna.* Quidam *pacis* nomine intelligunt *concordiam illorum, quibus ea gratia obtingit.* Sed in ſalutatione Chriſti, Luc. 24. v. 36. Joh. 20. v. 19. & Apoſtolorum *pacis* nomine intelligitur præcipuum ac ſingulare illud gratiæ divinæ in Chriſto nobis collatæ beneficium, quod juſtificati fide pacem habemus apud Deum, Rom. 5. v. 1. quæ eſt *pax in Deo & cum Deo.* Ex gratia Dei in Chriſto nobis exhibitâ & fide acceptâ oritur reconciliatio cum Deo & pax conſcientiæ in Spiritu ſancto.

Hieronymus in Epiſt. ad Cyprianum Presbyterum, in qua Pſal. 99. exponit. *Omnes Epiſtolæ Pauli in ſalutationis principio uno ordine pacem habent, & ſic gratiam. Habente gratiam, & ſic pacem, ut donata nobis peccatis nobis pacem Domini conſequamur.*

Tertull. lib. 5. contra Marcion. cap. 5. monet, *quòd Judæorum hæc fuerit ſalutatio: Pax vobis. Apoſtolorum verò: Gratia & pax vobis, eò quòd gratia per Chriſtum allata præcones eſſent.*

Beda in 1. Petr. 1. *Quia per gratiam Chriſti ad pacem reconciliatam nunquam venitur, ideò gratia & pax in ſalutatione Apoſtolorum conjunguntur, ut gratia paci præmittatur.*

Minus rectè Syrus invertit verborum ordinem, ac *pacem gratiæ* præmittit, procul dubio ad morem ſalutandi Hebræis uſitatum reſpiciens.

Ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν. Optat enim, contingere ſpiritualia illa beneficia à Deo tanquam autore & patre noſtro, quia nos in filios adoptavit; & à Chriſto tanquam Mediatore, quia ſuâ paſſione & morte ea nobis promeruit.

Καὶ κυρίου &c. Repetendam hîc eſſe ἀπὸ καὶ τοῦ ex præcedentibus particulam ἀπὸ, vel ex eo colligitur, quòd aliàs ordo foret præpoſterus, quia Deus primariò & principaliter, videlicet per naturam propter æternam generationem, eſt *Pater Chriſti*, ſecundariò autem & *propter Chriſtum per gratiam adoptionis eſt Pater noſter.* Inde Syrus particulam מן notanter bis repetit. *Pax vobis à Deo Patre noſtro, & à Domino noſtro Jeſu Chriſto.*

D Obſerv.

Obſerv. Sanctorum ſalutationes ſunt efficaces preces & benedictiones, impetrantes bona, quæ ſalutatis exoptant. Matth. 10. vers. 13.

V. 8. Πρῶτον μὲν εὐχαριςῶ τῷ θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριςοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν, ὅτι ἡ πίςις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ.

In exordio benevolentiam & attentionem captat, quia gratulatur eis cognitionem Evangelii, & optat ſibi obtingere occaſionem ipſos docendi.

Prima exordii pars, in qua gratulatur eis cognitionem Evangelii, ſuamque erga ipſos teſtatur benevolentiam, & viciſſim ipſorum erga ſe benevolentiam provocat.

Πρῶτον hoc loco non *ordinis*, ſed *intentionis* eſt adverbium, ſignificans idem, quod *inprimis*; niſi velimus in ſeq. ſubintelligere. Idem ſignifico, quòd ſæpe voluerim venire.

Pronomen μου eſt vox fidei. *Gratias ago Deo meo, quem mihi propitium eſſe ſentio, qui ad Evangelium me vocavit, & cui in Evangelio ſervio.* Joh. 20. v. 28. Gal. 2. v. 20.

Gratias ago Deo *per Chriſtum tanquam Mediatorem, à quo fides, gratia & omnia bona, pro quibus Deo gratias agimus, nobis proveniunt.* Ambr. *tanquam ſummum Sacerdotem, cujus oblatione omnia noſtra grata ſunt Deo Patri.* Orig.

Ὑπὲρ πάντων ὑμῶν *ſuper omnibus vobis.* Syrus reddidit: *propter facies omnium veſtrûm*, redundat autem אַפֵּי, ſicut plerumque apud Hebræos פְּנֵי.

Fides veſtra καταγγέλλεται *annunciatur ac prædicatur*, vel etiam *commendatur ac laudatur.* Syrus habet verbum אֶשְׁתַּמַּע *audita eſt.*

Origenes ſtatuit, *hyperbolen eſſe in his verbis, quòd fides Romanorum annuncietur in toto mundo.* Sed quia Roma erat caput imperii, facilè fieri potuit, ut propter hominum peregrinorum affluxum converſio eorum ad fidem Chriſti longè lateque increbeſceret.

Ex conſequente intelligit antecedens. Neque enim pro-

priè ideò Deo gratias agit, quòd eorum fides in toto mundo annuncietur, cum interdum huic annunciationi de alicujus virtutibus res ipſa non reſpondeat, ſed quòd ipſorum fides reverâ talis ſit, quæ meritò in toto orbe celebretur.

Pontificii *prærogativam quandam Eccleſiæ Romanæ in eo quærunt, quod fides ejus dicatur annunciari in toto mundo.* Sed re. 1. Apoſtolus eodem elogio Theſſalonicenſium Eccleſiam ornat, 1. Epiſt. c. 1. 8. *fides veſtra, quæ eſt ad Deum, dimanavit in omnem locum.* 2. Apoſtolus Romanum Cleri faſtum quaſi præſagiens graviter comprimit, Rom. 11. v. 21. 22.

Baronius ann. Chriſti 58. §. 50. *Cyprianus ad Cornelium Papam ſcribens, Epiſt. 57. id quod Paulus ait, fides veſtra annunciatur in univerſo mundo, exiſtimat, Prophetice dictum eſſe.*

Reſp. 1. nec Pauli, nec Cypriani mens fuit *Prophetice* quidquam prædicere, nec quid in poſterum eventurum eſſet, ſpondere, ſed præſentem Eccleſiæ Romanæ ſtatum Hiſtoricè deſcribere. 2. Ac ſimul hortari Romanos ad perpetuam & invariatam veræ fidei profeſſionem. 3 Fatentur ipſimet Pontificii, *Romam aliquando ſedem Antichriſti fore* [illegible]. Anglo Remenſ. in cap. 17. Apoc. *Roma ante finem mundi futura eſt Antichriſti ſedes.* Ribera in cap. 14. Apoc. n. 39. Loquitur Johannes de Roma, qualis ſub Ethnicis Impp. olim fuit & qualis, poſtquam à Romano Pontifice defecerit, in fine ſeculi futura eſt. Blaſius de Viegas in Apoc. cap. 17. comm. 1. ſect. 3. *Nomen Babylonis ad eam Romam transferendum, quæ antequam reciperet fidem Chriſti, idolis ſerviebat, & ad eam, quæ erit tempore Antichriſti, quam à ſummo Pontifice* [illegible] *Johannes prædicit.*

Cornel. à Lap. urget. 1. dictum Hieronymi lib. 3. contra Ruffin. cap. 4. *ad Romanos, Apoſtolico ore laudatos perfidia non habet acceſſum.* Sed reſp. alius fuit ſtatus Eccleſiæ Romanæ tempore Hieronymi, alius temporibus ſequentibus. 2. Dictum Cypriani Epiſt. 57. *Unus apud vos animus & una vox eſt, Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt, clarum fratres cariſſimi fidei* [illegible] *Apoſtolus prædicavit* [illegible] *veſtra* [illegible] *laudat* [illegible]. Reſp. laudat eos, quòd tempore perſecutionis Decii in fide conſtantes manſerint, non autem præ-

dicit, ipſos perpetuò tales fore. Quinimò in controverſia de rebaptizandis ab hæreticis baptizatis non ſenſit Cyprianus idem cum Rom. Eccleſia. 3. Dictum Chryſoſtomi in h. l. *Non dixit Paulus, manifeſtatur, ſed annunciatur fides veſtra, planum faciens, quod dictũ nihil addendum vel demendum eſſet.* ℞. doctrinæ illi, quam Paulus & Petrus Romanis tradiderunt, nihil addendum vel demendum fuiſſe aſſerit, quòd autem Romani id ſemper eſſent facturi, nuſpiam prædicit vel etiam prædicere potuit. 4. Dictum Irenæi, lib. 3. adv. hæreſ. cap. 3. *qui ab Eccleſia Rom. quaſi à matrice veritatem fidei & traditionis Apoſtolicæ petendam doceat.* ℞. non ad ſolam Roman. Eccleſiam remittit, ſed in genere ad Eccleſias ab Apoſtolis fundatas. *Quæ eſt Epheſi*, inquit, *Eccleſia à Paulo quidem fundata, teſtis eſt verus Apoſtolorum traditionis.*

v. 9. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι.

Secunda exordii pars, in qua exponit ardentiſſimum ſuum deſiderium eos inviſendi. Hic affectus erat cauſa impulſiva movens Paulum, ut pro fide Romanorum Deo gratias ageret.

Miniſtri Eccleſiæ ſervire Deo debent *in Spiritu*, h. e. ſerio ſtudio ac toto conatu, ἀνυποκρίτως ϗ ἀκιβδήλως, cum animi ſincera promtitudine & alacritate.

Obſerv. duplex eſt Dei cultus; internus, qui fit Spiritu & veritate, ac externus, qui fit externo opere, quem hypocritæ prætermiſſo interno unicè ſectantur. Paulus verò & interno cultu Deo ſerviebat, vera fide & invocatione; & cultu externo, videlicet prædicatione Evangelii.

Servio Deo ἐν πνεύματι. Hoc opponit 1. Ceremoniis Judaicis. 2. Hypocriſi. Sic in Spiritu & veritate jubemur Deum invocare. Joh. 4. v. 23.

Ἀδιαλείπτως. Eadem voce utitur Apoſtolus, 1. Theſſ. 5. v. 16. quando ad preces ſine intermiſſione fundendas pios hortatur. Non autem intelligitur omnimoda & nunquam interrupta temporis continuatio, nec ipſius actus precatorii ſempiternitas, ſed innuitur aſſiduitas & devotio mentis credentis & perſe-

veran-

verantis, nec ob diffidentiam Deo obmurmurantis, ſed patienter ei obſecundantis, ipſique ſeſe totam commendantis & opem præſtolantis. Sic enim exponit Chriſtus, Luc. 18. v. 1. quod *oportet πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν*. Syrus hîc reddidit, *ſine quiete*.

v. 10. Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος, εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

Inter *δέησιν* & *προσευχὴν* quidam ſic diſtingvunt, quod *δέησις ſit, quâ petimus ea bona, quibus nobis opus eſt, ſeu quibus indigemus; προσευχὴ votum ad DEUM directum, quo aliquid optamus.* Syrus habet emphaticum verbum [illegible], quod ſignificat, *DEI miſericordiam implorare.*

Quidam *δέησιν* dicunt eſſe *deprecationem pro averſione malorum; προσευχὰς preces, quibus res & bona ad ſalutem neceſſaria à DEO flagitantur.* Sed hoc diſcrimen non eſſe perpetuum, vel ex hoc loco patet.

Εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, ut proſperum iter mihi tandem aliquando contingat, ut feliciter proſperer &c. Syrus: *ſi tandem aperiatur mihi via per voluntatem DEI ad vos veniam.*

Obſerva, pios in omnibus etiam externis actionibus à ſolo Deo pendere, & ad ejus providentiam reſpicere.

v. 11. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.

Tertia pars exordii, in quâ deſiderii ſui 1. cauſam finalem exponit.

Ἐπιποθεῖν ſignificationem habet ſingularis deſiderii. Syrus reddidit, *bene, i. e. valdè deſidero.*

Per χάρισμα πνευματικὸν intelligit doctrinam, conſolationem, exhortationem, ut exponitur in v. ſeq. Syr. *donum Spiritale*, item *augmentum fidei & notitiæ myſteriorum DEI.* Sic Rom. 15. v. 29. *cum plenâ benedictione Evangelii ſe venturum* dicit.

Εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. Syrus reddidit, דבה, *per quod donum*, vel *per quem* Spiritum *confirmemini*. Relativum enim eſt anceps.

v. 12. Τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ.

Emollit, quod dixerat, *ſe Romanos confirmare velle ſpirituali aliquo dono*, ne ſibi ſoli totam vim Spiritus S. arrogare, vel eos, à quibus Romani inſtituti erant, contemnere videatur. Dicit ergò, *ſe non minus ab eis aliquod ſpirituale donum expectare, quàm ipſis conferre cupere.* Chryſoſt. monet, *quod tacitè preſſerit faſtum Romanorum, dum inſinuat, eos ſuâ inſtructione & monitis indigere.*

Συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, ut mutuò nos conſolemur, *ego per veſtram fidem, vos per meam*, ut reddidit Syrus; ad communem conſolationem percipiendam, ut ex mutuo alloquio utrinsque noſtrum accedat aliqua levatio. Chriſtiani enim Romæ exiſtentes perſecutionem patiebantur & infeſtabantur ob fidem à gentilibus.

Quando Apoſtolus de ſolis Romanis loquitur in vers. præced. utitur voce στηριχθῆναι; cùm autem ſeipſum quoque includit, utitur voce συμπαρακληθῆναι, prius ſignificat *confirmationem*, poſterius *mutuam conſolationem*. Senſus igitur eſt, Romanos fuiſſe in fide confirmandos adventu Pauli, Paulum verò ſolatium mutuum accepturum ex illorum confirmatâ fide, negat enim, *ſe fidem ab homine accepiſſe.* Sed quamvis Apoſtolus fidem per immediatam revelationem ratione notitiæ & aſſensus acceperit, nihil tamen impedit, quò minùs fides ipſius ratione fiduciæ ex mutuo cum piis colloquio augeri potuerit.

Miniſtrum maximè conſolatur, ſi videat auditores ſuos in fide eſſe conſtantes, inque ea quotidie creſcere. Viciſſim etiam auditores conſolatur, ſi doctorem ſuum præſentem videant & audiant.

v. 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο) ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι.

Reſpondet tacitæ objectioni cur non jamdudum venerit, ſiquidem tanto Romanos inviſendi deſiderio flagraverit: *quia ſc. ſit impeditus.* Mox repetit primam rationem ſupra indicatam,

cur ad eos venire deſideraric, videlicet *ut aliquos ex illis conver-teret, vel converſos confirmaret.*

Syrus: *Volo ut ſciatis, fratres mei, quod temporibus* h. e. vi-cibus *multis volui ad vos venire.*

Quidam volunt *hoc impedimentum itineris ipſi objectum à Deo, qui ipſius operâ alibi uti maluit*, Actor. 16. v. 6. Rom. 15. v. 20 quidam verò *à Satana, præſentiam Pauli Romanis invidente*, 1 Theſſ. 2. v. 18. qua de re certi quid definiri vix poteſt, cùm hoc ſit in abſconditis.

Ut fructum aliquem habeam, credentes in fide confirman-do, incredulos ad fidem perducendo, hic enim fructus eſt Ev-angelicæ prædicationis.

V. 14. Ἕλλησί τε ϰ̀ βαρβάροις, σοφοῖς τε ϰ̀ ἀνοήτοις ὀφει-λέτης εἰμί.

Exponit cauſam impulſivam ſui deſiderii, adeóque ſecun-dam rationem, cur expetat ad eos venire, & ipſos erudire, quia ſcilicet divino mandato, utpote Apoſtolus obligatus ſit ad du-cendum Judæos & gentes.

Syrus diſtinctionem Græcam mutat, quia priora hujus verſiculi verba cum v. 13. præced. conjungit, ac per paraphra-ſin quædam inſerit: *Nam omni homini debitor ſum, ut prædicem*,

Βάρβαρος vocatur, qui vitioſâ & inſuavi, h. e. blæſâ, bal-butiente & inconditâ linguâ loquitur, tales à Græcis cenſeban-tur omnes, qui extra Græciam eſſent, uti ex Strabone patet, cujus verba habent. *Cùm Græci hoc vitium in peregrinis linguis animadverterent, eos per convitium βαρβάρους appellare cœperunt, quaſi craſſilingues, ſeu durilingues, tandem vero omnes, qui diverſo ab aliis ſermone uterentur, hoc nomine appellarunt*, lib. 14.

Quidam ſcripſerunt; *peregrinos homines Athenis Græcam linguam diſcentes, cùm aliquid ex ea proferre conarentur, in hanc vocem βάρβαρ incidere ſolitos, ex quo poſtea Græcæ linguæ ignari di-cti ſunt barbari.*

Paulus, qui hactenus inter Græcos egerat, & ex Græcia hæc ſcribebat, Græcorum more, Græcis opponit barbaros, quâ ratione etiam Romani ipſi erant barbari.

Sicut

Sicut Hebræi reliquas gentes vocant לֹעֵז Pſal. 114. v. 1. ita Græci reliquos populos vocant *barbaros.* לֹעֵז eſt omnis lingua, quæ non eſt Hebræa. Chaldæus dict. loc. Hebræum רוֹעֵז reddidit בַּרְבְּרִי, unde quidam cenſent *βάρβαρος formatum eſſe ex nomine Chaldaico* בַּרְבְּרִי *extraneus, peregrinus, ignotus, à* בַּר *extra, per geminationem repetito.* Sed 1. Cor. 14. v. 11. *barbarus* vocatur, cujus eſt peregrinum & ignotum idioma, quo ſenſu etiam Ovidius in ponto exulans canit:

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.

Sapientibus & inſipientibus &c. Quidam ſtatuunt, *hoc poſterius membrum eſſe ἐπεξηγητικὸν prioris, quia Græci voluerunt haberi ſapientes, & barbaras gentes ut inſipientes deſpectui habebant.* Sed nihil impedit, quo minus generaliter accipiatur, cùm inter barbaros ſapientes, & inter Græcos inſipientes dentur.

Ὀφειλέτης εἰμί. Reſpicit ad Apoſtolatum divinitùs ſibi concreditum, quòd vocationis ſuæ ratione ad prædicandum Evangelium obſtrictus ſit, 1. Cor. 9. v. 16. inde Syrus idipſum addidit.

Obſerv. Nemo tàm ſapiens eſt, quin habeat, quod ex verbo Dei diſcat.

v. 15. Οὕτω (τὸ κατ' ἐμὲ) πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Quicquid in me eſt, illud promtum ac paratum ad Evangelium etiam nobis prædicandum. *Quantum quidem in me eſt*, non recuſavi etiam vobis prædicare.

Syrus habet verbum מִתְחַפַּט *ſolicitus fui, operam dedi,* ut præter promptam voluntatem etiam includatur ſtudium

v. 16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Tertia ratio, cur ad eos venire, ipſosque docere expetat deſumta à doctrinæ Evangelicæ, cujus Apoſtolus conſtitutus erat, præſtantia.

Syrus. *Non erubeſco propter Evangelium*, hoc eſt, *non pudet me Evangelii.* Tertull. libr. 5. contra Marcion. cap. 13. *Non me pudet Evangelii.*

Vulg.

Vulg. verſio nomen *Chriſti*. h. l. omiſit, quod tamen eſt emphaticum. Eſt *Evangelium Chriſti*. 1. Ratione cauſæ efficientis, quia per Chriſtum revelatum, Joh. 1. v. 18. 2. Ratione objecti, quia agit de Chriſto & ipſius beneficiis.

Eſt [illegible] divinum & efficax medium, quo Deus ad homines ſalvandos utitur. 1. Quia in eo offeruntur beneficia, Chriſti paſſione & morte parta, inter quæ etiam vita & ſalus æterna. 2. Quia per prædicationem Evangelii Deus fidem in cordibus operatur, per quam oblata in Evangelio bona amplectantur ſibique applicent. 3. Quia per Evangelium fides conſervatur & augetur, ut ſic *virtute Dei per fidem cuſtodiamur ad ſalutem*, 1. Petr. 1. v. 5. 4. Quia in omnibus adverſis ac tentationibus vivificam conſolationem exhibet, ut ad vitam æternam ſub crucis pondere conſervemur.

Cornel. à Lap. in h. l. *Non ipſa vox, vel Scriptura Evangelii, ſed prædicatio & fides, vel potiùs res prædicata per Evangelium ſcilicet Chriſti mors, merita, Sacramenta, præcepta, promiſſa ſunt Dei virtus & potentia, per quam potenter in credentibus operatur ſalutem, i. e. fidem, juſtitiam & vitam æternam.* [illegible] 1. Vitioſa eſt oppoſitio inter Evangelii vocem, & prædicationem. Quid enim aliud eſt Evangelium prædicatum, quàm ipſa vox Evangelii; Evangelium ſcriptum, quàm Scriptura Evangelii. 2. Prædicatum hoc tribuitur Evangelio non ratione externi ſoni vel literarum, ſed ratione interioris ſenſus: interim nec vox ab Evangelio prædicato, nec Scriptura à ſcripto Evangelio ſeparari debet. 3. Nugatoria hæc eſt analyſis. Evangelium, i. e. fides eſt potentia Dei, per quam operatur fidem: niſi fidei nomine intelligatur doctrina, quæ eſt ipſum Evangelium. 4. Aliud eſt loqui de Evangelio; aliud de beneficiis, quorum ὄχημα eſt Evangelium; aliud de objecto, quod in Evangelio nobis monſtratur, quod eſt Chriſti mors.

Svenckeldius nomine *Evangelii* intelligendum eſſe dicit, *ipſum Chriſtum, eſſentiale Dei verbum, cùm de tali Evangelio Apoſtolus hic loquatur, cui eſſentialis Dei proprietas, videlicet potentia competit. Jam verò ſoli verbo eſſentiali, videlicet Chriſto, non autem verbo prædicato eſſentialis Dei proprietas, videlicet potentia competit.*

Reſp. 1. Evangelium eſt prædicatio de Chriſto, non autem

ipſe Chriſtus 2. Nuſpiam in totâ Scripturâ nomen *Evangelii* de ipſo Chriſto ratione eſſentiæ accipitur. 3. Paulus in verſu præced. dixerat *ſe eſſe promtum, etiam Romanis Evangelium prædicare*, poſtea de illo ipſo Evangelio prædicato dicit, *eſt enim potentia DEI &c.* 4 Notanter illud vocat *Evangelium Chriſti*. Ergo non eſt ipſe Chriſtus. 5. In v. 9. dicitur *quod ſerviat DEO in Evangelio Filii ejus*. v. 1. & 3. *quod ſit ſegregatus ad Evangelium de Filio DEI*: ergo Evangelium illud, de quo dicit, quòd ſit *potentia DEI ad ſalutem*, diſtinctum eſt ab ipſo Chriſto, de quo Evangelium concionatur. 6. In Evangelio prædicato duo ſunt, externus ſonus, & interior ſenſus. In Evangelio ſcripto itidem duo ſunt, exteriores characteres, & interior ſenſus. Quando Evangelium dicitur potentia DEI ad ſalutem, tum prædicatur hæc potentia DEI de Evangelio non ratione exterioris ſoni, vel exteriorum characterum, ſed ratione interioris ſenſus. 7. Nec dicitur *potentia DEI* eo ſenſu, quo Chriſtus ipſe dicitur *DEI virtus* 1. Cor. 1. v. 24. quia eſt eſſentialis & hypoſtatica DEI virtus, ſed quia divinam vim ratione divini ſenſus habet inſitam, quæ in prædicatione, lectione & meditatione ad hominum converſionem, illuminationem, vivificationem & ſalvationem ſeſe exerit. Ambroſ. in h. l. *Prædicatio Apoſtolica virtus DEI eſt, quæ invitat ad fidem, & dat ſalutem omni credenti, dum peccata donat & juſtificat, ut à ſecunda morte detineri non poſſit. ſignatur myſterio crucis, prædicatio enim crucis Chriſti indicium eſt mortis evictæ.*

Corn. à Lap. in h. l. *Fides operatur ſalutem, non ſe ſolâ & immediatè, ſed per ſpem, pœnitentiam, bona opera, ſacramenta, ad quæ hominem excitat.* Reſp. fides hic non conſideratur ut nuda notitia & aſſenſus, ſed ut fiducialis apprehenſio meriti Chriſti; quam apprehendendi vim cùm ſola fides habeat, ideò etiam hoc reſpectu ipſi ſoli tribuitur juſtificatio & ſalus.

Cornel. à Lap. in h. l. *Hæc Apoſtoli ſententia extendi quoque poteſt ad ſalutem corporis, eſt enim generaliter vera. Nam Evangelium eſt virtus & cauſa inſtrumentalis ſalutis & vitæ non tantum futuræ, ſed etiam præſentis, idq; non ſolùm voce, ſed etiam ſcripto &c. Atque hinc orta eſt conſuetudo fidelium, ut Evangelium S. Johannis contra venena, veneficia, morbos, aliaq; incommoda geſtent & circumferant.* Salm. tom. 4 comm. p. 614. *Conſuetudo eſt Chriſtianis, geſtare appenſum è collo Evangelium*

ad

aut aliam rem ſacram ſive reliquias, nec error eſt, ſi ex reverentia ſanctorum deferentur cum fide, quia fortè DEUS miſerebitur. Reſp. 1. Cornelius ipſe ſubjungit: *Verùm Apoſtolus propriè non de corporali, ſed de ſpirituali ſalute hic loquitur.* Ergo ex hoc loco elici nequit, *Evangelium geſtatum corporalem ſalutem afferre.* 2 Paulo prius ſcripſerat Cornelius, quod & poſtea repetit; *Apoſtolum non de Scripturâ, ſed de prædicatione Evangelii loqui.* Ergo ex hoc loco probari nequit, Evangelium ſcriptum geſtatum eſſe cauſam ſalutis corporalis, 3 Spiritus S. in verbo revelato nuſquam teſtatur, quod per circumgeſtationem Evangelii ſcripti veneficia & morbos auferre velit. Eſt ergo ſuperſtitio. 4. Ratio, quam Cornelius affert ex Thoma 2. 2. q. 96. art. 4. *Verbum DEI non eſt minoris efficaciæ, quam reliquiæ ſanctorum. ſed reliquiis utimur ad ſalutem. Ergo pari modo, imo magis licet ad eandem licet uti verbo DEI ſcripto ſeu Evangelio*, petit principium. 5. Auguſtinus tract. 7. in Joh. dicens: *Cum caput tibi dolet, laudamus, ſi Evangelium ad caput tibi appoſueris, & non ad ligaturam cucurreris,* non abſolutè, ſed comparatè loquitur. Statim enim addit: *Ad hoc perducta eſt infirmitas hominum, & ita plangendi ſunt homines, qui currunt ad ligaturas, ut gaudeamus, quando videmus hominem in lectulo ſuo conſtitutum, jactari febribus & doloribus, nec alicubi ſpem poſuiſſe, niſi ut ſibi Evangelium ad caput poneret, non quia ad hoc factum eſt, ſed quia prælatum eſt Evangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut quieſcat dolor capitis, ad cor non ponitur, ut ſanetur a peccatis? Fiat ergo? quid fiat? ponatur ad cor, ſanetur cor.* 6. Chryſoſtomus hanc ſuperſtitionem refellit hom. 43. in 1. Corinth. Autor imperf. oper. hom. 43. *Nonne Evangelium quotidie in Eccleſia legitur, & ab omnibus auditur? Cui ergo geſtata in auribus Evangelia nihil proſunt, quomodo poſſunt circum colla ſuſpenſa ſalvare? deinde ubi eſt virtus Evangelii, in figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, benè circa collum ſuſpendis, ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita ſunt, quam circa collum ſuſpenſa.*

Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Particula τε hoc loco ſignificat idem quod *deinde* vel *ſecundò*, ut colligitur ex voce πρῶτον.

Argumentum Conræi in h. l. *Si Evangelium tantum revelat, peccata manentia non imputari, non eſt virtus DEI. Virtus enim ſeu potentia in eo eſt, ut peccata remittantur, mala voluntas mutetur, vetus homo moriatur, naſcatur novus.* Reſp. 1. Evangelium eſt *potentia DEI*, quia

per illud Deus accendit fidem in cordibus noſtris, Joh. 17. v. 20. Luc. 4. v. 23. 1. Cor. 1. v. 21. Rom. 10. v. 17. 1. Pet. 1. v. 23. Jac. 1. v. 21. per quam nobis juſtitia Chriſti in Evangelio revelata imputatur. 2. *Ex auditu* Evangelii *accipimus* Spiritum S. Gal. 3. v. 2. qui corda noſtra renovat, ſed hæc renovatio, cùm ſit in hâc vita imperfecta, coram Deo non juſtificat.

V. 17. Δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται; ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Declaratio & confirmatio præcedentis ſententiæ, *unde Evangelium ſit potentia ad ſalutem*: quia Deus per illud non ſolùm patefacit, ſed etiam reipsâ offert, & exhibet gratuitam juſtificationem per fidem. Simul tamen principalem totius Epiſtolæ propoſitionem explicat, velut per quandā occaſionem, clauſulæ exordii annexam. Ea verò eſt, quòd nullus alius ſit coram Deo juſtificandi modus, quàm fides in Chriſtum, quem Evangelium nobis proponit, id quod Prophetico teſtimonio confirmat.

Ex particula γὰρ quidam colligere volunt, *Evangelium vocari Dei potentiam ad ſalutem, tantùm ratione manifeſtationis, quia ſc. manifeſtat nobis Chriſtum Salvatorem, qui à Deo nobis factus juſtitia.* 1. Cor. 1. v. 30. Sed incluſio unius non eſt excluſio alterius. Evangelium eſt *Dei virtus ad ſalutem*, non ſolùm *ratione manifeſtationis*, ſed etiam ratione *efficacis operationis*, quia eſt ſalutare & efficax organum, per quod Deus fidem in cordibus hominum ad eorum ſalutem operatur, Rom. 10. v. 17. prius eſt μαθήσεως, poſterius πράξεως. Inde ipſe Apoſtolus h. l. fideī mentionem ſubjungit. Quidam reſpondent, ex conſequente intelligi antecedens. *Juſtitia revelatur in Evangelio*, i. e. *reipsâ præſtatur & exhibetur*. Thomas in h. l. *Quæ quidem juſtitia revelatur in Evangelio, in quantum per fidem Evangelii homines juſtificantur*. Lombardus in h. l. *Hanc autem juſtitiam Evangelium revelat ipſo effectu, ſc. dum dat fidem homini, per quam juſtificatur.*

Juſtitia Dei, quæ Evangelio revelatur, non eſt *eſſentialis Dei juſtitia*, ut vult Oſiander; nec ſumitur nomen *juſtitia* h. l. pro *diſtributivâ juſtitia*, ut vult Origenes; nec pro *promiſſā*, ut vult Ambroſius; nec pro *miſericordiā*, ut vult Chryſoſtomus; nec pro *ſatis-*

ſalutifaciente, ut vult Theodoretus; nec pro *habituali vel actuali operum juſtitiâ*, ut volunt Pontificii: ſed, ut ipſe Apoſtolus in in hoc ipſo verſiculo & cap. 3. v. 22. exponit, pro *juſtitiâ fidei*. Auguſt. de Spir. & lit. cap. 9. *Juſtitia Dei eſt juſtitia divina, non Judaica, non Philoſophica, quâ ſc. nos Deus juſtificat per Chriſtum, ſeu quæ innocentes Dei reverà juſtos facit.*

Lutherus in præfat. oper. circa fin. *Miro ardore captus ſum intelligendi vocem juſtitiæ apud Paulum &c. Ibi juſtitiam cœpi intelligere eam, quâ juſtus dono Dei vivit, nempe ex fide, & hanc eſſe ſententiam nempe revelari per Evangelium juſtitiam Dei, ſc. paſſivam, quâ nos Deus miſericors juſtificat per fidem, hic me renatum prorſus ſenſi.*

Vocatur *juſtitia Dei*. 1. Quia Deus in æterno ſuo conſilio decrevit, non alia ratione, niſi per fidem in Chriſtum homines juſtificare. 2. Quia in verbo Evangelii eam revelavit, ſicut h. l. Apoſtolus de eâ teſtatur. 3. Quia Chriſtus verus Deus ſuâ paſſione & morte eam peperit: unde Syrus notanter eam vocat *juſtitiam* דאלהא *ipſius Dei*. 4. Quia Deus eam gratis homini donat, imputando juſtitiam Chriſti, unde in cap. 5. v. 15. vocatur *donum Dei*. 5. Quia in Dei judicio ſubſiſtit, ac Deus eam ratam habet, ſicut Lutherus h. l. reddit: die für Gott gilt. Sic Joh. 6. v. 29. *opus Dei*, i. e. ipſi probatum. 6. Quia opponitur juſtitiæ humanæ ac Phariſaicæ.

Ἀποκαλύπτεται. Reſpectus habetur 1. Ad rationem humanam, cui hæc juſtitia & hic modus juſtificandi eſt planè abſconditus. 2. Ad figuras V. T. quod clarè & perſpicuè absque typis & figuris in N. T. proponatur. Eſ. 56. v. 1. Rom. 3. v. 21.

Ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Auguſt. de Spir. & lit. c. 11. *Ex fide prædicantium in fidem audientium.* Theodor. & Oecum. *Ex fide rerum præteritarum in Chriſto, in fidem rerum futurarum in nobis.* Anſhelmus in h. l. tripliciter exponit. 1. *Ex fide unius Dei in fidem Trinitatis. 2. ex fide primi adventus Chriſti ad ſalvandum, in fidem ſecundi adventus ejus ad judicandum. 3. Ex fide humanitatis Chriſti in fidem divinitatis.* Sed nulla harum expoſitionum ſatis convenit textui. Idem judicium de expoſitione Bedæ: *Ex fide hic poſitura in fidem, i. e. in claram viſionem in cœlo.*

Sunt inſuper 1. quidam, qui putant reſpectum haberi *ad conſonantiam utriusq; Teſtamenti in teſtificando de hac juſtitia.* Clemens Alexandr. lib. 2. ſtrom. [illegible] Sic ergo foret ſenſus. Evangelium eâ ratione ſalvat, quia & olim tempore V. T. docuit credere, Chriſtum eſſe venturum; & nunc docet credere, Chriſtum jam eſſe exhibitum. Orig. Chryſ. Theod. *Ex fide V. T. obſcurâ in claram fidem N. T ad quam illa nos ducit.*

Ex fide Prophetarum, in fidem Apoſtolorum, Auguſt. *ex fide obſcurâ & latente in V. T. in fidem manifeſtam & revelatam in N. T ex fide rerum præteritarum in fidem futurarum.* Beda in Collectaneis. *Ex fide verborum, quibus nunc credimus, quod non videmus, in fidem rerum, quâ in æternum, quod nunc credimus, obtinebimus.*

Atqui 1. cùm dicitur: *homo juſtificatur ex fide.* intelligenda ea fides, quam quis habet, non autem quam non habet. Ergo non intelligitur fides annunciantium, fides Prophetarum &c. 2. intelligitur fides vera, ergo non informis, non mortua. 3. Significatur ergo tum perſeverantia, tum incrementum fidei.

2. Quidam ſtatuunt ſignificari, *quod Patres V. T. eandem habuerint juſtitiam, quâ coram DEO juſtificati fuerint, quam nos in N. T. videlicet juſtitiam illam fidei.* Act. 15. v. 11.

3. Quidam volunt inſinuari, *quod Evangelium, in quo juſtitia fidei revelatur, doceat, fidem noſtram paulatim incrementa capere, & ex fide minore in majorem proficere.* Clemens Alexandr. libr. 5. ſtrom. 2. Cor. 3. v. ult. Rom. 6. v. 20. Cornel. à Lap. in h. l. aptisſimam cenſet expoſitionem: *Ex fide incipiente & imperfecta in fidem proficientem perfectam & caritate formatam.* Sed de fide caritate formatâ & gradibus omnibus perfectâ nihil novit Scriptura.

Quidam exiſtimant, hoc dici *ob relationem inter fidem ſive veritatem DEI promittentis, & inter fidem hominis, oblata in Evangelio bona recipientis.* Ambroſ. in h. l. *Juſtitia pateſit ex fide DEI promittentis in fidem credentis, quia in credente DEUS apparet juſtus, incredulo injuſtus, qui negat DEUM eſſe veracem.*

5. Quidam volunt, reſpectum haberi *ad actum fidei continuatum*, ut ſit ſenſus: *in negotio juſtificationis, ſolam fidem dominari, ac DEI juſtitiam patefieri ex fide in fidem,* i. e. *ex ſola fide, quemadmodum,*

ſum, 2 Cor. 3. v. 18. dicimur transformari ex gloria in gloriam, ubi illa anadiploſis perpetuitatem & continuitatem ſignificat. Ita quoque uſurpantur in Scripturis phraſes *de virtute in virtutem, de ſeculo in ſeculum.* Nulla harum expoſitionum cum fidei analogiâ pugnat, interim poſtrema videtur proximè accedere ad textum.

Cornel. à Lapide ex textu Prophetico, in quo Iſraelitis liberatio per Cyrum promittitur, colligit; *Prophetam loqui de fide, quâ DEO quavis in re credimus, at ſententiam Prophetæ applicari fidei in Chriſtum, tum quia fides vera eſt illa, quam DEUS ſanxit & inſtituit, jam vero DEUS ſanxit fidem veram eſſe fidem in Chriſtum redemtorem; tum quia fides de Cyro allegoricè repræſentabat fidem de Chriſto.*

Juſtus ex fide vivet. Deſumta eſt hæc ſententia ex Hab. 2. v. 4. ubi prædicitur in clade à Chaldæis populo Iſraelitico inferendâ diſparem fore piorum ſive credentium, & impiorum ſive incredulorum conditionem, hos ob diffidentiam erga DEUM & vanam in humanis præſidiis confidentiam inſtar bullæ evanituros; illos vero ex fide, quâ ſciunt, ſe DEUM habere propitium, viĉturos, i. e. verâ & vivificâ conſolatione perfruituros.

Hanc ſententiam Apoſtolus ut generalem ad doctrinam Evangelii, quæ eſt doctrina fidei, accommodat, quia fides, quæ in ærumnis nos ſuſtentat, prærequirit gratuitam peccatorum remiſſionem, & reconciliationem cum DEO, priùs eâdem fide apprehendendam.

Dicti occaſio & ſcopus ſpecialis eſſe poteſt, ut interim dictum ipſum ſit generale. Oſtendit Propheta, quâ ratione in tentationibus & calamitatibus quibusvis ſeſe ſuſtentare, & in mediis undis tranquilli eſſe poſſint, videlicet verâ & unicâ in Meſſiam fide, quâ cùm ſciant ſe eſſe juſtificatos & apud DEUM in gratiâ conſtitutos, omnia adverſa magno animo perferant, imò contemnant. Ac conſequenter monet, ut in ſpecie in malis per Chaldæos inferendis Iſraelitæ fide ſeipſos ſuſtentent. Rectiſſimè igitur, quod in genere à Propheta dictum erat, Apoſtolus in ſpecie ad præcipuum hoc beneficium applicat, oſtendens, quòd ut in anguſtiis corporalibus, ita maximè quoque in anguſtiis ſpiritualibus, & tentationis mortis æternæ, quam homo ſe ſuis ſceleribus

promeru-

promeritum eſſe peccatis *nemo vivere*, i.e. ſuſtentari, eluctari & vivificâ conſolatione perfrui poſſit, *niſi fide in Meſſiam juſtificatus.* Adde, quòd liberatio per Chriſtum promiſſa, fuerit typus liberationis à Chriſto expectandæ. Rectè ergo Corn. à Lap. in h. l. ſcribit: *Intendit Spiritus ſanctus per Cyrum Cyriq; liberationem repræſentare Chriſtum Chriſtiq; redemtionem, quâ ſuis fidelibus Chriſtus vitam, juſtitiam, gratiam, gloriam impertit, adeo, ut in Chriſto veriſſima ſit hæc ſententia: Juſtus ex fide Chriſti vivit.* Et poſtea. *Licet Habacuc hanc ſententiam ad literam applicet Judæis in Babylone captivis, credentibus Deo promittenti Cyrum liberatorem, tamen affert eam quaſi generalem ſententiam, & commune quoddam axioma aut proverbium, quod proinde rectè à Paulo Chriſtianis quoque applicatur.*

Particulam ב Græci rectiſſimè vertunt quandoque per ἐκ vel ἐξ, Deut. 6. v. 5. Marc. 12. v. 30. Luc. 10. v. 27. quo modo etiam Apoſtolus in hoc dicto Prophetico citando reddidit, tum hoc loco; cùm Gal. 3. v. 11. Hebr. 10. v. 38. quandoque per διὰ cùm genitivo ſeu *per*, Deut. 32. v. 21. Pſalm. 78. v. 2. Joh. 1. v. 4. Act. 17. v. 25. Phil. 4. v. 13. quandoq; ſimpliciter per ablativum, quando notat inſtrumentum. Buxdorff. libr. 2. Theſauri Gramm, cap. 13. p. 444. & cap. 20. p. 514. ex quo colligi poteſt, ἰσοδυναμοῦντα eſſe in hoc articulo apud Paulum, ἐκ πίστεως, διὰ πίστεως, καὶ πίστει, Rom. 3. v. 28. 23. 26. &c.

Futurum ζήσεται non excludit præſens. Ex Hebræorum enim idiotiſmo *futurum* in generali ſententia pro præſenti continuo uſurpatur, ſignificaturque, non quod futurum tantum eſt, ſed quod ſemper fuit, eſt & erit, perpetuoq; fieri debet. Pſal. 1. v. 1. & 2. *meditabitur*, i. e. continuò meditatur. Hoſ. 1. v. 2. *fornicabitur*, i.e. permanebit in continua ſcortatione, (in quem locum ſic commentatur Ribera: *Scripturæ conſuetudo eſt, ut ſæpè differentiam aliquam temporis uſurpet, quo permanſionem quandam & durationem rei, quam narrat, in illa eadem temporis differentia ſignificet*) Eſ. 24. v. 22. Buxdorff. lib. 1. Theſauri cap. 12. *Præſens tempus Hebræi propriè nullum habent, efferunt autem illud partim per utrumq; participium, partim per præteritum & futurum in generalibus ſententiis, cùm ſignificatur, non quod fuit aut futurum eſt, ſed quod perpetuò eſſe aut fieri debet.*

Aben-

Aben Ezra ad Phil. [illegible]. *Quando volunt loqui per tempus* [illegible] *id eſt, præſens, loquuntur ſermone præteriti vel ſermone futuri.*

Ex his [illegible] ad corruptelas hujus dicti facilè eſt reſp. Bellarm. lib. 1. de Juſtif. cap. 10. diſputat. *Prophetam* [illegible] *de vita juſtitiæ* [illegible] *de vita* [illegible] *quæ juſtum patienter expectare facit, vel* [illegible] Reſp. 1. Apoſtolus h. l. dictum Propheticum diſertè ad vitam juſtitiæ ex fide accommodat. 2. ex fide juſtificante etiam ſpes oritur, per quam in periculis vivimus, id eſt, de præſentia & auxilio Dei certi patienter expectamus, ſed ex eo non debet inferri, *quod per fidem non* [illegible] *nobis vita ſpiritualis.* 3. Contrarium potiùs ex eo inferendum. Niſi enim fide certi eſſemus, nos eſſe Deo reconciliatos ac peccatorum remiſſionem propter Chriſtum conſecutos, nunquam in periculis & adverſis animo quieto eſſe poſſemus. 4. Per fidem ſpiritualis vitæ nos fieri participes, oſtendit res ipſa. *Chriſtus eſt vita,* Joh. 11. v. 25. cap. 14. v. 6. Ergò *qui credit in Chriſtum, habet vitam,* Joh. 3. v. 16. & 36. 1. Joh. 5. v. 11. & 12. *vivo in fide* [illegible] *inquit* Apoſtolus Gal. 2. v. 20. *mihi vivere Chriſtus.* Phil. 1. v. 21. *Vita noſtra Chriſtus,* Col. 3. v. 4. Ergò vita ſpiritualis non tantùm initium ducit à fide, & poſtea per [illegible] *juſtus ex fide vivit,* i. e. credendo in Chriſtum habet vitam æternam. 5. Hinc Auguſt. in Pſ. 93. *Non eſt alia juſtitia hominis in hac vita, niſi ex fide vivere.* Lutherus in cap. 48. Genes. tom. 4. f. 192. *Tanta vis eſt fidei, quæ nos* [illegible] *facit ex mortuis, ac ſane eâ ipſâ horâ, qua incipimus credere & verbum apprehendere, etiam vivere incipimus vitâ æternâ, quia verbum Domini manet in æternum &c.* 6. Ipſe Thomas 2. 2. q. 12. art. 1. ſic ſcribit: *Fides eſt vita animæ, ſicut ſublatâ vita corporali, omnia membra & partes hominis à debita diſpoſitione recedunt: ita ſublatâ vitâ juſtitiæ, quæ eſt per fidem, apparet inordinatio in omnibus actibus.* Ribera in cap. 2. Habac. n. 10. agnoſcit, *Apoſtolum hic agere de vita gratiæ, quæ nulli* [illegible] *niſi fide in Chriſtum.* Cornel. à Lap. in h. l. *Habacuc loquitur non de vita corporis, ſed animæ, non naturali, ſed ſupernaturali, quales* [illegible] *& juſtitiæ, quâ juſtus, quatenus juſtus eſt, vivit.* [illegible] *vivere, quod* [illegible] *juſto & fideli, & non habere* [illegible] *diſplicere Deo, quod* [illegible] *incredulo & injuſto.*

Adamus Contzen in h. l. *Juſtus ex fide vivit,* i. e. *fides eſt* [illegible]

dicit, ipſos perpetuò tales fore. Quinimò in controverſia de rebaptizandis ab hæreticis baptizatis non ſenſit Cyprianus idem cum Rom. Eccleſia. 3. Dictum Chryſoſtomi in h. l. *Non dixit Paulus, manifeſtatur, ſed annunciatur fides veſtra, planum faciens, quòd dictis nihil addendum vel demendum eſſet.* R. doctrinæ illi, quam Paulus & Petrus Romanis tradiderunt, nihil addendum vel demendum fuiſſe aſſerit, quòd autem Romani id ſemper eſſent facturi, nuſpiam prædicit vel etiam prædicere potuit. 4. Dictum Irenæi, lib. 3. adv. hæreſ. cap. 3. *quæ ab Eccleſia Rom. quaſi à matrice veritatem fidei & traditionis Apoſtolicæ petendam doceat.* R. non ad ſolam Roman. Eccleſiam remittit, ſed in genere ad Eccleſias ab Apoſtolis fundatas. *Quæ eſt Epheſi,* inquit, *Eccleſia à Paulo quidem fundata, teſtis eſt verus Apoſtolorum traditionis.*

v. 9. Μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου ἐν τῷ ευαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι.

Secunda exordii pars, in qua exponit ardentiſſimum ſuum deſiderium eos inviſendi. Hic affectus erat cauſa impulſiva movens Paulum, ut pro fide Romanorum Deo gratias ageret.

Miniſtri Eccleſiæ ſervire Deo debent *in Spiritu*, h. e. ſerio ſtudio ac toto conatu, ἀνυποκρίτως καὶ ἀκιβδήλως, cum animi ſincera promtitudine & alacritate.

Obſerv. duplex eſt Dei cultus; internus, qui fit Spiritu & veritate, ac externus, qui fit externo opere, quem hypocritæ prætermiſſo interno unicè ſectantur. Paulus verò & interno cultu Deo ſerviebat, vera fide & invocatione; & cultu externo, videlicet prædicatione Evangelii.

Servio Deo ἐν πνεύματι. Hoc opponit 1. Ceremoniis Judaicis. 2. Hypocriſi. Sic in Spiritu & veritate jubemur Deum invocare. Joh. 4. v. 23.

Ἀδιαλείπτως. Eadem voce utitur Apoſtolus, 1. Theſſ. 5. v. 16. quando ad preces ſine intermisſione fundendas pios hortatur. Non autem intelligitur omnimoda & nunquam interrupta temporis continuatio, nec ipſius actus precatorii ſempiternitas, ſed innuitur asſiduitas & devotio mentis credentis & perſeveran-

rerantis, nec ob diffidentiam Deo obmurmurantis, ſed patienter eo obſecundantis, ipſique ſeſe totam commendantis & opem præſtolantis. Sic enim exponit Chriſtus, Luc. 18. v. 1. quod oporteat πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Syrus h. l. reddidit, *ſine quiete.*

v. 10. Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος, εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν, πρὸς ὑμᾶς.

Inter δέησιν & προσευχὴν quidam ſic diſtingvunt, quòd δέησις ſit, *quâ petimus ea bona, quibus nobis opus eſt, ſeu quibus indigemus;* προσευχὴ *votum ad DEUM directum, quo aliquid optamus.* Syrus habet complexicum verbum [illegible], quod ſignificat, *DEI miſericordiam implorare.*

Quidam δέησιν dicunt eſſe *deprecationem pro averſione malorum;* προσευχὰς *preces, quibus res & bona ad ſalutem neceſſaria à DEO flagitantur.* Sed hoc diſcrimen non eſſe perpetuum, vel ex hoc loco patet.

Εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι, ut proſperum iter mihi tandem aliquando contingat, ut feliciter proſperer &c. Syrus: *ſi tandem aperiatur mihi via per voluntatem Dei, ut ad vos veniam.*

Obſerva, pios in omnibus etiam externis actionibus à ſolo Deo pendere, & ad ejus providentiam reſpicere.

v. 11. Ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.

Tertia pars exordii, in quâ deſiderii ſui 1. cauſam finalem exponit.

Ἐπιποθεῖν ſignificationem habet ſingularis deſiderii, Syrus reddidit, *bene, i. e. valdè deſidero.*

Per χάρισμα πνευματικὸν intelligit doctrinam, conſolationem, exhortationem, ut exponitur in v. ſeq. Syr. *donum Spiritus.* Item *augmentum fidei & notitiæ myſteriorum DEI.* Sic Rom. 15. v. 29. *cum plenâ benedictione Evangelii ſe venturum* dicit.

Εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. Syrus reddidit, [illegible], *per quod donum, vel per quem Spiritum confirmemini.* Relativum enim eſt anceps.

V. 12. Τȣ̃το δέ ἐϛι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίϛεως, ὑμῶν τε καὶ ἐμȣ̃.

Emollit, quod dixerat, *ſe Romanos confirmare velle ſpirituali aliquo dono*, ne ſibi ſoli totem vim Spiritus S. arrogare, vel eos, à quibus Romani inſtituti erant, contemnere videatur. Dicit ergò, *ſe non minus ab eis aliquod ſpirituale donum expectare, quàm ipſis conferre cupere.* Chryſoſt. monet, *quod tacitè prefferit faſtum Romanorum, dum inſinuat, eos ſuâ inſtructione & monitis indigere.*

Συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, ut mutuò nos conſolemur, *ego per veſtram fidem, vos per meam*, ut reddidit Syrus; ad communem conſolationem percipiendam, ut ex mutuo alloquio utrinsque noſtrum accedat aliqua levatio. Chriſtiani enim Romæ exiſtentes perſecutionem patiebantur & infeſtabantur ob fidem à gentilibus.

Quando Apoſtolus de ſolis Romanis loquitur in vers. præced. utitur voce ϛηριχθῆναι; cùm autem ſeipſum quoque includit, utitur voce συμπαρακληθῆναι, prius ſignificat *confirmationem*, poſterius *mutuam conſolationem*. Senſus igitur eſt, Romanos fuiſſe in fide confirmandos adventu Pauli, Paulum verò ſolatium mutuum accepturum ex illorum confirmatâ fide, negat enim, *ſe fidem ab homine accepiſſe*. Sed quamvis Apoſtolus fidem per immediatam revelationem ratione notitiæ & aſſensûs acceperit, nihil tamen impedit, quò minus fides ipſius ratione fiduciæ ex mutuo cum piis colloquio augeri potuerit.

Miniſtrum maximè conſolatur, ſi videat auditores ſuos in fide eſſe conſtantes, inque ea quotidie creſcere. Viciſſim etiam auditores conſolatur, ſi doctorem ſuum præſentem videant & audiant.

V. 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς (καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τȣ̃ δεῦρο) ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν.

Reſpondet tacitæ objectioni, cur non jamdudum venerit, ſiquidem tanto Romanos inviſendi deſiderio flagraverit: *quia ſc. ſit impeditus*. Mox repetit primam rationem ſupra indicatam,

cur

cur ad eos venire deſiderarit, videlicet *ut aliquos ex illis converteret, vel converſos confirmaret.*

Syrus: *Volo ut ſciatis, fratres mei, quod temporibus* h. e. vicibus multis *volui ad vos venire.*

Quidam volunt *hoc impedimentum itineris ipſi objectum à Deo, qui ipſius operâ alibi uti maluit*, Actor. 16. v. 6. Rom. 15. v. 20. quidam verò *à Satana, præſentiam Pauli Romanis invidente*, 1. Theſſ. 2. v. 18. qua de re certi quid definiri vix poteſt, cùm hoc ſit in abſconditis.

Ut fructum aliquem habeam, credentes in fide confirmando, incredulos ad fidem perducendo, hic enim fructus eſt Evangelicæ prædicationis.

v. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί.

Exponit cauſam impulſivam ſui deſiderii, adeòque ſecundam rationem, cur expetat ad eos venire, & ipſos erudire; quia ſcilicet divino mandato, utpote Apoſtolus obligatus ſit ad docendum Judæos & gentes.

Syrus diſtinctionem Græcam mutat, quia priora hujus verſiculi verba cum v. 13. præced. conjungit, ac per paraphraſin quædam inſerit: *Nam omni homini debitor ſum, ut prædicem*.

Βάρβαρος vocatur, qui vitioſâ & inſuavi, h. e. blæſâ, balbutiente & inconditâ linguâ loquitur, tales à Græcis cenſebantur omnes, qui extra Græciam eſſent, uti ex Strabone patet, cujus verba habent. *Cùm Græci hoc vitium in peregrinis linguis animadverterent, eos per convitium βαρβάρους appellare cœperunt, quaſi crasſilingues, ſeu durilingues, tandem verò omnes, qui diverſo ab aliis ſermone uterentur, hoc nomine appellarunt*, lib. 14.

Quidam ſcripſerunt; *peregrinos homines Athenis Græcam linguam diſcentes, cùm aliquid ex ea proferre conarentur, in hanc vocem βάρβαρ incidere ſolitos, ex quo poſtea Græcæ linguæ ignari dicti ſint barbari.*

Paulus, qui hactenus inter Græcos egerat, & ex Græcia hæc ſcribebat, Græcorum more, Græcis opponit barbaros, quâ ratione etiam Romani ipſi erant barbari.

Sicut

Sicut Hebræi reliquas gentes vocant לֹעֵז Pſal. 114. v. 1. ita Græci reliquos populos vocant *barbaros*. לֹעֵז eſt omnis lingua, quæ non eſt Hebræa. Chaldæus dict. loc. Hebræum לועז reddidit בַּרְבָּרִי, unde quidam cenſent *βάρβαρος formatum eſſe ex nomine Chaldaico* ברבּרי *extraneus, peregrinus, ignotus, à* בַּר *extra, per geminationem repetito.* Sed 1. Cor. 14. v. 11. *barbarus* vocatur, cujus eſt peregrinum & ignotum idioma, quo ſenſu etiam Ovidius in ponto exulans canit.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.

Sapientibus & inſipientibus &c. Quidam ſtatuunt, *hoc poſterius membrum eſſe ἐπεξηγητικὸν prioris, quia Græci voluerunt haberi ſapientes, & barbaras gentes ut inſipientes deſpectui habebant.* Sed nihil impedit, quominus generaliter accipiatur, cùm inter barbaros ſapientes, & inter Græcos inſipientes dentur.

Ὀφειλέτης εἰμί. Reſpicit ad Apoſtolatum divinitùs ſibi concreditum, quòd vocationis ſuæ ratione ad prædicandum Evangelium obſtrictus ſit, 1. Cor. 9. v. 16. inde Syrus idipſum addidit.

Obſerv. Nemo tàm ſapiens eſt, qui non habeat, quod ex verbo Dei diſcat.

v. 15. Οὕτω (τὸ κατ' ἐμὲ) πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι.

Quicquid in me eſt, illud promtum ac paratum ad Evangelium etiam vobis prædicandum. *Quantum quidem in me eſt*, non recuſavi etiam vobis prædicare.

Syrus habet verbum מִתְחַפַּט *ſolicitus fui, operam dedi*, ut præter promptam voluntatem etiam includatur ſtudium.

v. 16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Tertia ratio, cur ad eos venire, ipſosque docere expetat deſumta à doctrinæ Evangelicæ, cujus Apoſtolus conſtitutus erat, præſtantiâ.

Syrus. *Non erubeſco propter Evangelium*, hoc eſt, *non pudet me Evangelii.* Tertull. libr. 5. contra Marcion. cap. 13. *Non me pudet Evangelii.*

Vulg.

Vulg. verſio nomen *Chriſti*, h. l. omiſit, quod tamen eſt emphaticum. Eſt *Evangelium Chriſti*. 1. Ratione cauſæ efficientis, quia per Chriſtum revelatum, Joh. 1. v. 18. 2. Ratione objecti, quia agit de Chriſto & ipſius beneficiis.

Eſt *δύναμις* divinum & efficax medium, quo Deus ad homines ſalvandos utitur. 1. Quia in eo offeruntur beneficia, Chriſti paſſione & morte parta, inter quæ etiam vita & ſalus æterna. 2. Quia per prædicationem Evangelii Deus fidem in cordibus operatur, per quam oblata in Evangelio bona amplectantur ſibique applicent. 3. Quia per Evangelium fides conſervatur & augetur, ut ſic *virtute Dei per fidem cuſtodiamur ad ſalutem*, 1. Petr. 1. v. 5. 4. Quia in omnibus adverſis ac tentationibus vivificam conſolationem exhibet, ut ad vitam æternam ſub crucis pondere conſervemur.

Cornel. à Lap. in h. l. *Non ipſa vox, vel Scriptura Evangelii, ſed prædicatio & fides, vel potius res prædicata per Evangelium ſcilicet Chriſti mors, merita, Sacramenta, præcepta, promiſſa ſunt Dei virtus & potentia, per quam potenter in credentibus operatur ſalutem, i. e. fidem, juſtitiam & vitam æternam.* Resp. 1. Viticioſa eſt oppoſitio inter Evangelii vocem, & prædicationem. Quid enim aliud eſt Evangelium prædicatum, quàm ipſa vox Evangelii; Evangelium ſcriptum, quàm Scriptura Evangelii. 2. Prædicatum hoc tribuitur Evangelio non ratione externi ſoni vel literarum, ſed ratione interioris ſenſus, interim nec vox ab Evangelio prædicato, nec Scriptura à ſcripto Evangelio ſeparari debet. 3. Nugatoria hæc eſt analyſis. Evangelium, i. e. fides eſt potentia Dei, per quam operatur fidem: niſi fidei nomine intelligatur doctrina, quæ eſt ipſum Evangelium. 4. Aliud eſt loqui de Evangelio, aliud de beneficiis, quorum ὄχημα eſt Evangelium, aliud de objecto, quod in Evangelio nobis monſtratur, quod eſt Chriſti mors.

Svenckfeldius nomine *Evangelii* intelligendum eſſe dicit, *ipſum Chriſtum, eſſentiale Dei verbum, cùm de tali Evangelio Apoſtolus ibi loquatur, cui eſſentialis Dei proprietas, videlicet potentia competit. Jam verò ſoli verbo eſſentiali, videlicet Chriſto, non autem verbo prædicato eſſentialis Dei proprietas, videlicet potentia competit.*

Reſp. 1. Evangelium eſt prædicatio de Chriſto, non autem

ipſe Chriſtus 2. Nuſpiam in totâ Scripturâ nomen *Evangelii* de ipſo Chriſto ratione eſſentiæ accipitur. 3. Paulus in verſu præced. dixerat, *ſe eſſe promtum, etiam Romanis Evangelium prædicare*, poſtea de illo ipſo Evangelio prædicato dicit, *eſt enim potentia DEI &c.* 4. Notanter illud vocat *Evangelium Chriſti*. Ergo non eſt ipſe Chriſtus. 5. In v. 9. dicitur *quòd ſerviat DEO in Evangelio Filii ejus.* v. 1. & 3. *quòd ſit ſegregatus ad Evangelium de Filio DEI:* ergo Evangelium illud, de quo dicit, quòd ſit *potentia DEI ad ſalutem*, diſtinctum eſt ab ipſo Chriſto, de quo Evangelium concionatur. 6. In Evangelio prædicato duo ſunt, externus ſonus, & interior ſenſus. In Evangelio ſcripto itidem duo ſunt, exteriores characteres, & interior ſenſus. Quando Evangelium dicitur potentia DEI ad ſalutem, tum prædicatur hæc potentia DEI de Evangelio non ratione exterioris ſoni, vel exteriorum characterum, ſed ratione interioris ſenſus. 7. Nec dicitur *potentia DEI* eo ſenſu, quo Chriſtus ipſe dicitur *DEI virtus* 1. Cor. 1. v. 24. quia eſt eſſentialis & hypoſtatica DEI virtus, ſed quia divinam vim ratione divini ſenſus habet inſitam, quæ in prædicatione, lectione & meditatione ad hominum converſionem, illuminationem, vivificationem & ſalvationem ſeſe exerit. Ambroſ. in h. l. *Prædicatio Apoſtolica virtus DEI eſt, quæ invitat ad fidem, & dat ſalutem omni credenti, dum peccata donat & juſtificat, ut à ſecunda morte detineri non poſſit, ſignatur myſterio crucis, prædicatio enim crucis Chriſti indicium eſt mortis evictæ.*

Corn. à Lap. in h. l. *Fides operatur ſalutem, non ſe ſola & immediatè, ſed per ſpem, pœnitentiam, bona opera, ſacramenta, ad quæ hominem excitat.* Reſp. fides hic non conſideratur ut nuda notitia & aſſenſus, ſed ut fiducialis apprehenſio meriti Chriſti; quam apprehendendi vim cùm ſola fides habeat, ideò etiam hoc reſpectu ipſi ſoli tribuitur juſtificatio & ſalus.

Cornel. à Lap. in h. l. *Hæc Apoſtoli ſententia extendi quoque poteſt ad ſalutem corporis, eſtque tum generaliter vera. Nam Evangelium eſt virtus & cauſa inſtrumentalis ſalutis, & vitæ non tantum futuræ, ſed etiam præſentis, idque non ſolum voce, ſed etiam ſcripto &c. Atque hinc orta eſt conſuetudo fidelium, ut Evangelium S. Johannis contra venena, veneficia, morbos, aliaq; incommoda geſtent & circumferant.* Salm. tom. 4. comm. p. 614. *Conſuetudo eſt Chriſtianis, geſtare appenſum è collo Evangelium*

aut

aut aliam rei ſacræ ſive reliquias, nec error eſt, ſi ex reverentia ſanctorum deſideramus [illegible], quòd fortè DEUS *miſerebitur.* Reſp. 1. Cornelius ipſe ſubjungit: *Verùm Apoſtolus propriè non de corporali, ſed de ſpirituali ſalute hîc loquitur.* Ergo ex hoc loco elici nequit, *Evangelium geſtatum corporalem ſalutem afferre.* 2. Paulò prius ſcripſerat Cornelius, quod & poſtea repetit; *Apoſtolum non de Scriptura, ſed de prædicatione Evangelii loqui.* Ergo ex hoc loco probari nequit, Evangelium ſcriptum geſtatum eſſe cauſam ſalutis corporalis. 3. Spiritus S. in verbo revelato nuſpiam teſtatur, quod per circumgeſtationem Evangelii ſcripti veneficia & morbos auferre velit. Eſt ergo ſuperſtitio. 4. Ratio, quam Cornelius affert ex Thoma 2. 2. q. 96. art. 4. *Verbum* DEI *non eſt minoris efficaciæ, quam reliquiæ ſanctorum: ſed reliquiis utimur ad ſalutem. Ergo pari modo, imo majori ad eandem licet uti verbo* DEI *ſcripto ſeu Evangelio*, petit principium. 5. Auguſtinus tract. 7. in Joh. dicens: *Cum caput tibi dolet, laudamus, ſi Evangelium ad caput tibi appoſueris, & non ad ligaturam cucurreris*, non abſolutè, ſed comparatè loquitur. Statim enim addit: *Ad hoc perducta eſt infirmitas hominum, & ita plangendi ſunt homines, qui currunt ad ligaturas, ut gaudeamus, quando videmus hominem in lectulo ſuo conſtitutum, jactari febribus & doloribus, nec alicubi ſpem poſuiſſe, niſi ut ſibi Evangelium ad caput poneret, non quia ad hoc factum eſt, ſed quia prælatum eſt Evangelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut quieſcat dolor capitis, ad cor non ponitur, ut ſanetur a peccatis. Fiat ergo: quid fiat? ponatur ad cor, ſanetur cor.* 6. Chryſoſtomus hanc ſuperſtitionem refellit. hom. 43. in 1. Corinth. Autor imperf. oper. hom. 43. *Nonne Evangelium quotidie in Eccleſia legitur, & ab omnibus auditur? Cui ergo poſita in auribus Evangelia nihil proſunt, quomodo poſſunt circum colla ſuſpenſa ſalvare? deinde ubi eſt virtus Evangelii, in figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, benè circa collum ſuſpendis, ſi in intellectu, ergo melius in corde poſita ſunt, quam circa collum ſuſpenſa.*

Iudæo τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. Particula τε hoc loco ſignificat idem, quod *deinde* vel *ſecundo*, ut colligitur ex voce πρῶτον.

Adamus Contzen in h. l. *Si Evangelium tantum revelat, peccata manentia non expiat, non eſt virtus* DEI. *Virtus enim ſeu potentia [illegible], ut peccata [illegible], mala voluntas [illegible], vetus homo [illegible], naſcatur novus.* Reſp. 1. Evangelium eſt *potentia* DEI, quia

per illud Deus accendit fidem in cordibus noſtris. Joh. 17. v. 20. Luc. 4. v. 23. 1. Cor. 1. v. 21. Rom. 10 v. 17. 1. Pet. 1. v. 23. Jac. 1. v. 21. per quam nobis juſtitia Chriſti in Evangelio revelata imputatur. 2. *Ex auditu* Evangelii *accipimus* Spiritum S. Gal. 3. v. 2. qui corda noſtra renovat, ſed hæc renovatio, cùm ſit in hâc vita imperfecta, coram Deo non juſtificat.

v. 17. Δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται· ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

Declaratio & confirmatio præcedentis ſententiæ, *unde Evangelium ſit potentia ad ſalutem*: quia Deus per illud non ſolùm patefacit, ſed etiam reipsâ offert, & exhibet gratuitam juſtificationem per fidem. Simul tamen principalem totius Epiſtolæ propoſitionem explicat, velut per quandã occaſionem, clauſulæ exordii annexam. Ea verò eſt, quòd nullus alius ſit coram Deo juſtificandi modus, quàm fides in Chriſtum, quem Evangelium nobis proponit, id quod Prophetico teſtimonio confirmat.

Ex particula γὰρ quidam colligere volunt, *Evangelium vocari Dei potentiam ad ſalutem, tantùm ratione manifeſtationis, quia ſc. manifeſtat nobis Chriſtum Salvatorem, qui à Deo nobis factus juſtitia*. 1. Cor. 1. v. 30. Sed incluſio unius non eſt excluſio alterius. Evangelium eſt *Dei virtus ad ſalutem*, non ſolùm *ratione manifeſtationis*, ſed etiam ratione *efficacis operationis*, quia eſt ſalutare & efficax organum, per quod Deus fidem in cordibus hominum ad eorum ſalutem operatur, Rom. 10. v. 17. prius eſt μαθήσεως, poſterius πράξεως. Inde ipſe Apoſtolus h. l. fidei mentionem ſubjungit. Quidam reſpondent, ex conſequente intelligi antecedens. *Juſtitia revelatur in Evangelio*, i. e. *reipsâ præſtatur & exhibetur*. Thomas in h. l. *Quæ quidem juſtitia revelatur in Evangelio, in quantum per fidem Evangelii homines juſtificantur*. Lombardus in h. l. *Hanc autem juſtitiam Evangelium revelat ipſo effectu, ſc. dum dat fidem homini, per quam juſtificatur*.

Juſtitia Dei, quæ Evangelio revelatur, non eſt *eſſentialis Dei juſtitia*, ut vult Oſiander; nec ſumitur nomen *juſtitia* h. l. pro *diſtributivâ juſtitiâ*, ut vult Origenes; nec pro *promiſſâ*, ut vult Ambroſius; nec pro *miſericordiâ*, ut vult Chryſoſtomus; nec pro

ſatiſ-

ſatisfactionis, ut vult Theodoretus; nec pro *habituali vel actuali operum juſtitiâ*, ut volunt Pontificii: ſed, ut ipſe Apoſtolus in in hoc ipſo verſiculo & cap. 3. v. 22. exponit, pro *juſtitiâ fidei*. Auguſt. de Spir. & lit. cap. 9. *Juſtitia Dei eſt juſtitia divina, non humana, non Philoſophica, quâ ſc. nos Deus juſtificat per Chriſtum, quando nos in oculis Dei reverà juſtos facit.*

Lutherus in præfat. oper. circa fin. *Miro ardore captus ſum intelligendi vocem juſtitiæ apud Paulum &c. Ibi juſtitiam cœpi intelligere eam, quâ juſtus dono Dei vivit, nempe ex fide, & hanc eſſe ſententiam, nempe revelari per Evangelium juſtitiam Dei, ſc. paſſivam, quâ nos Deus miſericors juſtificat per fidem, hic me renatum prorſus ſenſi.*

Vocatur *juſtitia Dei*. 1. Quia Deus in æterno ſuo conſilio decrevit, non alia ratione, niſi per fidem in Chriſtum homines juſtificare. 2. Quia in verbo Evangelii eam revelavit, ſicut h. l. Apoſtolus de eâ teſtatur. 3. Quia Chriſtus verus Deus ſuâ paſſione & morte eam peperit: unde Syrus notanter eam vocat *juſtitiam* דאלהא *ipſius Dei*. 4. Quia Deus eam gratis homini donat, imputando juſtitiam Chriſti, unde in cap 5. v. 15. vocatur *donum Dei*. 5. Quia in Dei judicio ſubſiſtit, ac Deus eam ratam habet, ſicut Lutherus h. l. reddit: die für Gott gilt. Sic Joh. 6. v. 29. *opus Dei*, i. e. ipſi probatum. 6. Quia opponitur juſtitiæ humanæ ac Pharisaicæ.

Ἀποκαλύπτεται. Reſpectus habetur 1. Ad rationem humanam, cui hæc juſtitia & hic modus juſtificandi eſt planè abſconditus. 2. Ad figuras V. T. quod clarè & perſpicuè abſque typis & figuris in N. T. proponatur. Eſ. 56. v. 1. Rom. 3. v. 21.

Ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. Auguſt. de Spir. & lit. c. 11. *Ex fide prædicantium in fidem audientium*. Theodor. & Oecum. *Ex fide rerum præteritarum in Chriſto, in fidem rerum futurarum in nobis.* Anshelm. in h. l. tripliciter exponit. 1. *Ex fide unius Dei in fidem Trinitatis. 2. ex fide primi adventus Chriſti ad ſalvandum, in fidem ſecundi adventus ejus ad judicandum. 3. Ex fide humanitatis Chriſti in fidem divinitatis.* Sed nulla harum expoſitionum ſatis convenit textui. Idem judicium de expoſitione Bedæ: *Ex fide hic abſtractâ in fidem, i. e. in claram viſionem in cœlis.*

Sunt inſuper 1. quidam, qui putant reſpectum haberi *ad conſonantiam utriusq; Teſtamenti in teſtificando de hac juſtitia*. Clemens Alexandr. lib. 2. ſtrom. [illegible] Sic ergo foret ſenſus. Evangelium eâ ratione ſalvat, quia & olim tempore V. T. docuit credere, Chriſtum eſſe venturum; & nunc docet credere, Chriſtum jam eſſe exhibitum. Orig. Chryſ. Theod. *Ex fide V. T. obſcurâ in claram fidem N. T ad quam illa nos ducit.*

Ex fide Prophetarum, in fidem Apoſtolorum; Auguſt. *ex fide obſcurâ & latente in V. T. in fidem manifeſtam & revelatam in N. T ex fide rerum præteritarum in fidem futurarum.* Beda in Collectaneis. *Ex fide verborum, quibus nunc credimus, quod non videmus, in fidem rerum, quâ in æternum, quod nunc credimus, obtinebimus.*

Atqui 1. cùm dicitur: *homo juſtificatur ex fide*, intelligenda ea fides, quam quis habet, non autem quam non habet. Ergo non intelligitur fides annunciantium, fides Prophetarum &c. 2. intelligitur fides vera, ergo non informis, non mortua. 3. Significatur ergo tum perſeverantia, tum incrementum fidei.

2. Quidam ſtatuunt ſignificari, *quòd Patres V. T. eandem habuerint juſtitiam, quâ coram DEO juſtificati fuerint, quam nos in N. T. vidit et juſtitiam illam fidei.* Act. 15 v. 11.

3. Quidam volunt inſinuari, *quòd Evangelium, in quo juſtitia fidei reveletur, doceat, fidem noſtram paulatim incrementa capere, & ex fide minore in majorem proficere.* Clemens Alexandr. libr. 5. ſtrom. 2. Cor. 3. v. ult. Rom. 6. v. 20. Cornel. à Lap. in h. l. aptisſimam cenſet expoſitionem: *Ex fide incipiente & imperfectâ in fidem proficientem, perfectam & caritate formatam.* Sed de fide caritate formatâ & gradibus omnibus perfectâ nihil novit Scriptura.

Quidam exiſtimant, hoc dici *ob relationem inter fidem ſive veritatem DEI promittentis, & inter fidem hominis oblata in Evangelio bona recipientis.* Ambroſ. in h. l. *Juſtitia pateſit ex fide DEI promittentis in fidem credentis, quia in credente DEUS apparet juſtus, in incredulo injuſtus, qui negat DEUM eſſe veracem.*

5. Quidam volunt, reſpectum haberi *ad actum fidei continuatum*, ut ſit ſenſus; *in negotio juſtificationis, ſolam fidem dominari & DEI juſtitiam patefieri ex fide in fidem.* i. e. *ex ſola fide, quemadmodum,*

nam, 2. Cor. 3. v. 18. *dicimur transformari ex gloria in gloriam, ubi illa duplicatio perpetuitatem & continuitatem ſignificat.* Ita quoque uſurpantur in Scripturis phraſes *de virtute in virtutem, de ſeculo in ſeculum.* Nulla harum expoſitionum cum fidei analogiâ pugnat, interim poſtrema videtur proximè accedere ad textum.

Cornel. à Lapide ex textu Prophetico, in quo Iſraelitis liberatio per Cyrum promittitur, colligit; *Prophetam loqui de fide, quâ DEO quavis in re credimus, ac ſententiam Prophetæ applicari fidei in Chriſtum, tum quia fides vera eſt illa, quam DEUS ſancivit & inſtituit, jam vero DEUS ſanxit fidem veram eſſe fidem in Chriſtum redemtorem; tum quia fides de Cyro allegoricè repræſentabat fidem de Chriſto.*

Juſtus ex fide vivet. Deſumta eſt hæc ſententia ex Hab. 2. v. 4. ubi prædicitur in clade à Chaldeis populo Iſraelitico inferendâ diſparem fore piorum ſive credentium & impiorum ſive incredulorum conditionem, hos ob diffidentiam erga Deum & vanam in humanis præſidiis confidentiam inſtar bullæ evanituros; illos vero ex fide, quâ ſciunt, ſe Deum habere propitium, victuros i. e. verâ & vivificâ conſolatione perfruituros.

Hanc ſententiam Apoſtolus ut generalem ad doctrinam Evangelii, quæ eſt doctrina fidei, accommodat, quia fides, quæ in ærumnis nos ſuſtentat, prærequirit gratuitam peccatorum remiſſionem, & reconciliationem cum Deo, prius eadem fide apprehendendam.

Dicti occaſio & ſcopus ſpecialis eſſe poteſt, ut interim dictum ipſum ſit generale. Oſtendit Propheta, quâ ratione in tentationibus & calamitatibus quibusvis ſeſe ſuſtentare, & mediis in undis tranquilli eſſe poſſint, videlicet verâ & unicâ in Meſſiam fide, quâ cum ſciant ſe eſſe juſtificatos & apud Deum in gratiâ conſtitutos, omnia adverſa magno animo perferant, imo contemnant. Ac conſequenter monet, ut in ſpecie in malis per Chaldæos inferendis Iſraelitæ fide ſeipſos ſuſtentent. Rectiſſimè igitur, quod *in genere* à Propheta dictum erat, Apoſtolus *in ſpecie* ad præcipuum fidei officium applicat, oſtendens, quod ut in anguſtiis corporalibus, ita maximè quoque in anguſtiis ſpiritualibus, & tentationis mortis æternæ, quam homo ſe ſuis ſentit promo-

Auguſtinus ad Pſal. [illegible] *Quando volunt loqui per tempus ſtans, id eſt, præſens, loquuntur ſermone præteriti vel ſermone futuri.*

Ex his fundamentis ad corruptelas hujus dicti facilè eſt reſp. Bellarm. *lib.* 1. de Juſtif. cap. 16. diſputat, *Prophetam non loqui de vita juſtitiæ, ſed de vita ſpei, quæ juſtum patienter expectare facit, vel* [illegible] *initium ducit vita juſtorum.* Atqui 1. Apoſtolus h. l. dictum Propheticum diſertè ad vitam juſtitiæ ex fide accommodat. 2. ex fide juſtificante etiam ſpes oritur, per quam in periculis vivimus, id eſt, de præſentia & auxilio Dei certi patienter expectamus, ſed ex eo non debet inferri, *quòd per fidem non contingat nobis vita ſpiritualis.* 3. Contrarium potius ex eo inferendum. Niſi enim fide certi eſſemus, nos eſſe Deo reconciliatos ac peccatorum remiſſionem propter Chriſtum conſecutos, nunquam in periculis & adverſis animo quieto eſſe poſſemus. 4. Per fidem ſpiritualis vitæ nos fieri participes, oſtendit res ipſa. *Chriſtus eſt vita.* Joh. 11. v. 25. cap. 14. v. 6. *Ergò qui credit in Chriſtum, habet vitam.* Joh. 3. v. 16. & 36. 1. Joh. 5. v. 11. & 12. *vivo in fide Filii Dei,* inquit Apoſtolus Gal. 2. v. 20. *mihi vivere Chriſtus.* Phil. 1. v. 21. *Vita noſtra Chriſtus.* Col. 3. v. 4. Ergò vita ſpiritualis non tantùm initium ducit à fide, & poſtea perficitur charitate, *ſed juſtus ex fide vivit,* i. e. credendo in Chriſtum habet vitam æternam. 5. Hinc Auguſt. in Pſ. 93. *Non eſt alia juſtitia hominis in hac vita, niſi ex fide vivere.* Lutherus in cap. 48. Genes. tom. 4. f. 192. *Tanta vis eſt fidei, quæ nos vivos facit ex mortuis, ac ſane eo ipſo vivere, quo incipimus credere & verbum apprehendere, ita incipimus vivere in ipſam vitam æternam, quia verbum Domini manet in æternum &c.* 6. Ipſe Thomas 2.2. q. 23. art. 2 ſic ſcribit: *Fides eſt vita animæ; ſicut ſublata vita corporali omnia membra & partes hominis à debita diſpoſitione recedunt: ita ſublata vita juſtitiæ, quæ eſt per fidem, apparet inordinatio in omnibus actibus.* Ribera in cap. 2. Habac. n. 56. agnoſcit, *Apoſtolum ibi agere de vita gratiæ, quæ nulli contingit, niſi fide in Chriſtum.* Cornel. à Lap. in h. l. *Habacuc loquitur non de vita corporis, ſed animæ, non naturali, ſed ſupernaturali, quæ eſt gratia & juſtitia, qua juſtus, quà talis juſtus eſt, vivit. Opponit enim hæc duo, ſc. vivere, quod tribuit juſto & fideli, & non habere rectam animam, ſive diſplicere Deo, quod tribuit incredulo & injuſto.*

Adamus Contzen in h. l. *Juſtus ex fide vivit,* i. e. *fides eſt donum*

Dei, quo omnibus myſteriis & univerſalitatis aſſentimur, ea ſola fide, ut initium & radix vitæ noſtræ & ut diſpoſitione procedit; in eadem fide jam formata & per caritatem operante vita juſtorum permanet & perficitur.

Cornel. à Lap. in h. l. *Vita gratiæ, quâ vivit juſtus, incipit à fide ſola; creſcit & perficitur fide, ſed non ſola, ſed conjuncta ad ſpem vivam gratiæ & caritatis, per obſervationem mandatorum, ut ea faciat, quæ fides jubet. Sicut Prov. 4. v. 23. quod ex corde vita procedit, i.e. quod homo ex corde vivat & vitam habeat, quia ſc. cor eſt fons vitæ, per hoc tamen non excluduntur cerebrum, pulmo, jecur, ſtomachus & cætera, quia ex iis quoq; homo vivat & vitam ſuam habeat: [illegible] dicitur, quòd juſtus ex fide vivat, quia fides eſt initium, radix & quaſi cor vitæ ſpiritualis gratiæ: per hoc tamen non excluditur ſpes, aliæq; virtutes, quia ex iis quoq; vivat juſtus.* R. 1. confunduntur vitæ ſpiritualis cauſa, & effecta. Fides eſt vitæ ſpiritualis cauſa, quia Chriſtum vitæ ſpiritualis cauſam efficientem & meritoriam apprehendit: vel quod idem eſt, Chriſtus fide apprehenſus, & Chriſti juſtitia fide apprehenſa eſt vita noſtra ſpiritualis. Bona opera ſunt vitæ ſpiritualis effecta & indicia. 2. Ut ergò in homine cerebrum, pulmo, jecur, naturaliter vivunt, ſed tamen vita ex illis non procedit, ſed ex corde, quod eſt fons vitæ: ita quoq; totus homo fit vitæ ſpiritualis particeps, & multi ſunt novi ac ſpirituales motus in homine regenerato, interim ex ſola fide tanquam fonte & origine ſpiritualis vita procedit. 3. Ex fide non ſolùm oritur vita ſpiritualis, ſed per eandem etiam continuatur, unde Propheta hic utitur verbo futuri temporis, *Juſtus vivet ex fide.* 4. Caritas non efficit vel perficit ſpiritualem illam vitam, ſed ex ea oritur, & de ea teſtimonium fert [illegible] 1. *Joh.* 3. v. 14. *Nos ſcimus quòd tranſlati ſumus ex morte in vitam, quia fratres diligimus.* Non dicit Apoſtolus *tranſlati ſumus de morte in vitam, quia diligimus*, ſed *ſcimus nos tranſlatos*, Ergo caritas non eſt vitæ ſpiritualis cauſa, ſed indicium & effectum. 5. Cornelius ipſe ſubjungit: *[illegible] & Apoſtolum loqui [illegible] de inchoatione vitæ ſpiritualis, quàm de incremento [illegible] vitæ ſpiritualis [illegible] ſententia Juſtus ex fide vivit, ſit generalis & univerſalis pertinens tam ad Judæos, quam ad Chriſtianos, tam ad peccatores, qui primo juſtificantur, quam ad eos, qui jam juſtificati ſunt. Omnis enim hominis vita ſpiritualis incipit, conſervatur & creſcit per fidem.* Et poſtea. *Chriſtus*

Unde

[illegible] *Juſtus ex fide ſua vivet*, τὸ *ſua ſignificat* [illegible] *in-choatam, quam conſequuntur vitam. Senſus enim eſt, Juſtus ex fide ſua* [illegible]

Coſterus in Enchir. p. 197. *Juſtum ex fide vivere, nihil aliud eſt* [illegible] *ad fidei normam totam vitam dirigere et formare*, [illegible] *Medicè vivere*, [illegible] *præſcriptio*. Reſp. 1. Apoſtolus ex hoc teſtimonio Prophetico probat, *hominem juſtificari*, i. e. *fide, ſine operibus, coram Deo juſtificari*, et poſtea exponit cap. 3. v. 28. huic ſcopo adverſatur expoſitio Coſteri. 2. Diſtinguendum inter fidem Scripturæ, quæ creditur, & fidem cordis, quâ creditur: ac fidei doctrina in Evangelio revelata, non eſt confundenda cum norma bonorum operum in decalogo præſcripta. 3. Similitudo allata non quadrat. Eſt enim diverſa loquendi ratio, cum Propheta non dicat, *Juſtus fideliter vivet, ſed ex fide vivit*. Aliud autem eſt medicè vivere, aliud ex medicina vivere. 4. Nec ſolum diverſa eſt ratio loquendi, ſed etiam vivendi. Vitam Medicam agendo vivimus, dum per opera quædam ex medicinæ præſcripto rectè peracta acquirimus et conſervamus corporis ſanitatem: vitâ juſtitiæ vivimus credendo, non autem per opera noſtra [illegible] aut conſervamus animæ ſalutem. Fides non præſcribit opera, per quæ vitam æternam acquiramus, ſed proponit Chriſtum Mediatorem, *quem credendo habemus vitam æternam*, Joh. 20. v. 31.

V. 18. Ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.

Hic incipit prima pars Epiſtolæ, quæ ex lege omnes homines peccati convincit, ex quo ſponte ſequitur, ex operibus legis neminem poſſe coram Deo juſtificari.

Dulciſſimè connectit hanc propoſitionem legis cum præcedente propoſitione de gratuita juſtificatione per fidem. Neceſſe enim fuit juſtitiam fidei in Evangelio revelari, quia ira Dei, omnes homines propter peccatum damnantis, in lege revelatur. Hanc connexionem oſtendit particula cauſalis γὰρ.

Scopus Apoſtoli eſt demonſtrare, quòd & gentiles & Ju-

dæi tanquam peccatores à lege divinâ accuſentur ac damnentur. De gentilibus illud demonſtrat ab hoc v. usque ad finem capitis. De Judæis idem demonſtrat in cap. 2.

Syllogiſmus principalis Apoſtoli hic eſt. Qui per legem & legis opera juſtificari volunt, illos oportet legi pleniſſimè ac ſemper obœdire, ac tale cor & omnes animæ vires habere, quales illa flagitat. At nullus hominum perfectè implet legem, ſed eam tranſgreditur, ſi non externo opere, certè internâ cordis immunditie. Ergò. Minorem probat Apoſtolus enumeratione ſufficienti. Omnes homines Judæorum & gentium complexu comprehenduntur. At nec gentiles, nec Judæi perfectè ſervant legem. Ergò. Minorem probat 1. de gentilibus, quos in hoc capite accuſat. Primò quòd verum Deum ex lumine Naturæ utcunque agnitum non porrò inquiſiverint & coluerint, ut debuerant, ſed ſint facti idololatræ.

Ἀποκαλύπτεται, non ſolum per vocem legis, omnium cordibus inſcriptam & inſculptam, ſed etiam per pœnas divinitus immiſſas, Jerem. 24. v. 10. Potiſſimùm verò reſpicit ad illam prædicationem legis, quæ tempore Apoſtolorum primùm per totum mundum ſpargebatur, quæ antea inter gentiles non fuerat facta, Act. 14. & cap. 17. v. 30.

Ἀσέβεια reſpicit primam Decalogi tabulam, & fertur adverſus Deum; ἀδικία reſpicit ſecundam Decalogi tabulam, & fertur adverſus proximum.

Ἀσέβεια idololatriam, ἀδικία reliqua peccata notat. Ponuntur autem abſtracta pro concretis. Deus iraſcitur & impietati & impiis.

Ἀλήθεια ſignificat notitias naturales, ſeu veros mentis conceptus Naturâ notos, & ex principiis Naturæ deductos, de Deo colendo, & proximo diligendo, quod aliàs vocatur lumen Naturæ.

Quid autem ſit, *veritatem in injuſtitia κατέχειν*, quaſi *captivam detinere*, exponit ipſe Apoſtolus in ſeqq. vers.

Ἐν ἀδικίᾳ quidam exponunt *ἀδίκως violentè ſeu per vim*, ſed rectiùs accipitur de impietate gentilium, qua *veritatem*, i. e. veras illas de Deo notitias datâ operâ extinguunt, nec eas in vita & mo-

[illegible] efficere patiuntur. Syrus habet verbum [illegible] ex Hebr. [illegible] quod *violentæ detentionis* ſignificationem habet.

Non dicit, quod ipſum dicere potuiſſet, *quòd veritatem detinuerint in viris*, ſed *in injuſtitia*: loquitur enim de illis, qui agnoverunt, eſſe Deum, eumque eſſe omnium rerum creatorem & conſervatorem, & tamen juſtum Deoque debitum cultum creaturis & idolis impenderunt. Sic ergò veritatem quaſi incarceratam, [illegible] detinuerunt ſeris iniquæ voluntatis, ne exiret ad effectus & opera conformia cognitæ veritati. Auguſt. ſermo 55. de verb. Domini ſecundum Johannem.

v. 19. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς: ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε.

1. Quia demonſtrationi Apoſtolicæ, *quòd gentiles à lege tanquam [illegible]*, obverti poterat, *gentiles non accepiſſe à Deo legem, [illegible] à lege accuſari*, docet, gentiles habuiſſe legem cordibus ſuis inſcriptam, nec deſtitutos fuiſſe omnibus mediis [illegible], ſed per creaturarum [illegible] ad aliquam Dei cognitionem pervenire potuiſſe.

2. Dixerat, gentiles veritatem in injuſtitia detinuiſſe, exponit ergò primò, quid nomine *veritatis* intelligat, ſecundò, quid ſit *detinere in injuſtitia*.

Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. Vulg. minùs commodè, *quod notum eſt Dei*. Syrus reddidit per *notitiam Dei*. Sed Græcum eſt [illegible], *quod de Deo cognoſci poteſt*, multa enim ſunt divina myſteria, quæ ſunt meræ revelationis ac puræ fidei, quæ naturali mentis luminis acumine non poſſunt attingi. Quidam ſic exponunt, *quod de Deo cognoſcere fas eſt & expedit, quod ad gloriam Dei illuſtrandam pertinet*. Sed enim non omnia, quæ de Deo cognoſcere expedit, & quorum cognitio ad gloriam Dei illuſtrandam pertinet, ex lumine Naturæ cognoſci poſſunt, ideò Lutherus reddidit, daß man weiß / daß ein Gott ſey / iſt ihnen offenbahr.

[illegible] per τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ intelligunt, *quicquid de Deo [illegible], vel [illegible]*, ut obtineant, *non de [illegible] naturali, per quam [illegible], quod de Deo ſciri poteſt & debet, ſed de [illegible], in Evangelio revelatâ hic agi*. Sed Apoſtolus ſeipſum ſatis

 decla-

declarat v. 21. γνόντες τὸν θεὸν ſc. ſuum, non ut Deum glorificarunt. Ergò de ea tantùm notitiâ loquitur, quâ ſciri poteſt, eſſe Deum. Nec univerſaliter, ſed indefinitè Apoſtolus loquitur, & ſubjectis ſpeciebus declarat, quid per τὸ γνωστὸν intelligat, videlicet ἀΐδιος δύναμις καὶ θειότης.

Φανερόν, Significat Apoſtolus cordibus hominum naturales illas notitias eſſe inſcriptas, inde Syrus illud בהון in fine verſiculi denuò repetit. *Deus manifeſtavit eam* (notitiam) *in ipſis* cognitio Dei patefacta eſt in ipſis, i. e. in illorum mente, intellectu, conſcientiâ.

Quidam, ut Auguſt. Hieron. Ambroſ. Chryſoſt. Theoph. *de ſolâ notitiâ acquiſitâ* locum accipiunt propter particulam ἀπὸ κτίσεως γὰρ in v. ſeq. quæ oſtendit, de eadem notitiâ agi utrobique. Quidam vero de *notitiâ inſitâ*. 1. Propter univerſalitatem ſubjecti, quia loquitur Apoſtolus non de ſapientioribus, ſed de omnibus gentilibus, & cauſam exponit, *cur ſuper omnes veniat ira Dei*, nempe *quia omnes veritatem in injuſtitia detinent*, jam verò acquiſita notitia ſapientioribus tantùm competit. 2. Propter verbum κατέχειν, quod oſtendit, notitias innatas à gentilibus in carcere quodam injuſtitiæ quaſi captivas detineri, jam verò notitiæ illæ practicæ ad inſitam pertinent. 3. Propter manifeſtationem τοῦ γνωστοῦ in gentilibus, dicitur enim illud φανερὸν ἐν αὐτοῖς ſine operoſo diſcurſu innoteſcere, non in ipſis, ſed in ipſorum cordibus. 4. Propter explicationem illius γνωστοῦ, v. 32. ubi vocatur δικαίωμα, v. 18. & 20. ἀλήθεια θεοῦ, quod propriè competit veris de Deo notitiis per Naturam inſitis. 5. Propter ἀναπολογησίαν, ut ſint inexcuſabiles. At ex intuitu creaturarum non poteſt illud diſcrimen honeſti & turp. directè, per ſe & manifeſtè colligi.

Locus hic illuſtris eſt de naturali Dei notitiâ inſitâ, contra Photinianos eam negantes.

Ethnici apud Juſtinum q. 1. ad Græcos, [illegible]. Damaſc. lib. 1. Orth. fid. cap. 3. πᾶσι ἡ γνῶσις τοῦ εἶναι θεὸν ὑπ' αὐτοῦ φυσικῶς ἐγκατέσπαρται. *Notitia illa, quòd ſit Deus, omnibus ab ipſo naturaliter eſt inſita.*

Chry-

Chryſoſt. hom. 95. ad popul. *Non per Angelos, non per Prophetas, non per Evangeliſtas manifeſtatum eſt Ethnicis, eſſe Deum: ſed quia inviſibilia attributa Dei creatoris à creaturis intellecta conſpiciuntur.*

v. 20. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους.

Declarat plenius, quæ ſit illa Dei veritas, quam gentiles in injuſtitia captivam detinuerunt, & qua ratione gentiles Deum agnoverint vel certè agnoſcere potuerint, ſi oculos aperuiſſent.

Per τὰ ἀόρατα quidam intelligunt *inviſibilem Dei eſſentiam*, quo modo etiam *Lutherus* reddidit. Apoſtolus ipſe ſic exponit: ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Poteſt ergò etiam ſic reddi: *Quod eſt in Deo inviſibile, æterna ſc. ejus potentia & divinitas.*

Orig. accipit de *Angelis*. Sed de iis Apoſtolus hic non loquitur, ſed de Deo, ut contextus oſtendit. Thomas. *Inviſibilia Dei eſt eſſentia divina inviſibilis, quæ cognoſcitur per viam negationis; virtus Dei eſt potentia Dei, quæ cognoſcitur per viam cauſalitatis* [illegible] *in quem omnia tendunt, quod cognoſcitur per viam excellentiæ.* Sed divinitas non eſt aliud, quam divina eſſentia.

Ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Socinus in prælect. pag. 5. accipit de tempore, non de medio cognitionis, ac conjungit hunc ſermonem, non cum verbo καθορᾶται, ſed cum nomine τὰ ἀόρατα. *Secundum eſt, inquit, verba, à creatione mundi, debere conjungi cum verbo inviſibilia,* [illegible] *qui eſt* Matth. 13. v. 35. *abſcondita à conſtitutione mundi.* Similia occurrunt apud Oſtorodum in Inſtit. cap. 1. p. 11. Photinianis hic aſſurgit Piſcator ſecutus Olevianum. Confirmant hanc expoſitionem 1. Ex præpoſitione ἀπὸ. Apoſtolus non dicit ἐκ κτίσεως, ſed ἀπὸ κτίσεως. 2. Ex verſione Syriaca, מן תרמיתה דעלמא *à fundamento mundi.* 3. Ex concinnitate, *quia ex diverſa expoſitione naſcatur* [illegible] *tautologia.*

Reſp. 1. Ἀπὸ κτίσεως κόσμου non pertinet ad ἀόρατα.

Sed

ſed ad ſequens verbum *καθορᾶται*, ut docet inſerta particula *γὰρ*, & fides probatorum exemplarium, teſte AriaMontano. 2. Matth. 13. v. 35. non eſt *ἀπὸ κτίσεως*, ſed *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Ergò huic noſtro locus ille non eſt parallelus. 3. *ἀπὸ* ſignificat non tantùm *à*, ſed etiam *ex*, quæ ſignificatio ipſi ferè propria, quando de hauriendâ cognitione uſurpatur. Matth. 7. v. 16. cap. 24. v. 32. Marc. 13. v. 28. Sap. 13. v. 3. Henricus Stephanus in Theſauro in vocula *ἀπὸ* tom. 1. pag. 490. multis exemplis probat, *ἀπὸ* & *ἐξ* vel *ἐκ* indifferenter quandoque uſurpari. Sic ergò *ἀπὸ κτίσεως κόσμου* eſt idem, quod *ex creato mundo*, ut ſignificetur medium, quo in notitiam Dei inviſibilis adducimur. 4. Vox *κτίσεως* in N. T. non de ipſa creationis actione, ſed de creatis operibus, non de actu, ſed effectu, ipſa ſcilicet creaturarum ſubſtantia, ferè ſemper uſurpatur. 5. Quando rei ab origine mundi continuatio & deductio notantur, non dicitur *ἀπὸ κτίσεως*, ſed *ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως*, Marc. 10. v. 6. c. 13. vers. 19. 2. Petr. 3. v. 4. *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, Matth. 25. vers. 34. Hebr. 9. vers. 26. Apocal. 13. vers. 8. cap. 17. vers 8. 6 Nulla hic metuenda *ταυτολογία*, quia vox *ποιήματα* eſt *ἐξηγητικὴ* & clariùs exponit, quid per *κτίσιν κόσμου* h. l. ſit intelligendum.

Per *κόσμον* Anshelmus intelligit *hominem*, *qui eſt Dominus*, *participium*, *nodus & vinculum omnis creaturæ*, Marc. 16. vers. 15. *homo enim ex ſeipſo*, *ſuiſque partibus*, *animæ potentiis &c.* *vel maximè cognoſcere poteſt creatorem*. Sed rectiùs dicitur, per *κτίσιν* generaliter intelligi quasvis creaturas, ſive mundum, qui eſt Dei creatura.

Per *τὰ ποιήματα* Photiniani d. l. intelligunt *opera Evangelii*, *miracula Christi & Apoſtolorum*. At qui 1. vox *ποίημα* in N. T. nuſpiam ita uſurpatur, ſed de *opere creationis*, Eph. 2. v. 10. 2. Miracula Chriſti non fuerunt jam inde à mundi origine nota. 3. Nec Ethnici idololatræ, quos Apoſtolus hoc loco perſtringit, illorum fuere gnari.

Per *τὰ ποιήματα* intelliguntur DEI opera in creatione producta, maximè vero viſibilia, unde Syrus reddidit בְּבִרְיָתֵהּ *in creaturis ſuis*.

Qui-

Quidam inter κτίσιν καὶ ποίημα diſtinguunt hoc modo, quòd κτίσις dicatur habito reſpectu ad illud, quòd cùm nihil præexiſteret, ſubitò Deo jubente res exortæ ſunt & extiterunt; ποίημα verò reſpiciat ordinem, *coagmentationem & quaſi opificium*, ut vocat Lactantius.

Aliis κτίσις ſignificat *primævam creationem*; ποίημα verò *ſuſtentationem, conſervationem, adminiſtrationem, gubernationem*. Simpliciſſimè dicitur, poſterius eſſe prioris ἐξηγητικὸν, ut per κτίσιν τὰ κτίσματα intelligenda eſſe ſignificetur.

Νοούμενα καθορᾶται. Quidam illud νοούμενα conjungunt cum verbis ἀπὸ κτίσεως κόσμου, hoc modo: *Ipſius invisibilia, dum ex rebus conditis intelliguntur, ex creatione mundi perſpiciuntur.* Sed nullâ opus vel trajectione, vel diſtributione, quæ nec ſatis congruit ſubjectæ materiæ.

Vox νοούμενα ſignificat, *opus eſſe diſcurſu & collectione quâdam. Ut ex rebus creatis ad cognitionem creatoris aſcendamus.* In Græco hîc pulchra paranomaſia. τὰ ἀόρατα καθορᾶται, ſc. per creaturas, quaſi per κάτοπτρον ſive ſpeculum.

Syrus reddit בְּסוּכָלָא *per intellectum, vel intellectu conſpiciuntur*, quia acquiſita illa notitia beneficio quidem ſenſuum, non tamen, niſi per intellectum & diſcurſum acquiritur; opera ergò Dei in creaturis, ſive κτίσματα primùm quidem καθορᾶται oculis pervidentur, ac penitiùs introſpiciuntur, poſtea fiunt νοούμενα, ſubeunt intellectum, ut ex illis colligatur, quòd ſit Deus & quòd ſit bonus, ſapiens, potens.

Verba illa, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης referenda ſunt ad τὰ ἀόρατα αὐτοῦ, & quaſi per parentheſin hîc interpoſita.

Syrus adjectivum ἀΐδιος conjungit cum voce θειότητος, ſed Græcus textus cum voce δύναμις.

Quidam diſtinguunt inter θειότητα ac θεότητα, ut illa cùm ſit ab adjectivo θεῖος, formaliter & primò ſignificet *attributa divina*, connotativè verò ob identitatem realem, *eſſentiam*; hæc verò quia ſit à ſubſtantivo θεὸς, formaliter & primò ſignificet *eſſentiam*, connotativè verò ob realem identitatem *attributa*.

Hæc obſervatio non eſt de nihilo, quia gentiles τὸ ὅτι, quòd ſit Deus & quædam Dei attributa potentiam, ſapientiam, bonitatem &c. cognoſcere potuerunt: ſed τὸ τί ἐστι quid ſit Deus, ex lumine Naturæ cognoſcere non potuerunt.

Ambroſ. lib. 3. de SS. cap. 2. Cyrill. l. 1. theſauri cap. 5. Anshelm. in h. l. *Inviſibilia eſt Pater inviſibilis; Virtus eſt Filius; divinitas eſt divina bonitas, quæ tribuitur Spiritui ſancto.* Sed Philoſophi ex creaturis non cognoverunt Trinitatem. Inviſibilia ſunt attributa Dei ſpiritualia, ut eſſe æternum, immenſum, omniſcium, optimum, maximum. Virtus Dei eſt potentia, per quam omnia moderatur & regit: Divinitas eſt Dei eſſentia & majeſtas, ſcil. Deum eſſe primum Ens perfectisſimum, à quo omnia pendent, ipſumq; eſſe ultimum finem omnium rerum & operum maximè humanorum. Virtus Dei continetur inter illa ἀόρατα, eam tamen Apoſtolus in ſpecie exprimit, quia illa maximè relucet in rebus creatis.

Ἐις τὸ εἶναι ἀυτὺς ἀναπολογήτυς. Piſcat. & Toſſan. *quod Deus in hoc ipſum indulſerit eis ſui cognitionem ut poſtea nihil haberent, quod prætexerent.* Sed Theophyl. rectè monet, *hæc eſſe intelligenda non τελικῶς, ſed ἐκβατικῶς, pendent enim ex verbo καθορᾶται.* Ergo ἐις τὸ εἶναι, hoc loco eſt, ὥστε εἶναι. Luth. Alſo daß ſie keine entſchuldigung haben.

Vera cauſa naturalis notitiæ eſt, ut ſit quædam manuductio ad ulteriorem & uberiorem Dei cognitionem, in verbo propoſitam, & Eccleſiæ revelatam: accidentarius effectus, quòd per eam redduntur inexcuſabiles.

Senſus eſt, quòd non poſſint tergiverſari, aut ullam afferre defenſionem in Dei judicium, quin jure ſint damnabiles.

1. Vel quia per Dei cognitionem tum ex creaturis hauſtam, tum inſitam eò deducti ſunt, ut ignorantiam non poſſint prætexere, cùm peccant. Ne quidem lumine naturali, diſcrimen honeſtorum & turpium ſuppeditante, rectè fuerunt uſi, ſed contra illud per idololatriam & graviſſima ſcelera externa egerunt. 2. Vel quia debuiſſent naturali Dei cognitione, quaſi manuductione quadam uti ad uberiorem & ſalvificam Dei cognitionem in Eccleſiâ quærendam, Act. 11. v. 27. Syrus ad verbum

bum reddidit: Ut ſint abſq; exitu in latitudinem, h. e. ut conſtricti convictiq; teneantur propriæ damnationis.

Illuſtris locus pro aſtruendâ notitiâ Deî naturali acquiſitâ. Ambroſius in comm. h. l. p. 14. *Notitia Dei manifeſta eſt ex mundi fabricâ. Ut enim Deus, qui Naturâ inviſibilis eſt, etiam viſibilibus poſſet ſciri, opus factū eſt ab eo, quod opificem viſibilitate ſuâ manifeſtaret.* Aug. ſerm. 55. de verb. Dom. *Videmus creatorem per creaturam, factorem per facturam; fabricatorem mundi per mundum*, in Pſ. 34. *Duo ſunt, quæ in cognitionem Dei ducunt, Scriptura & Creatura*, lib. 1 Confeſſ. c. 1. *Cæli & terra clamant, Domine, ut amemus te. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.*

Proſper lib. 2. de vocat. gent. cap. 1. *Quod eſt teſtimonium, quod ſemper Domino deſervivit, & nunquam de ejus bonitate ac poteſtate continuit, niſi ipſa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorum ejus dives & ordinata largitio, per quam humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis Elementorum & voluminibus temporum communis & publica divinæ inſtitutionis doctrina legeretur. Cœlum ergo, mare, terra & omnia, quæ in eis ſunt, conſono ſpeciei ſuæ ordinationisq; concentu proteſtabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetuâ maieſtatem ſui loquebantur autoris, & tamen maximus hominum numerus hanc vocem non intellexit.* Baſilius hom. 11. in hexaemeron. ὁ κόσμος οὗτος ὅλος ὥσπερ τὶ βιβλίον ἔγγραφον ἐστιν ὑπαγορευόμενον τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν. Idem: ὁ κόσμος τῶν ψυχῶν λογικῶν διδασκαλεῖον καὶ τῆς θεογνωσίας παιδευτήριον.

Interim naturalis Dei notitia non eſt ſalvifica. Notitiæ naturales faciunt ἀναπολογήτους, ſed non μακαρίους; ſunt enim παιδαγωγικαί, non σωτηριώδεις.

V. 21. Διότι γνόντες τὸν θεὸν, οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν. ἀλλ᾽ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία.

Expoſuerat hactenus Apoſtolus, quid nomine *veritatis* intellectum voluerit, jam ſubjungit explicationem, quâ ratione gentiles veritatem illam in injuſtitia captivam tenuerint. Veritas illis unum Deum monſtravit, ſed illi ſuis ratiocinationibus indulgendo in idololatrias horribiles ſunt prolapſi.

Τὸ γνόντες τὸν Θεὸν, quidam ſimpliciter vertunt, *Deum cognoverunt*, ſed rectiùs & ſignificantiùs Lutherus reddidit, *cùm ſcirent, quòd Deus ſit.* Sic ergò determinatur illud γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, in v. 19. ad quæſtionem ὅτι.

Nec factis glorificaverunt; nec gratias verbis egerunt. Syrus, *& gratias egerunt*: absque repetitione particulæ negandi. Hebræis enim familiare eſt, ut negatio initio verſus poſita, totùm verſum neget. Pſal. *9*. v. 10.

Ἐματαιώθησαν; τὸ μάθην, ſignificat *fruſtrà.* Quidam ergò ſtatuunt, ſenſum eſſe; *quòd longè ſecus evenerit, quàm gentiles illi putarint.* Sed quia additur vocula τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, rectiùs accipitur hoc modo, quòd in ratiocinationibus ſuis vani fuerint facti, & penitùs confuſi.

Vani facti fuêre in ſuis dialogiſmis, quia dialogiſmi illorum fuêre vani. 1. Quia loco veri Dei coluerunt idola, jam verò Scriptura idola & idololatriam vocat *vanitatem.* 2. Ex proprio ingenio varios modos Deum colendi præter, imò contra divinam revelationem excogitarunt. 3. Circa res vanas & ludicras occupati fuêre. 4. Finem ſuum non obtinuerunt, dum oracula ſua conſuluerunt. 5. Quia finem & fructum cognitionis Dei, qui eſt actio honeſta & cultus Dei, non ſunt affectati. Bernh. ſerm. *36*. in Cant.

Syrus reddidit אֶסְתַּרְקוּ *vacui facti ſunt, lumine cæleſti,* verâ Dei notitiâ ac omni pietate.

Διαλογισμὸς non eſt ſimplex cogitatio, ſed cogitatio ratiocinantis ac dijudicantis, quod eſt à fide alienum.

Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, quia veram ſapientiam, quæ in vero Dei cultu & pietate conſiſtit, reſpuerunt, & ex ſummâ ſtultitiâ idola manu facta pro diis coluerunt.

Tribuit gentilibus καρδίαν ἀσύνετον, quia deſtituti fuêre verâ ac ſpirituali συνέσει, quæ in cognitione Chriſti & revelati verbi conſiſtit, quæque cum Dei glorificatione & vero cultu eſt conjuncta. Locus parallelus eſt Eph. 4. v. 17. *gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui.* v. 18. *tenebris obſcuratum habentes intellectum* ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ.

Obſerv.

Obſerv. Homo naturaliter caret intelligentiâ Dei & voluntatis ejus ſalvificâ.

V. 22. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν.

Φάσκω, idem eſt, quod φημὶ, *cùm profiterentur, ſe eſſe ſapientes* Syrus reddidit, *cùm putarent in animabus ſuis*, h. e. in ſeipſis.

Alludit Apoſtolus ad illud, quod ante Pythagoram Philoſophi gentilium ſe nominabant *Sophos*.

V. 23. Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν.

Quidam per gloriam Dei intelligunt *veram religionem*, ſed rectiùs intelligitur *ipſe Deus*, quem gentiles ſuá opinione mutarunt. *Gloria* ergò *Dei* phraſi Hebr. eſt *Deus glorioſus*.

Auguſt. lib. 3. de C.D. cap. 12. lib. 4. cap. 10. lib. 18. cap. 15. multis docet, *gentiles aves, ſerpentes, feles, crocodilos, quin & peſtem, febrem, aliaq́; his abſurdiora pro diis coluiſſe*.

Gloria Dei eſt. 1. Abſoluta, quâ Deus glorioſus eſt in ſeipſo, ſive eſt majeſtas Dei eſſentialis, per quam ipſe eſt ſummus & altiſſimus, Eſa. 42. v. 8. Joh. 2. v. 11. 2. Relativa, quæ eſt agnitio & celebratio Dei, ſive laus & cultus Deo debitus, qui non eſt in Deo, ſed in creaturis rationalibus. Joh. 11. v. 4. Phil. 1. v. 11. Hoc loco gloria Dei accipitur in ſignificatione poſteriore. Dicuntur enim gentiles idololatræ *mutaſſe gloriam Dei incorruptibilis in imaginem corruptibilis hominis*, non gloriam Dei eſſentialem & abſolutam im̃utando vel im̃inuendo, ſed gloriam adorationis & cultus ſoli Deo debitam ad creaturas transferendo. Mutarunt Dei gloriam, non quoad Deum, ſed quoad ſe; non in objecti veritate, ſed in ſubjecti falſitate, falsâ ſc. ſuâ opinione.

Loca parallela ſunt, quoad phraſin, Pſal. 106. v. 20. *mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum*. ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος, *in imaginem ſimilem*. Ponitur ἐν pro εἰς, & ſubſtantivum loco adjectivi, Hebr. Jerem. 2. v. 11. *populus meus mutavit gloriam ſuam in rem, quæ nihil conducit*.

V. 24. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς.

Secundum caput accuſationis contra gentiles, quòd fœdiſſimis libidinibus ſeſe contaminarint. Hoc peccatum dicit eſſe pœnam præcedentis.

Particula διὸ notat, idololatriam eſſe omnium ſcelerum fontem, ac flagitia idololatrarum in ſe & alios commiſſa, eſſe antecedentis idololatriæ pœnas. Ut enim is, qui à lumine ſe avertit, non poteſt niſi in tenebris impingere, ita idololatræ à ſupremi luminis ac numinis luce averſi, non poſſunt niſi in varias peccatorum tenebras incidere.

Tradidit illos Deus juſto ſuo judicio ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις, i.e. εἰς τὰς ἐπιθυμίας, ſicut poſteà v. 26. exponitur, *tradidit eos*, εἰς πάθη ἀτιμίας.

Quod Deus illos *tradidiſſe* dicitur *in concupiſcentias*, id quidam monent accipiendum eſſe ἐκβατικῶς, non αἰτιολογικῶς, *cùm Deus illos tradiderit, non ut cauſa ſcelerum efficiens, ſed ut juſtus judex, peccata peccatis puniens.* Sed hoc juſtum Dei judicium plura complectitur, quàm meram ἔκβασιν. Neque enim nuda permisſio hîc ſtatuenda, nec Deus otioſus duntaxat ſpectator ſtatuendus, ſed Deus tanquàm juſtus judex homines à ſe averſos, Diabolo tanquàm excutori divinæ juſtitiæ tradit, à quo ad varia ſcelera impelluntur. 1. Reg. 22. v. 20. & ſeqq. *Aliter permittit homo peccata, aliter Deus. Homo negativè, Deus poſitivè, quia Deus voluntates hominum arctiſſimè omnipotentiæ ſuæ manu quaſi feram indomitam fune conſtrictas tenet, quam poſitivè laxat, ut malè agere posſit. Unde hæc laxatio & permiſſio dicitur actio & traditio, maximè quando fit à Deo, ut vindice ad puniendum præcedens peccatum.* Corn. à Lap. h. l.

Nihil tamen patrocinii Calvinianis ex hac explicatione accedit. Rectè enim monet Ambroſ. in com̃. h. l. *Tradere eſt permittere, non autem incitare aut immittere, ut ea, quæ in deſideriis conceperant, adjuti à Diabolo explerent in opere.* Ac quod Apoſtolus hoc loco dicit, *Deum tradidiſſe gentiles in concupiſcentias*, illud Actor. 14. v. 16. ſic exponitur, *permiſit eas ambulare in viis ſuis.* Pſal. 81.

v. 13.

v. 13. *dimiſi eos ſecundum deſideria cordis ipſorum.* Euthymius in cap. 15. Joh. & Damaſc lib. 4. orth. fid. cap. 10. *Operæ precium eſt agnoſcere, moris eſſe divinæ Scripturæ permiſſionem DEI actionem vocare, ſiquidem excæcavit & induravit ſignificant, excæcari & indurari permiſit tanquam incurabiles.* Ad hanc tamen permiſſionem accedit etiam juſtum Dei judicium, ut modò dictum. Auguſt. lib. 20. de Civit Dei cap. 19 ſub fin. *Deus mittet efficaciam erroris, quia Diabolum facere permittet juſto ipſius judicio, quamvis faciat iniquo malignoque conſilio.*

Syrus hæc duo ἐν ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, & εἰς ἀκαθαρσίαν conjungit, hoc modo: *tradidit eos in concupiſcentias immundas cordis eorum.*

Τοῦ ἀτιμάζεσθαι. Juſto Dei judicio factum, quòd, qui Deum ſuâ ſpoliaverunt gloriâ, ipſi quoque in proprio ſuo corpore pleni fiant turpitudine & ignominiâ.

Ἐν ἑαυτοῖς. Syrus reddidit בהון *inter ſeſe,* quod optimè convenit libidinis peccato, per quod non ſolùm in proprium, ſed etiam alterius corpus peccatur.

Obſerv. Auguſt. lib. 5. contra Julian. cap. 5. *Crimina criminibus vindicantur, & ſupplicia peccantium non tantum ſunt tormenta, ſed & vitiorum incrementa.*

V. 25. Οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν, καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ὅς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Repetit accuſationem idololatriæ in primo membro propoſitam, ut oſtendat, idololatriam, quæ eſt ſpirituale adulterium, eſſe fœdiſſimarum iſtarum libidinum originem ac fontem.

Per τὴν ἀλήθειαν, h. l. ut & in v. 18. intelliguntur naturales notitiæ tùm theoreticæ, tùm practicæ, menti inſitæ, & ex creaturis hauſtæ. Illas dicuntur *mutaſſe mendacio,* ſive *in mendacium,* ratione vitioſæ & perverſæ applicationis, quia loco veri Dei, ac veri cultûs divini, excogitârunt falſos Deos, & falſos divini cultûs modos.

Per mendacium quidam intelligunt mendax & falſum idolum.

Παρὰ τὸν κτίσαντα. Vulg. *ſervierunt creaturæ potiùs, quàm creatori.* Syrus: *Multò magis creaturæ, quàm ei, qui creavit illas.* Luth. Mehr denn den Schöpffer. Poteſt etiam reddi, *loco creatoris,* vel *unà cum creatore,* vel *contra creatorem.* Nam etiam hæc eſt idololatria, quando unà cum vero Deo alius falſus Deus colitur.

Ὁ εὐλογητὸς. Quando Hebræi veri Dei mentionem faciunt, ſelent adjungere, הברוך לעלם *Benedictus ſit ille in ſecula.* Syrus h. l. reddidit. *Cui ſunt,* i. e. debentur *laudes & benedictiones in ſecula ſeculorum.*

v. 26. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν.

Per τὰ πάθη ἀτιμίας intelliguntur pravæ concupiſcentiæ, per quarum expletionem ſeipſos & corpora ſua ignominiâ affecerunt. Syrus reddidit, לכאבא quod propriè ſignificat *dolores* ſive *morbos & ægritudines.* Itaque generale nomen pro ſpecie συνεκδοχικῶς κατ᾽ ἐξοχὴν ponitur.

Hebræis *ſubſtantivum* pro *epitheto* in frequenti uſu eſt. Sic πάθη ἀτιμίας ſunt *paſſiones ignominioſæ.*

Εἰς πάθη *in pathicas & pudendas libidines.*

Fœminæ mutarunt naturalem uſum, ſcil. viri ad concumbendum, *in eum, qui eſt præter naturam.* Per εὐφημισμὸν hæc proferuntur. Subintelligendum enim hîc eſſe nomen ἄῤῥενος, intelligitur ex verſ. ſeq. in quo de maſculis dicitur, *quòd reliquerint naturalem uſum fœminæ.*

Quidam verò exponunt de *concubitu mulierum cum beſtiis,* Lev. 18. v. 23. & cap. 20. v. 16.

Ambroſ. & Theod. *Ut contra Naturam maſculi cum maſculis, ita fœminæ cum fœminis omnes Naturæ & honeſtatis limites tranſcendentes fuerunt commiſtæ.*

Seneca Epiſt. 95. docet, *fœminas inſtar virorum cum fœminis activè congreſſas. Fœminæ,* ait, *cùm virorum licentiam æquaverint, corporum quoq; virilium vitia exæquaverunt. Non minus pervigilant, non minus potant, oleo & mero viros provocant, libidine verò nec maribus cedunt, pati natæ. Dii illas deæq; malè perdant adeo perverſum commentæ genus impudicitiæ, viros ineunt.*

Græcis

Græcis hæ fœminæ dictæ τριβάδες, i. e. *fricatrices*, quarum meminit Tertull. lib. de pallio. Unde τριβαδικὴ ἀσέλγεια dicitur illa inſana & nefaria libido, cujus inventrix creditur fuiſſe Philænis, & ob hanc malè audiit Sappho.

Syrus reddidit, *Fœminæ earum mutaverunt uſum, conſuetudinem*, חשחתא *Naturæ ſuæ*, דְכִינְהֵין *& re. ſive ratione, quæ non eſt ex Naturâ, vel quæ aliena eſt à Naturâ ipſarum, uſæ ſunt.* Per כינא intelligitur [illegible].

V. 27. Ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρρενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες.

Non ſolùm vulgares plebei, ſed etiam Philoſophi, qui ſaniores videri voluerunt, pæderaſtiæ vitio laborarunt. Philo lib. 2. de vit. contempl. Socratem ejus reum peragit. Idem Platoni tribuunt Laertius, Gellius lib. 18. cap. 2. Plutarch. de educ. lib. 2. Chryſoſt. in h. l. docet, *Solonem & alios Philoſophos non tantùm pæderaſtiam exercuiſſe, ſed & eam quaſi honeſtam laudaſſe, & legibus ſanxiſſe, ſtatuiſſeq; ut eam exercere poſſent liberi, non ſervi.*

Verbum ἐξεκαύθησαν eſt emphaticum, exprimens prodigioſas & monſtroſas illas gentilium libidines, ex igne pravæ concupiſcentiæ ortas, & ignis infernalis meritorias atque prænuncias.

Ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης. Errorem intelligit eum, quòd à vero Deo, ac vero Dei cultu, ad quem notitia Dei naturalis eos manuducere poterat, protervè receſſerint. ἀντιμισθία eſt *recompenſatio, merces pro meritis.* Quia contra Naturæ ordinem relicto creatore idola coluerunt, ideò juſto Dei judicio permiſſi ſunt Naturæ ordinem in actu generationis invertere.

Cornel. à Lap. in h. l. *Talia monſtra libidinum ab hæreſi nata, illam ætas vidit & protulit ætas.* Sed rectiùs de pontificibus & regno Papali hoc dixiſſet. Vid. loc. de Eccleſ.

Emphaticum etiam eſt ἐν ἑαυτοῖς, quia erroris in mente commiſſi ultionem juſtam in corporibus ſuis receperunt.

Obſerv. Scortatio corporalis & ſpiritualis, i. e. idololatria & & fœdæ libidines ut plurimum ſunt conjunctæ, quia Diabolus, *pater mendacii, eſt ſpiritus impurus.* Sap. 14. v. 12.

V. 28. Καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα.

Tertium caput accuſationis contra gentiles, quòd præter idololatriam & fœdas libidines etiam aliis teterrimis ſceleribus ſeſe contaminarint, quæ omnia dicit eſſe pœnam idololatriæ.

Pulcherrima paranomaſia, quia non ἐδοκίμασαν Deum habere in notitiâ, *Deus tradidit illos,* εἰς νοῦν ἀδόκιμον. ſenſus eſt, quia non judicarunt æquum & juſtum eſſe, quia non eſt viſum eis, ut Deum rectè agnoſcerent & colerent, *ideò tradidit illos Deus juſto judicio in mentem reprobam.*

τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, *ut Deum in notitia retinerent,* ut in notitiâ veri Dei, cujus initium per lucem Naturæ acceperant, permanerent, inq; eâ creſcerent. Ut veram Dei agnitionem retinerent, in eâ proficerent ac ſecundum eam viverent.

Νοῦς ἀδόκιμος eſt *mens ita corrupta, ut nihil recti ſentire vel probare poſſit, ſed cæco quaſi impetu feratur in ea, quæ legi Naturæ repugnant. Syrus reddidit, in mentem* דסריקותא *in mentem inanitatis,* i. e. *inanem,* genitivo loco epitheti per conſuetum Hebraiſmum uſurpato.

Mens reproba eſt ſenſus diſtortus ac perverſus, pravè & præpoſterè de omnibus rebus judicans, præſertim vero de illis, quæ Dei cultum & morum honeſtatem concernunt. Mens, quæ probet non probanda, & non probat, quæ probanda.

Τὰ μὴ καθήκοντα. τὸ καθῆκον eſt officium cuiq; perſonæ conveniens.

Obſerv. Gregorius lib. 35. moral. cap. 9. *Qui errant in Dei cognitione, juſtè traduntur, ut errent pariter in agendis.*

V. 29. Πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας.

Pendet illud πεπληρωμένους ex verbo παρέδωκεν. Eo ipſo, quòd tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, fuerunt repleti omni impietate.

Pri-

Primùm in genere dicit, *gentiles plenos fuiſſe omni injuſtitia*, poſtea varias ſpecies delictorum per quendam [illegible] enumerat.

Πονηρίᾳ Syrus reddidit per מרירותא *amaritudinem*, intelligens ea, quæ recto judicio non minùs reſpuenda, quàm palatum reſpuit amara.

Πονηρίαν improbitatem dicunt eſſe *pravitatem intellectus ac voluntatis, κακίαν malitiam tantùm voluntatis.*

Πλεονεξία plus eſt, quam avaritia, quia complectitur etiam malas fraudes, quibus proximi bona ad ſeſe quilibet transferre conatur.

In φθόνου φόνου verbis eſt paranomaſia, ac aſyntheton ſervit exaggerationi.

Κακοηθείας vulg. reddidit, *malignitatem*, Syrus, *cogitationes malas. Malignitas* verò eſt *ſingularis quædam perverſitas habens etiam ſtudium nocendi, & omnia in deteriorem partem interpretandi*, quo modo Ariſt. illud deſcribit.

Quidam reddunt per *morum aſperitatem*. Sed hanc ſignificat vox incompoſita.

V. 30. Ψιθυριστάς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστάς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς.

Ψιθυριστὰς vulgata reddidit, *ſuſurrones*. Syrus, *murmurantes*. Sunt autem *ψιθυρισταὶ occulti delatores*.

Θεοστυγεῖς qui Deum odio habent, & viciſſim à Deo odio habentur. Cypr. Epiſt. 68. *Deo abhorrentes*, στυγέω enim etiam ſignificat, *abhorreo*, à quibus Deus abhorret, & qui Deum execrantur. Loquitur Paulus de infidelium vitiis, quæ ipſis inhærebant, & ab ipſis erant; ergò rectius, Dei oſores.

Ἀλαζόνας ſunt glorioſi & jactabundi.

Syrus poſt inventores malorum, & antè *parentibus non obedientes*, inſerit, *deſtitutos mente* ex verſ. ſeq.

Inventores malorum ſunt, qui ſummâ verſutiâ excogitant peſſima conſilia & nefarias machinationes.

V. 31. Ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας.

In verbis ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους eſt iterum paronomaſia. Dicuntur autem ἀσύνθετοι, qui non ſervant συνθήκας pacta conventa. Vulg. reddidit *incompoſitos*, ac ſi eſſet ab α & συντίθεμαι. Verbum ἀσυνθετεῖν *prævaricari* ſeu *pacta conventa violare*, extat Eſdr. 10. verſ. 10.

Ἀστόργους *ſine affectione*, Vulg. *inhumanos*, qui neminem amant, nec amicum habent. Theoph. Oecum.

Quidam reddunt, *ſine pietate*, h. e. impios in parentes & cognatos.

Inciviles, barbaris moribus, ab omni ſocietate & converſatione honeſtâ alienos, qui non poſſunt in civitate aut familiâ cum aliis componi. Ita ex Demoſthene Suidas.

Oecumenius vertit, *ſeparantes ſe ab omnibus*, i. e. omnes odio proſequentes & averſantes.

Ἀσπόνδους *fœdifragos*.

Ἀνελεήμονας *immiſericordes & crudeles*.

Syrus vertit *In quibus nulla miſericordia*.

V. 32. Οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες ἄξιοι θανάτου εἰσὶν) οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

Concludit deſcriptionem injuſtitiæ gentilium, quòd ſcientes ac volentes contra conſcientiam peccaverint, ac non ſolùm ipſi peccaverint, ſed etiam peccantes collaudaverint.

Τὸ δικαίωμα θεοῦ, *juxta quosdam*, ſignificat h. l. *judiciariam illam Dei poteſtatem, quâ cuilibet tribuit ſecundùm opera.* Syrus reddidit per דִינָא *judicium*. Alii intelligunt *de diſcrimine honeſtorum ac turpium naturaliter inſito*, quòd ſcil. bonum ſit agendum, malum vero fugiendum, & quòd Deus ſit ſcelerum juſtiſſimus vindex.

Vulg. reddidit; *qui cùm juſtitiam Dei non cognoviſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Hunc locum in Latinâ verſione corruptè redditum agnoſcunt Laur. Valla, Eraſmus, Jacobus Faber. Contra illos Bell. lib. 2. de verb. Dei c. 14. ſol.

24 loc. 4. probare conatur. *Latinam verſionem meliorem eſſe ipſo fonte. Nam ſecundum Græcam ſenſus eſt, pejus eſſe conſentire malè agenti, quàm malè agere; Secundum Latinam ſenſus eſt contrarium, pejus eſſe malè agere, quàm malè agentibus conſentire. At certè abſolutè pejus eſt malè agere, quam conſentire male agenti.* Reſp. 1. Senſus, quem Bellarminus Græco textui affingit, non eſt genuinus, ſed hæc eſt mens Apoſtoli. Non ſunt contenti, ut ipſimet flagitia perpetrent, verùm hanc ſuam impietatem novâ acceſſione augent, dum aliorum etiam peccata approbant, eorumque aſſenſu ſeſe participes reddunt. 2. Chryſoſt. Oecum. Theoph. exponunt, ut eſt in Græco. Bellarm. opponit Patres Latinos: Sed Græcos puritatem textûs Græci fideliùs conſervâſſe, certum eſt. 3. Ratio ipſa ſuffragatur lectioni Græci textûs. Nam ſi cognoverunt τὸ δικαίωμα τ̃ Θεοῦ, quomodo potuerunt non intelligere, eos, qui perverſè faciunt, aut facientibus conſentiunt, eſſe dignos morte. Confer Chamierum tom. 1. cap. 13. § 13. & ſeqq.

Cornel. a. Lap. in h. l. *Noſtra lectio eſt planior & facilior intellectu. Videtur enim Apoſtolus carpere per homines ſapientiores, qui idolorum cultum, aliaq; vitia jam dicta, licet mala eſſe ſcirent, nec paſſim ea facerent & perpetrarent, illa tamen ab aliis facta probarunt vel diſſimularunt, ſive metu legum, ſive amore ſuis placendi, & timore eiſdem diſplicendi.*

Reſp. Cornelius ipſe ſatis concinnam Græcæ lectionis ſententiam exprimit, quæ cum præcedentibus exactè congruit. *Hoc conſentire*, inquit, *majus & pejus eſt, quàm facere. Fit enim ex malitia, cum facere ſæpè ex merâ infirmitate promanet.*

Franc. Titelm. in comm. h. l. aſſerit, *ſe legiſſe in vetuſto Codice Græco manuſcripto illa verba, ὐ συνῆκαν.* Sed hujus varietatis nullam mentionem faciunt, qui Manuſcriptos Codd. veteres invicem contulerunt.

Συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι, tum animo ipſorum factis aſſentiendo, tum ſermone ea excuſando & talia facientes laudando. Chryſoſt. Theophyl.

Obſerv. Extremæ impietatis eſt, peccata vel in ſeipſo, vel in aliis approbare & laudare.

CAP. II.

SCopus totius capitis eſt, Judæos peccati convincere. Syllogiſmus generalis hic eſt. Quorum opera æquè ſunt injuſta ac gentilium, illi æquè ſunt injuſti & judicio Dei obnoxii ac gentiles. Atqui Judæorum opera æquè ſunt injuſta ac gentilium, ſi non externa, tamen interna. Ergò Judæi æquè ſunt injuſti, & judicio Deo obnoxii ac gentiles. Majorem probat ex eo, quòd *judicium Dei ſit ſecundum veritatem, qui reddat unicuique ſecundum opera ſine ullo perſonarum reſpectu*. In primo verſu ponitur minor & concluſio hujus Syllogiſmi. In ſecundo probatio majoris. In v. 3. 4. & 5. continetur uberior explicatio verſiculi primi, i. e. minoris & concluſionis in Syllogiſmo principali. In v. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. amplificatur v. 2. adeòque confirmatur, *quod judicium Dei ſit ſecundum veritatem, qui reddat unicuique ſecundum opera*. V. 13. usque ad 26. confirmatur Syllogiſmi minor, quòd Judæi ſint injuſti & peccatores per collationem cum gentilibus. In v. 26. usque ad finem tractatur concluſio.

V. I. *Διὸ ἀναπολόγητος εἶ, ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων. Ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις, τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.*

Egerat Apoſtolus in cap. præc. de gentilibus, quos ex idololatria, libidinibus & aliis ſceleribus convicerat, quòd ſint legis divinæ transgreſſores. Jam convertit ſe ad Judæos hypocritas, ac oſtendit, etiam eorum opera, ſi non externa, tamen interna eſſe peſſima. Quidam putant *Apoſtolum adhuc occupari in accuſatione gentilium*. Poſtquàm enim in cap. præc. manifeſtos & notorios peccatores ex gentilibus accuſaverat, jam porrò in priore hujus capitis parte perſtringit hypocritas, qui externam quidem locomotivam honeſtè regebant, & atrociora illa delicta in aliis arguebant, interim tamen venenatam peccati radicem in corde circumgerebant ac interius eadem peccata perpetrabant, ſicq; proprio judicio ſeſe condemnabant. 1. Quia per particulam illativam διὸ hæc conjunguntur præcedentibus. 2. Quia in v. 17. de-

17. demum compellat Judæum. Sed contrarium oſtendunt circumſtantiæ textus. 1. In fine primi capitis fuit plena concluſio præcedentium. 2. Agitur hic de interna hypocritarum immunditie, qui alios damnabant, quales propriè erant Judæi. 3. Gentiles ipſo opere ac in publico Dei & hominum conſpectu erant idololatræ, impuri & peccatores, nec excuſabant ſua peccata, ſed prædicabant. 4. Dicitur in v. 13. *Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum &c.* quod ad Judæos pertinet; quare cum illa ſententia præcedentibus individuo nexu cohæreat, etiam præcedentia ad Judæos pertinere ſunt cenſenda.

Sic reſpicit ad v. 18. in quo ponitur generalis hujus partis propoſitio. Cùm ira Dei nunc ſolenniter reveletur contra omnia peccata, ideo etiam tu Judæe propter interna peccata æquè es obnoxius legi & iræ divinæ, ac manifeſti peccatores gentiles. Atq; hæc eſt generalis propoſitio totius hujus capitis. Poteſt etiam dari talis connexio: *Quia gentes ob peccata dignæ morte, multò magis vos Judæi.*

Homo appellatione Criticos illos tacitè monet, ut cum homines ſint, nihil humani à ſe alienum putent. Syrus reddidit: *o fili hominis.*

Per *τοὺς κρίνοντας* non intelligit Magiſtratus ac judices divinitùs ad judicandum conſtitutos, ſed hypocritas, qui per propriam ſuam juſtitiam coram Deo conſiſtere quærunt, peccata ſua interiora minimè agnoſcunt, adeoq; in aliis damnant, quod ipſi faciunt. Nec prohibet *judicium diſcretionis*, ſed *temerarium*.

Emphaſis eſt in numero ſingulari. Cùm enim totum Judaicum populum peccati accuſet, quaſi unum quendam ex toto eorum cœtu per apoſtrophen compellat, cum crebris interrogationibus urget, & ex proprio ore ſui condemnationem ei extorquet.

Pulchra paronomaſia. *In quo alium κρίνεις, judicas ac damnas, teipſum κατακρίνεις condemnas; κρίνειν* effectum ſtatuit *κατακρίνειν*, oſtendens temerarium judicium alienorum vitiorum ſequi ſolere condemnationem propriorum, idq; juſto divini judicii ordine. Efficax redargutio eſt, quòd eos ipſorum proprio judicio condemnatos eſſe demonſtrat. *Quomodo verò temerarii quomodo judices ipſimet ea faciunt, quæ in aliis damnant?* Eadem faciunt hypocritæ occulti,

occulti, quæ faciunt peccatores manifeſti, ſed non eodem modo, verùm internis animi motibus. Faciunt ea intus in corde, ſi non foris in opere. Ergò cùm propiùs & intus conſiderantur, quod facit Deus, inveniuntur iiſdem obnoxii criminibus, quæ in aliis damnant.

Nihil juvant Anabaptiſtas verba Apoſtoli ad deſtruendam Magiſtratus & publicorum judiciorum autoritatem: nam ſcelera etiam per ſceleratos judices vindicare divina juſtitia ſolet.

v. 2. Οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ ἐστὶ κατ' ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

Reſpondet tacitæ objectioni. Tu hypocrita negas, te eadem cum gentilibus peccata patrare, cùm ab externis delictis tibi temperes: at judicium Dei iſtâ externâ juſtitiæ ſpecie non eſt contentum. Amplificat ergò divini judicii veritatem & ſeveritatem, quòd non judicet ſecundùm externum aſpectum, nec ſecundùm externa opera, ſed ſecundùm veritatem & ſecundùm cordis affectus.

Verbum οἴδαμεν magnam habet emphaſin, ac rei evidentiam quaſi ob oculos ponit.

Judicium Dei eſt ſecundùm veritatem, h. e. Deus non judicat ſecundùm externam ſpeciem, ſed juxta interiorem cordis cujusque diſpoſitionem.

Luth. **Gottes Urtheil iſt recht.** Loca parallela ſunt, 1. Sam. 16. v. 7. Eſ. 11. v. 3. Joh. 7. v. 24. Illud verò hoc loco potiſſimùm intendit Apoſtolus, quòd Deus ut juſtus judex ſcrutetur hominum corda & renes, ibique originalem corruptionem & injuſtitiam videat, accuſet & damnet; nec prætereat, vel diſſimulet interna hominum peccata; nec ſola diſciplinæ externæ ſpecie contentus ſit, ut hypocritæ, in externis operibus juſtificari coram Deo quærentes, ſomniant.

v. 3. Λογίζῃ δὲ τοῦτο, ὦ ἄνθρωπε ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ;

Amplificat, quod in v. 1. dixerat, Judæos hypocritas eſſe ἀναπολογήτους, ac ſeipſos proprio judicio condemnare. Reſpondet

decernunt alteri Judæorum objectioni. Judicium ac pœnæ Dei nos non premunt. Ergo non ſumus legis transgreſſores. *At*, inquit Apoſtolus, *hac ipſa ſecuritate iram & judicium Dei vobis aggravabitis.*

Λογίζῃ δέ. Emphaſis eſt in apoſtrophe & interrogatione. Senſus eſt, *teipſum decipis, ſi id ſtatuis.*

v. 4. Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει;

Peccatum ſecuritatis & impœnitentiæ in hypocritis exaggerat ex effectis. *Quod benignitatem Dei, ad pœnitentiam eos invitantis, contemnant.* Quidam exiſtimant, *Apoſtolum in ſpecie ac potiſſimum reſpicere ad ſecuritatem Judæorum, quâ ob rejectum & repudiatum Meſſiam nihil pœnæ ſibi metuendum eſſe judicabant.*

Magna in his omnibus vis & exaggeratio. Vocat πλοῦτον τῆς χρηστότητος καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας, ut abundantiam divinæ benignitatis celebret.

Πλοῦτος, ut aliàs apud Apoſtolum, ſignificat *ingentem copiam & abundantiam.* Ephes. 1. v. 7. πλοῦτος τῆς χάριτος. cap. 2. v. 7. ὑπερβάλλων πλοῦτος τῆς χάριτος.

Χρηστότης ſignificat *benignitatem*, quæ complectitur facilitatem in dando, & longanimitatem in expectando. Syrus reddidit per בסימותא *dulcedinem, ſuavitatem, indulgentiam* ſignificans.

Ἀνοχὴ ab ἀνέχειν, *patientiam* ac *ſuſtinentiam* (ut ſic loquar) ſignificat.

Μακροθυμία eſt *longanimitas*, μακρόθυμος quaſi μακρύνων τὸν θυμὸν, *qui differt iram, ne ſtatim puniat.* Syrus periphraſticè reddidit. *Et locum, i. e. opportunitatem* (ſubintellige *reſipiſcendi*) *quam dat tibi, audes tu, ſc. contemnere.*

Obſerv. Pœnarum divinarum dilatio eſt hominum ad pœnitentiam invitatio.

v. 5. Κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν, θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ.

Τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν Syrus conjungit, reddens hoc modo, *propter cordis tui, quod non reſipiſcit, maliciam.*

Θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργήν. Verbum *θησαυρίζειν* indicat paulatim coacervari divinam iram, ut tandem univerſa inſtar theſauri depromatur. Deut. 32. v. 34. *Nonne eſt reconditum apud me, ſignatum in theſauris.* v. 35. *mea eſt ultio & retributio.* Jerem. 50. v. 25. *DEUS aperuit theſauros ſuos, & arma ſuæ iræ produxit.*

In pronomine *σεαυτῷ* eſt emphaſis. Significatur enim, ejuſmodi cor impœnitens ſibi eſſe cauſam tanti mali, cùm bonitas DEI ipſum alio invitet ac ducat.

Per *ὀργὴν μετωνυμικῶς* intelligitur *pœna divina peccatis debita, quæ in die iræ*, i.e. tum in hac vitâ, tum in extremo judicio, in quo ira DEI in impios plenè effundetur, *infligitur.*

Obſerva deſcriptionem diei noviſſimi judicii, quod ſit *ἡμέρα ὀργῆς* (reſpectu ſcil. impœnitentium, pios enim non poſuit DEUS *εἰς ὀργὴν*, 1. Theſſal. 5. v. 9.) *καὶ ἀποκάλυψις τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ.*

In hac vitâ impii videntur florere, ex quo ratio infert, *judicium DEI non eſſe juſtum.* Sed in die illâ noviſſimâ toti mundo manifeſtum fiet, *judicium DEI eſſe juſtiſſimum*

Patefactio juſti DEI judicii, eſt iræ & judicii divini per pœnarum irrogationem demonſtratio. Ea vero contra Judæos impœnitentes facta, tum in everſione Hieroſolymæ ac pœnis eam inſecutis, tum potiſſimùm fiet in die extremi judicii.

v. 6. *Ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.*

Conn. Vberior expoſitio ejus, quod v. 2. dixerat, DEUM judicare ſecundùm veritatem, videlicet non tantùm de operibus externis, ſed etiam de internis cordis motibus. Comminatus fuerat Dei judiciũ v. 2. & 3. ideò oſtendit, quale illud ſit futurum.

Verbum *ἀποδώσει* plus complectitur, quàm *δώσει*, quia promiſit *ſe daturum*, ideò *tunc reddet*. Debitorem autem ſe fecit Deus, nõ aliquid à nobis accipiendo, ſed ex gratiâ promittendo. Loca parallela ſunt Pſ. 62. v. 13. Matth. 16. v. 27. Apoc. 22. v. 12. *Pontificii abutuntur hoc loco pro aſtruendo operum merito.* Pererius Diſp. 3. in cap. 2 Rom. n. 39. p. 279. *Secundùm opera reddet, quia propter bona*

opera

opera, ſeu pro qualitate ac merito dignitateque operum unicuiq; retribuet. Conzenius queſt. 1. in h. v. *Reddere ſecundum opera, eſt reddere meritis operum.* Reſp. 1. aliud eſt *ſecundum opera*, i. e. ſecundùm teſtimonium operũ, quæ de interiore fide vel incredulitate teſtantur; aliud verò *propter opera*, i. e. propter meritum operum alicui reddere. Gregorius in Pſ 7. pœnit. *Aliud eſt ſecundum opera reddere, & aliud propter ipſa opera reddere. In eo enim, quod ſecundum opera dicitur, ipſa operum qualitas intelligitur, ut cujus apparuerint opera bona, ejus ſit & retributio glorioſa.* 2. Diſpar eſt ratio malorum & bonorum operum. illa ſunt meritoria pœnæ, hæc verò non ſunt meritoria præmiũ & gloriæ. Inde Gregor. d. l. ſubjungit: *Illi namque beatæ vitæ, in qua cum DEO & de DEO vivitur, nullus poteſt æquari labor, nulla opera comparari, præſertim cùm Apoſtolus dicat: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam &c.* Rom. 8 v. 18. 3. Nuſpiam dicitur διὰ τὰ ἔργα *propter opera*, ſed κατὰ τὰ ἔργα *ſecundùm opera dari præmia*, prius notat meritum, dignitatem & efficaciam operum; poſterius eorum qualitatem & teſtimonium. Qualia opera hominum ſunt futura, tale etiam Dei judicium fore oſtenditur. Hæc explicatio traditur ab ipſo Spiritu. Apoc. 22. v. 12. *merces mea mecum, reddere unicuique*, ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται. 2. Cor. 5. v. 10. *referet unusquisque* τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν. 4 Spiritus ſanctus non utitur verbo ἀντιδώσει, quod ad mercedem propriè dictam, meritis ex adverſo reſpondentem, ex debito juſtitiæ reddendam, ſpecie quadam applicari poſſet, ſed ἀποδώσει, quod generale eſt, ac tum etiam locum habet, quando Deus ex gratia non merita noſtra, ſed ſua coronat dona. 5. Nuſpiam etiam dicitur, vitam æternam dari propter operum merita, ſed in negotio juſtificationis & ſalutis *gratia* & *opera* ſibi perpetuò opponuntur. Rom. 12. v. 6. 6. Deniq; dictum hoc Apoſtolicum planè legale eſt, ut ex ſcopo diſputationis Apoſtolicæ manifeſtum. Id enim Apoſtolo propoſitum, ut perfectam legis impletionẽ omnibus hominibus deroget, ac proinde *nullam carnem* i. e. nullũ planè hominẽ *ex operibus corã Deo juſtificari poſſe* demõſtret.

Evangelium ab hoc judicio & damnatione legis nos abſolvit, monſtrando & applicando nobis Chriſti juſtitiam, qui perfectam obœdientiam legi noſtro loco præſtitit,

V. 7. Τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι, ζωὴν αἰώνιον.

Conn. Præcedentem ſententiam generalem per diſtinctas bonorum ac malorum hominum ſpecies exponit, ac 1. bonorum præmia explicat.

Quidam putant *ſubintelligendum relativum οἳ, ut ζητοῦσι ſit verbum.* ſed non opus eſt ellipſin ſtatuere, cùm ζητοῦσι poſſit eſſe dativus participii. Quidam repetendum ſtatuunt ex verſ. præced. verbum ἀποδώσει ζωὴν αἰώνιον. Sed præſtat ſubintelligere verbum δώσει, quia ipſa vita æterna non eſt ἀπόδοσις, ſed χάρισμα, præmia autem in vita æterna gratuitæ mercedis loco piis obtingent. unde etiam Syrus infert vocem יהב, *dat vitam æternam.* Conſtructio ergo hæc eſt. *Redditurus eſt unicuiq; ſecundum opera, his quidem, qui perſeverantes in benè agendo, gloriam &c. quærunt, dabit vitam æternam.*

Quidam utuntur tali trajectione. *Redditurus eſt unicuiq; ſecundum opera, his quidem gloriam, honorem & immortalitatem, qui perſeverantes in benè agendo quærunt vitam æternam.* Sed quilibet videt, hanc trajectionem eſſe coactam.

Per ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ intelligitur tùm *perſeverantia in bono opere, quâ qui perſeveraverit uſque ad finem, is ſalvus erit,* Matth. 10. verſ. 22. tùm tolerantia perſecutionis propter bona opera, tum patiens quædam gloriæ, ſuo tempore revelandæ, expectatio, quæ ὑπομονὴ ac patientia ad pietatem maximè neceſſaria eſt, quia *per multas tribulationes oportet nos ingredi in regnum cœlorum.*

Quidam hanc ὑπομονὴν eò referunt, *quòd patientiâ ac tolerantiâ illâ Dei, de quâ Apoſtolus v. 4. egerat, benè fuerint uſi.* Sed prior explicatio eſt ſimplicior.

Quòd dicuntur ζητεῖν δόξαν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ non eſt eo ſenſu accipiendum, quòd fiduciam collocent in ſua opera, ac quærant per & propter opera coram Deo juſtificari ac ſalvari, ſed quòd ſciant, hanc eſſe Dei voluntatem, in lege revelatam, ut contendentibus ad propoſitum vitæ æternæ ſcopum, in via mandatorum divinorum ſit incedendum.

Pol.

Pulcerrima hæc eſt deſcriptio vitæ æternæ. Erit δόξα, *gloria animæ & corporis*; erit τιμὴ, quia eos, qui Chriſto in hac vitâ miniſtrarunt, *pater cœleſtis* [illegible], Joh. 12. verſ. 26. erit ἀφθαρσία, *quia tum corruptibile hoc induet ἀφθαρσίαν*, 1. Cor. 15. v. 53.

Bellarm. lib. 5. de Juſtificat. cap 3. *Apoſtolus cum dixiſſet: Deum redditurum unicuique ſecundum opera, ſubjunxit continuò, his qui ſecundum patientiam boni operis gloriam & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Ergò docuit, vitam æternam eſſe illud præmium, quod datur ſecundum præparationem & menſuram operis.*

Reſp. *ὑπομονὴ* ἔργου ἀγαθοῦ duplititer accipi poteſt; vel *legaliter*, vel *Evangelicè*. Si *legaliter*, quod maximè congruit ſcopo Apoſtolico, ſenſus erit, quod lex divina promittat vitam æternam perfectè obedientibus. At cùm propter infirmitatem carnis legem nemo in hac vita perfectè impleat, Rom. 8. v. 3. ideo hæ & ſimiles promiſſiones legis redduntur nobis inutiles. proinde fide confugiendum eſt ad Chriſtum, qui eſt *τέλος legis*, Rom. 10. v. 4. *in quo promiſſiones Dei ſunt ναὶ καὶ ἀμήν* 2. Cor. 1. v. 20. Si Evangelicè, quod fieri poteſt per accommodationem, ſenſus eſt, quòd fide in Chriſtum, qui noſtri loco legem implevit, juſtificati, debeamus in poſterum ex *fide benè operari, & per patientiam boni operis gloriam & honorem quærere*, i. e. in bonis operibus tanquam in via conſtanter ambulare, ut ultimam vitæ æternæ poſſeſſionem per fidem ex gratiâ tandem conſequamur. nam *vita æterna eſt τέλος fidei*, 1. Pet. 1. verſ. 9. *bona opera autem ſunt via regni, non cauſa regnandi*. Bernh. in tract. de grat. & lib. arb. ſub finem.

v. 8. Τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς καὶ ὀργή.

1. Exponit pœnas malorum, ſub præcedenti ſententiâ generali in v. 6. comprehenſas.

2. Ἐριθεία quidam deductionem ſtatuunt ab ἔριθος vel ἐριθεύω quod eſt *mercede operari*.

Ἐριθεία, inquit Heſychius, ſunt [illegible] Gregorius Nyſſenus orat. in illud 1. Cor. 15. *Tunc Filius ſubjicie-*

tur Patri &c. *Quis autem ſubit Paulum, quod ſtudium contentionis & ulciſcendi cupiditatem per verbum ἐριθείας ſignificet, cum perſpicuum ſit omnibus, quod ex vocabulo ex lanæ opificio ſeu lanificio à ἔριθος, ancilla propriè, quæ lanam tractat, ex ipſa Scripturâ nominatur, atque exercitium & ſtudium ſuum nomine ἐριθείας ſignificare ſolemus.*

Reſpicit autem Nyſſenus ad Eſai. 38. v. 12 ubi nomen ἐρίθου & Tob 2. v. 12 ubi verbum ἐριθεύομαι in illâ ſignificatione uſurpatur.

Suidas ἐριθείαν dicit eſſe τὴν διὰ λόγων φιλονεικίαν, inde vulg. reddidit per *contentionem*. 2. Cor. 12. v. 20. conjunguntur ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι, ἀκαταστασίαι, Gal. 5. v. 20. ἔρεις, ζῆλοι, θυμοί, ἐριθεῖαι. Jac. 3 v. 16. ὅπου ζῆλος καὶ ἐριθεία, ἐκεῖ ἀκαταστασία, ex quibus locis de genuina hujus vocis ſignificatione judicium fieri poteſt. Syrus habet nomen עֲצִין, ſignificans *contentioſos, rixoſos*; dicuntur ergo οἱ ἐξ ἐριθείας phraſi Hebraicâ *filii rixarum, qui ſunt ex contentione*, h. e. contentioſi.

Lyra exponit, *quorum anima ſemper contendit, & apud quos conſcientia ſeu dictamen rectæ rationis malo ſemper remurmurat.*

Oſtendimus ſuperiùs, Apoſtolum hîc agere de Judæis, eos ergo accuſat, quòd ſalutari doctrinæ in Evangelio propoſitæ reluctentur & adverſentur, ut ſic ἐριστικῶς additum accipiatur, ἀπειθοῦσι τῇ ἀληθείᾳ. Contra hanc expoſitionem à quibusdam urgetur, quod per ἀλήθειαν Apoſtolus hoc loco non intelligat *veritatem doctrinæ in verbo revelatæ, quia agit de gentilibus, quibus verbi lux non reſplenduit, ſed veras notitias naturaliter hominum mentibus inſitas, in quâ ſignificatione hac vocula uſus fuerat* cap. 1. v. 18. & 25. quodque πειθόμενοι τῇ ἀδικίᾳ dicantur, *qui ſeilautur injuſtitiam ſenſu eo, quo* cap. præced. v. 18. *dixerat, quòd veritatem DEI captivam quaſi detineant in injuſtitiâ.*

Ἀδικίας autem nomine *generaliter uſurpato ſignificari pravam doctrinam & perverſa morum exempla.* Sed hæc omnia procedunt ex illa hypotheſi, quòd Apoſtolus in hoc cap. ſecundo adhuc de gentilibus agat, eoſque peccati convincat.

Qui-

Quidam ſubintelligunt *verbum paſſivum* ἀποδοθήσεται ex v.6. præced. Sed rectiùs hic ſtatuitur ellipſis verbum ἔσαι, *erit* vel *obtinget ira*. Illud probè notandum, quòd Syrus interpres, quando de præmiis bonorum operum loquitur in v.7. uſurpat verbum יהב *dedit*, quando autem in hoc v. 8. de pœnis malorum operum loquitur, utitur verbo פרע *rependet*, ut diſparitatem malorum & bonorum operum indicet, quòd ſcil. illa ſint pœnarum meritoria, hæc verò præmiorum non ſint meritoria, ſed quòd præmia illa bonis operibus ex gratia dentur.

V. 9 Θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος.

Idem aliis verbis exaggerationis causâ repetit, quod in verſ. præced. 9. dixerat.

Θλίψις, ſc. ἔσαι. Repetitur antitheſis verſus 7. & 8. ſed ordine inverſo, ibi enim priùs facta erat mentio bonorum operum, poſteriùs malorum: hic vero priùs mentio fit malorum, poſteriùs bonorum operum.

Θλίψις propriè ſignificat *compreſſionem*, à θλίβειν, quod de *calcis compreſſione aliàs*, *uvarum preſſione pedibus* uſurpatur. Metaphorice uſurpatur de *afflictione*, præſertim in N. T. libris & apud ſcriptores Eccleſiaſticos. Significat autem afflictio θλίψιν, exprimens non tam ipſam affligendi actionem, quàm anguſtias, in quas redigitur is, qui affligitur, ſeu anxietatem illam, quâ premitur, aut generaliter malum illud, quod patitur. Syrus habet nomen אולצנא *anguſtia, neceſſitas, moleſtia*, cumprimis ea, quæ à fame homini affertur, quod pulcrè congruit ſtatui damnatorum. Luc. 16.v.24.

Στενοχωρία propriè eſt *anguſtia Spiritus*, qualis in morbis & terroribus ſolet contingere. Thucyd. lib.7. *utitur de anguſto ſpatio, in quod ab hoſtibus aliquis redigitur*, in quâ ſignificatione apud Plutarchum 6. ſympoſ. probl. 6. opponitur ei εὐρυχωρία *latitudo amplitudo loci*. In hac ſignificatione metaphoricâ Comicus dixit: *in anguſtum oppidò nunc mea coguntur copia*.

Eodem

Eodem modo quidam accipiunt locum Apoſtolicum, 2. Cor. 6. v. 12. *οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν, non anguſtè habitatis in nobis.* Sed ibi itidem, ut hoc loco, in metaphorica ſignificatione uſurpatur. Non eſt quod propter nos anguſtis atque anxiis ſitis animis: quod autem anguſtias ſentitis, illud fit ex ſincero & filiali erga nos amore.

Syrus habet nomen שׁוּרְפָא à rad. טרף diſcerpſit ac per metaph. *perturbavit, colliſit.* Luth. reddidit. Angſt.

Ἰουδαίῳ πρῶτον, quia Deus legem ſuam peculiariter Judæis promulgaverat, & ad obſequium ſuum variis beneficiis eoſdem ſibi obſtrinxerat.

Sicut Rom. 1 v. 16. Evangelii prædicationem *primo ipſis deberi dixerat propter promiſſionem patribus factam*, Act. 13. v. 46. ita hoc loco dicit *pœnam violatæ legis juſto Dei judicio primum omnium ipſis paratam & irrogandam.*

v. 10. Δόξα δὲ καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθὸν, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι.

Repetit, quod in verſ. præced. 7. dixerat de præmiis bonorum, ut animis auditorum judicium illud Dei penitius infigat.

Ἡ *δόξα* opponitur *τῇ ὀργῇ*; *τιμὴ* opponitur *τῷ θυμῷ*; *εἰρήνη* opponitur *τῇ στενοχωρίᾳ*, in verſ. præcedentibus.

Gloriam habebunt in corporibus & animabus, honorem apud Deum, omnes Angelos & beatos; pacem in conſcientia, nullis paſſionibus perturbata.

v. 11. Οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ.

Προσωποληψία ad verbum eſt faciei acceptio.

Confirmat, quod v. 6. dixerat, *Deum daturum unicuique ſecundum opera*, i. ratione ab officio juſti judicis petita.

Dicitur autem phraſi Hebraica *faciem alicujus accipere*, qui facit aliquid in gratiam alterius; Gen. 19. v. 21. 1. Sam. 25. v. 35. &c. *in judicio perſonam accipere* dicitur, qui non reſpicit merita cauſæ, ſed ex favore judicat pro perſona, conſideratis externis ejus adjunctis, quæ in oculos incurrunt, & eam nobis commendabilem reddunt, ad ipſam vero cauſam non pertinent, qualia ſunt divi-

ivitiæ, honor, familia, dignitas, potentia, cognatio. Levit. 19. v. 15. Deut. 1. v. 17. cap. 16. v. 19. Prov. 18 v. 5. cap. 24. v. 24.

Auguſt. lib. 2. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 7. προσωποληψίαν definit, *quando non cauſa meritæ, ſed perſonæ dignitas attenditur.*

Acceptor perſonarum eſt is judex, qui poſtpoſita causâ, de quâ proprie judicandum, tantùm perſonas reſpicit, & prout erga eas affectus eſt, ita de controverſia judicat.

Sæpiſſimè autem in Scripturis DEO hoc elogium *justitiæ* tribuitur, *quòd apud ipſum nulla ſit προσωποληψία.* Deut. 10. v. 17. 2. Paral. 19. v. 7. Job. 34. v. 19. Act 10. v 34. Gal. 2. v. 6. Eph 6. v. 9. Col. 3. v. 11. ac 25. 1. Petr. 1. v. 17.

Hoc loco in ſpecie illud applicatur ad diſcrimen Judæorum ac gentilium, quòd Deus nec in præmiis diſtribuendis, nec in pœnis irrogandis illud attendat.

Obſerv. Petrus ex eo, quòd Deus ſit ἀπροσωπολήπτως, ſeriam exhortationem ad converſationem in timore DEI inſtituendam deducit. 1. Epiſt. 1. v. 17. & 18.

Non eſt προσωποληψία deputandum, quòd Deus propter perſonam fide in Chriſtum ſibi reconciliatam, etiam opera ejus grata habet, vel quòd dona ſua pro arbitrio diſtribuit.

V. 12. Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται· καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται.

2. Probat juſtitiam Dei ab eventu. Senſus eſt, quòd qui extra legem Moſis eam ignorantes peccaverunt, per legem Naturæ ſint damnandi, qui verò legem Moſis ſciverunt, & tamen contra eam peccarunt, per eandem ſint damnandi.

Per illos, qui *ſine lege peccarunt*, intelligit gentiles, qui non habuerunt legem ſcriptam. Per illos, qui *in lege peccarunt*, intelligit Judæos, qui legem ſolenniter à Deo promulgatam acceperunt. Sic ergo Univerſalem illam humani generis accuſationem, de quâ prius egerat, ſigillatim ad gentiles & Judæos applicat, quia illorum ambitu totum genus humanum continetur.

Judæi dicuntur *peccaſſe ἐν νόμῳ*, non quòd legem transgreſſi, hoc enim ipſis commune erat cum gentilibus, ſed quia ipſi erant ἐν τῷ νόμῳ *ſub lege*, cap. 3. v. 19.

K V. 13.

℣. 13. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

Confert ſe ad confirmationem minoris, quòd videlicet Judæorum opera æquè ac gentilium ſint injuſta. Reſpondet autem quaſi tacitæ objectioni. Cogitabant Judæi, ſe non eſſe injuſtos, cùm legem habeant & audiant, eamq; cæteris ſcirent. Reſpondet Apoſtolus, requiri perfectam legis obſervationem.

Hæc occupatio reſpicit Judæos, qui legem quidem divinitus acceptam audiebant, ſed non faciebant, i.e. non perfectè implebant, proinde etiam ex eâ juſtificari non poterint.

In προσδιορισμῷ, παρὰ τῷ Θεῷ, eſt magna emphaſis. *Auditores legis coram hominibus videri poſſunt juſti, ſed coram* DEO, i.e. in Dei judicio, *non auditores, ſed factores legis juſtificabuntur.*

Per ſingula Sabbata lex illis recitabatur & exponebatur in Synagogis, ipſiq; in curioſâ legis ſcrutatione omnem operam conſumebant, ſed quæ à lege præſcripta, non præſtabant.

Bellarm. lib. 2. de juſtific. cap. 16. reſp. ad 1. locum hunc Apoſtolicum tribus modis explicari poſſe dicit. 1. *Factores legis juſtificabuntur*, i.e. *augmentum juſtitiæ merebuntur, ac per hoc juſtificabuntur per opera meritoriè, non formaliter.* 2. *Factores legis juſtificabuntur, id eſt, qui* [illegible] *legis eſſe factores, dent operam, ut juſtificentur. Non enim legis juſtitiam faciunt, niſi juſtificati.* Aug. de Spir. & lit. cap. 26. 3. *Factores legis juſtificabuntur*, i.e. *in divino judicio* [illegible]*, & juſtitiæ coronam juſtè conſequentur*, quam expoſitionem dicit eſſe præ cæteris maximè literalem. Pererius Diſp. 7. in cap. 2. Rom.

1. Repudiat expoſitionem Auguſtini, *cùm* [illegible] *juſtificari oportere priùs homines,* [illegible] *factores, ſed illud præcipuè intendat, non auditores, ſed factores legis juſtificatum iri apud* DEUM.

2. Repudiat expoſitionem Soti & Stapletoni, qui de augmento juſtitiæ locum Apoſtolicum accipiunt, hoc ſenſu. *Qui primò juſtificati ſunt, deinde per obſervationem legis juſtificabuntur*, i.e. *proficient magis* [illegible] *in juſtitiâ,* [illegible] *hæc expoſitio* [illegible] *conveniat.*

3. Approbat illam expoſitionem, quæ verbum *juſtificari*

juxta

[illegible] pro eo, quod eſt juſtum æſtimare ac declarare, ut ſit ſenſus. Illi ipſi ſoli pronunciabuntur & declarabuntur juſti, & ut tales vitâ æternâ remunerabuntur, qui non tantùm auditores, ſed etiam factores legis fuerint. Ex quo deducit, *hanc Pauli ſententiam falſitatis convincere opinionem hæreticorum hujus temporis, qui omnem vim & rationem juſtificationis bonis operibus juſtorum hominum, eamque ſoli fidei aſſignant. [illegible] legis & ſtudio ejus, quod [illegible] habet fidem, derogetur juſtificatio, niſi accedat legis obſervatio.*

4. Subjungit expoſitionem Ambroſii, qui verba Apoſtoli interpretatur de iis, *qui credunt in Chriſtum, quem lex Moſis non ſolum prædixit & promiſit; verùm etiam juſſit in eum credere atque obedire Judæos.* (Verba Ambroſii ſunt. *Hoc dicit, quia non hi juſti ſunt qui audiunt legem, ſed qui credunt in Chriſtum, quem lex promiſit. & hoc eſt facere legem. Nemo autem facit legem, qui non credit legi, & non recipit eum, cui lex teſtimonium perhibet. Gentilis autem, qui videtur ex lex, ſi credit in Chriſtum, feciſſe legem dicitur. Judæus autem dicitur auditor legis, & non factor, quia non credit in Chriſtum, ſcriptum in lege.*) *Hanc expoſitionem* dicit eſſe & *veram & piam, ſed propoſito Apoſtoli & ſententiæ verborum ejus non convenire.*

Reſp. 1. Docet Apoſtolus, integram & perfectam legis obædientiam requiri; nec ſolam notitiam, vel audientiam ſufficere, ut quis ex lege juſtificetur: nequaquam verò docet, homines poſſe perfectam illam obædientiā præſtare, & ſic ex lege juſtificari. Contrarium potius docet in hac Epiſtolâ & ad Gal. atque Epheſios paſſim. 2. Si lex perfectè à nobis impleretur, omninò juſtificatio eſſet ex lege. Sed conditionalis illa nihil ponit in eſſe. 3. Dictum ergo hoc eſt legale, promittens juſtificationem & vitam, ſed cum conditione perfectæ obædientiæ. *Factores enim legis* illi dicuntur, *qui permanent in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis.* Deut. 27. v. 26. Gal. 3. v. 10. Tales factores legis omninò ſunt juſti, non ſolùm coram hominibus, ſed etiam apud Deum, & per legis obædientiam vitam conſequuntur. Levit. 18. v. 5. Luc. 10. v. 28. Quia verò talis *factio* legis non datur, inde etiam non eſt lex data, *quæ poſſit vivificare*, i. e. juſtificare. Galat. 3. verſ. 21. 4. Scopus Apoſtoli eſt, docere, Judæos non eſſe juſtos ex lege, quia non ſatisfaciant legi; ac cap. 8. v. 3. in genere pronunciat

 pro-

propter infirmitatem carnis nobis [illegible] eſſe perfectam legis impletionem. Invertimus ergo argumentum. Non auditores, ſed factores legis juſtificabuntur. At nullus hominum eſt factor legis, i. e. perfectè eam implet. Ergo ex lege & operibus legis non juſtificatur apud Deum omnis caro. quæ concluſio diſertis verbis extat Rom. 3 v. 20. Gal. 2. v. 16. Strenuè quidem negat Pererius aſſumtum, ſed illud ſuo loco [illegible] demonſtratur. 5. Quòd ſi vel maximè interpretationem illam acciperemus, *factores legis juſtificabuntur*, i. e. *in die judicii juſti pronunciabuntur ac declarabuntur*, nondum tamen ſequeretur [illegible] illam legis vel perfectam eſſe, vel vitæ æternæ meritoriam, ſed tantùm eſſet fidei juſtificantis effectum & teſtimonium, ex quo de fide juſtificante interiore faciendum ſit judicium.

De jure loquitur Apoſtolus, non de facto, quòd lex perfectiſſimam obœdientiam non ſolùm externam, ſed etiam internam, quin imò ſummam totius Naturæ integritatem exigat, Tales autem legis factores non dari, hoc ipſo in loco efficaciſſimè convincit. Docet, quomodo intelligenda ſit juſtificatio ex lege i. e. quid ſit ſupponendum iis, qui ſe profitebuntur juſtificari velle ex lege, ſcilicet non ſe audire legem, & in ea eſſe eruditum, ſed ſeipſum, quod ſcit à lege mandatum, obſervare ad amuſſim. Rom. 10. quod cùm nemo faciat, inde tale emergit Apoſtoli argumentum. Quicunque juſtificatur per legem, implet legem. At nemo implet legem. Ergo nemo juſtificatur per legem. Major probatur, quia *non auditores legis juſti ſunt apud* DEUM, *ſed factores legis juſtificabuntur*.

v. 14. Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος.

Hæc occupatio reſpicit gentiles, qui legem quidem ſcriptam non habuerunt, interim legem Naturæ cordibus ſuis habuere impreſſam, oſtendentem honeſtorum ac turpium diſcrimen, præcipientem bona & prohibentem mala, ideo etiam gentiles non habent, quod ſceleribus ſuis prætexant.

Quidam exiſtimant, *Apoſtolum h. l. non deſcribere gentes quales ſint, ſed quales eſſe debeant, ut probet, inquiunt, juſtitiam non conſiſtere in* quo-

[illegible] externâ legis obſervatione, de qua Judæi gloriabantur. Confert [illegible] gentilium obedientiam, legi Naturæ præſtitam vel præſtari debitam [illegible] Ceremoniali Judæorum juſtitiâ, at illam huic longiſſime præ-ferendam eſſe docet. Agit per conceſſionem quandam Rhetoricam. Si gen-tiles ductu Naturæ ſine lege ſcriptâ, & ſine Ceremoniis legis perfectam obe-dientiam DEO præſtitiſſent, etiam ſine lege ſcriptâ & ſine Ceremoniis legis juſti eſſent. Nihil ergo valet Judæorum externa, umbratilis ac Ceremonia-lis juſtitia. Sed manifeſtum eſt, Apoſtolum deſcribere gentiles, non quales fuerint ante lapſum, vel quales eſſe potuerint, ſi non interceſſiſſet lapſus primorum parentum, verùm quales ſanio-res ex ipſis poſt lapſum ſint. Rectiùs ergo dicitur, etiam genti-lem ſaniorem, qui Naturæ inſtinctu facit quædam, quæ ſunt le-gis, & ſic quodammodo eſt factor legis, præferri Judæo, in exter-nis operibus & Ceremoniis legis confidenti, qui eſt tantummo-do auditor legis. Cumprimis verò eò reſpicit Apoſtolus, quòd gentiles non habeant, quod ſceleribus ſuis prætexant &c.

Elegans antanaclaſis. *Gentes non habentes legem, ſc. ſcriptam, hi ipſi lex ſunt, quando Naturæ inſtinctu faciunt ea, quæ ſunt legis.*

Quòd gentes negat habuiſſe legem, de externâ & ſolenni legis promulgatione intelligendum, ſicut Rom. 9. v. 4. *νομοθεσία* velut peculiaris quædam Judæorum prærogativa celebratur. In-terim gentes *habuerunt legem cordibus ſuis inſcriptam*, ſicut ſtatim ad-dit v. 15. quæ lex naturalis cùm ſit realiter eadem cum mora-li, ideò gentiles æquè ac Judæos obligabat.

Notanter dicit Apoſtolus de gentibus, *non quòd faciant legem*, i. e. perfectè eam impleant, ſicut phraſis *ποιεῖν νόμον* in verſ. præc. accipitur, ſed *quòd faciant ea, quæ ſunt legis*, quia duntaxat particulam quandam de externis legis operibus habent. Pro-inde illud *πάντες* tantùm particulariter intelligendum, tùm ra-tione quorundam duntaxat gentilium ſaniorum, tùm de exter-næ erga legem obſervantiâ.

V. 15. *Οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ με-ταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμέ-νων.*

Per τὸ ἔργον τοῦ νόμου intelligitur res ipſa, ſive ſententia lege comprehenſa. Opponitur enim τῷ γραπτὸν ſcriptioni legis tanquam adjunctio externo.

Γραπτὸν. Syrus adjectâ particulâ ſimilitudinis כד explicat metaphoram. *Oſtendunt opus legis, tanquam ſcriptum ſuper cor ſuum.*

Hæc *ſcriptio legis* diſtinguenda eſt à ſcriptione illa legis, cujus fit mentio Jerem. 31. v. 33. Differunt enim 1. Ratione *materiæ.* Apud Jeremiam intelligitur *doctrina Evangelii*, hic vero *lex naturalis.* 2 Ratione *cauſæ efficientis.* Illa ſcriptio eſt à Spiritu Sancto, hæc à Natura. 3. Ratione *objecti.* Illa eſt credentium propria, hæc omnibus hominibus communis. 4. Ratione *effecti.* Illa reddit Deo gratos, hæc ἀναπολογήτους.

Συμμαρτυρούσης τῆς συνειδήσεως, unâ teſtimonium reddente conſcientiâ. Vulg. emphaſin non aſſequitur, quando ſimpliciter vertit, *teſtimonium reddente &c.* Reſpicit autem Apoſtolus ad id, quod in verſ. præced. dixerat, *gentes* φύσει *naturali judicio ea, quæ legis ſunt, facere.*

Μεταξὺ ἀλλήλων. Quidam referunt ad intervallum temporis, ſenſu eo, quòd cogitationes alternis vicibus accuſent, & excuſent ipſum hominem propter conſcientiam male vel recte factorum. Vulgata reddidit: *inter ſe invicem*, ſenſu eo, quòd cogitationes aliæ alias accuſent, aut excuſent.

Ἀπολογουμένων, quando ſc. gentiles non ſunt ſibi conſcii cujuſdam gravioris delicti commiſſi. Syrus habet, *cogitationibus educentibus in latitudinem*, qui eſt idiotiſmus Syriacus.

V. 16. Ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Quidam hunc verſum connectunt cum fine v. 12. *per legem damnabuntur*, ita ut v. 13. 14. & 15. quaſi per parentheſin interjiciantur. Sed poteſt etiam cum proximè præcedentibus conjungi, quia etiam in extrema die conſcientia alios accuſabit, alios excuſabit.

Ἐν ἡμέρᾳ ſubintellige, *prout manifeſtabitur illud*, in hac enim vitâ nō conſpiciuntur interiores hominū cogitationes, & quid

cuique

teſtem ſua [illegible] conſcientia. Quidam tamen hæc verba conjungunt cum v. 12. *judicabuntur in illâ die &c.* ut ſic v. 13, 14. & 15. accipiantur parentheſi incluſi.

Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον: quia Evangelium docet, *Chriſtum ordinatum eſſe judicem vivorum & mortuorum*, Act. 10. v. 42. Potiſſimum verò eò reſpicit Apoſtolus, quod Evangelium futura ſit judicii illius norma: qui enim Evangelio crediderit, ſalvus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Marc. 16. v. 16.

Nomine *Evangelii* quidam intelligunt *totam doctrinam, quam Apoſtolus prædicaverit, ac tandem poſtea in libros redegit, cùm damnatio non fit ex Evangelio propriè ſic dicto; ſed ex lege.*

Quidam ſtatuunt, Paulum vocare *ſuum Evangelium, Evangelicam illam hiſtoriam, quam Lucas ipſius ſuaſu & hortatu in libros redegit*, 2. Cor. 8. v. 18. Philem. v. 24. 2. Tim. 4. v. 11. Sed rectiùs accipitur de Evangelio, ab Apoſtolo prædicato.

V. 17. Ἴδε, σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ.

Jam à gentilibus ad Judæos ſe Apoſtolus convertit, & vanam nominis jactantiam ipſis objicit. Oſtenditq; Judæos habere quidem aliquam umbram ac ſpeciem externæ juſtitiæ, ſed verâ & interiore cordis obedientiâ deſtitui. Utitur denuò ut in princ. cap. apoſtrophe, ac ſub perſonâ unius *Judæi* omnes Judæos compellat. Primùm autem quaſdam prærogativas Judæorum recenſet, ut poſtea oſtendat, eos tantò magis Deo ingratos eſſe. *Ἐπονομάζῃ, cognominaris Judæus*, ſolo nomine, non reipsâ talis exiſtens.

Vulg. reddidit *Si autem tu Judæus cognominaris*, quo modo etiam Syrus vertit. [illegible]. procul dubio vitio exemplaris, quo uſus eſt, quod habuit εἰ δὲ pro ἴδε, ſed probati Codices Græci legunt omnes ἴδε, ac hiabit conſtructio, ſi legatur εἰ δὲ.

Ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, acquieſcis & ſuaviter requieſcis in lege, exiſtimans eam ad ſalutem tibi ſufficere, teque pacem conſcientiæ & ſalutem ex eâ conſequi poſſe, modò exteriùs qualemcunque obedientiam ei præſtes.

Καυχᾶσαι ἐν Θεῷ, gloriaris, quòd pertineas ad populum, cui promiſit Deus, quòd vellet eſſe illius Deus, ac fœdus cum eo iniit. Reſpicit Apoſtolus eò, quòd gentes ſibi fictâ

Dea

Dei cognitione deſtitutæ dicuntur fuiſſe ἄθεοι *ſine DEO*, Eph. 2. v. 12.

Quidam diſtinguunt inter has phraſes, *gloriari in DEO, & gloriari in Domino*. Jerem. 9. v. 24. 1. Cor. 1. v. 31. *Illud includere notitiam DEI & legis ejus, hoc inſuper etiam requirere obœdientiam, quâ promtâ voluntate homines DEO ſubjiciuntur, ut ſervi ſuis Dominis.* Simpliciùs reſpondetur, ἐν poſitum hoc loco pro περὶ, *gloriaris de DEO*, i. e. de Dei revelatione & cognitione. Syr. בַּאלָהָא.

v. 18. Καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου.

Syrus addidit affixum, & conjungit illud γινώσκεις τὸ θέλημα, cum præcedente καυχᾶσαι ἐν θεῷ, *gloriaris de DEO, quòd ſcias voluntatem ejus*. Gloriaris te agnoſcere Dei voluntatem, ac per legem inter prava & recta poſſe diſcernere.

Gentiles non niſi potentiam & divinitatem, i. e. eſſentiam Dei norunt, videlicet quòd ſit Deus, quòd ſit potens, bonus, juſtus, ſapiens: tu verò inſuper voluntatem Dei de ſalute humani generis, & verbum revelatum, quomodo coli velit, noſti.

Δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Τὰ διαφέροντα, vulg. reddidit *utiliora*; Eraſmus & Cajetanus *eximia*; alii *excellentia & ſingularia*.

Sed ex verbo δοκιμάζειν colligitur, quòd hoc loco propriè ſignificet *differentia* ſive *diſcrepantia*. Verſio vulg. τὸ δοκιμάζειν reddidit per *probare*, quod eſt ambiguum, cùm *probare* quandoque ſignificet *explorare & examinare*, quandoq; verò *approbare*. Hoc loco prior ſignificatio textui eſt congrua, ut ſit ſenſus, *exploras quæ ſint bona opera, à malis operibus differentia*. Syrus habet verbum פְּרַשׁ *ſeparavit, diſcrevit*. Luth. du prüfeſt was das beſte zu thun ſey.

Theodoretus in h. l. *probas utiliora, pro eo, quod eſt dignoſcis, quæ inter ſe ſunt contraria*. Quidam referunt non ad collationem bonorum & malorum operum: ſed ad collationem bonorum operum inter ſe invicem. *Exploras, quæ bona opera, quibus præſtent & antecellant, quod gentiles ex lumine Naturæ non ſciverunt*. Sed prior explicatio textui magis congruit.

Κατηχούμενος propriè eſt vivâ voce inſtructus & eruditus,

κατη-

Κατηχούμενος propriè eſt vivâ voce inſtructus & eruditus. κατηχεῖσθαι enim propriè dicitur is, cujus auribus aliquid inſonatur, qui aliquâ de re vivæ vocis miniſterio docetur. Act. 18. v. 25. Gal. 6. v. 6. Propriè etiam uſurpatur *de primis alicujus doctrinæ rudimentis, quæ vivâ voce alteri traduntur*. Sed hîc in genere ſignificat inſtructum. Tacitè ergo Apoſtolus Judæos perſtringit, quòd adhuc in primis legis rudimentis addiſcendis verſentur, cum Chriſtum, qui eſt τέλος *finis legis*, ignorent ac repudient.

v. 19. Πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει.

Gloriaris te non ſolùm ex lege rectè ſapere, ſed etiam alios ex eâ erudire poſſe.

Per *cæcitatem* intelliguntur tenebræ ſpirituales, in quibus omnes homines Naturâ naſcuntur. *Doctores* vocantur *luminaria* Matth. 5. v. 14.

v. 20. Παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

Παιδεύειν ſignificat non ſolùm *inſtituere*, ſed etiam *corrigere & caſtigare*, ut ſic tùm de doctrinâ, tùm de diſciplinâ uſurpetur. παιδευτὴς ergo ἀφρόνων eſt inſtitutor & caſtigator inſipientum. Syrus habet verbum רדא, quod itidem ſignificat non ſolùm *docuit*, ſed etiam *caſtigavit*. Luc. 23. v. 16. Act. 7. v. 22.

Per τοὺς νηπίους intelliguntur, qui inſtar infantium adhuc ſunt rudes & imperiti, Matth. 11. v. 25.

Per μόρφωσιν τῆς γνώσεως quidam intelligunt *externam & apparentem quandam ſpeciem cognitionis, quo ſenſu Apoſtolus*, 2. Tim. 3. v. 5. vocat μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας, *inanem quandam ſimulatæ pietatis ſpeciem*.

Sic Theophylactus in h. l. exponit per ἐπίπλαστον εἰκόνα *perſonatam imaginem, quæ quidem figuram retineret veritatis, nihil autem eſſet minùs*. Hanc expoſitionem ſequitur Dominicus à Soto.

Sed rectiùs accipitur pro formâ & normâ veræ cognitionis in lege expreſſa. Nam

1. Apoſtolus non ſimpliciter dicit, *Judæum habere μόρφωσιν τῆς γνώσεως*, ſed etiam addit, καὶ τῆς ἀληθείας.

2. Hanc formam cognitionis & veritatis dicit *expreſſam haberi in lege.* Ecquis verò dicere velit, haberi in lege tantummodò apparentem quandam ſpeciem & quaſi ſpectrum cognitionis ac veritatis?

3. Apoſtolus adhuc verſatur in enumerandis Judæorum prærogativis, ob quas ſibi blandiebantur, & prærogativis illis quidem non falſis, ſed veris: poſtea demùm eò deſcendit, ut illos arguat, quòd prærogativis illis ſeſe indignos præſtarent.

4. Eodem modo accipiunt ex Græcis Chryſoſtomus, Oecumenius & Theophylactus; ex Latinis Ambroſius, Chryſoſt. hom. 5. ad Rom. *Quemadmodum ſi quis Regis habens imaginem nihil ad ejus ſimilitudinem exprimat, illi autem quibus imago non eſt credita, etiam ſine prototypo accuratè illud imitentur.*

Syrus habet nomen רוּמְיָא, quod reſpondet Hebræorum דְּמוּת, quod *perfectam ſimilitudinem* ſignificat. Lutherus in cap. 5. Geneſ. *Diligenti obſervatione deprehendi, quòd* צלם *propriè vocarint imaginem ſeu figuram,* דמות *verò, quod ſimilitudinem ſignificat, perfectio eſt imaginis.*

Colligitur autem hoc loco argumentum, quo probari poteſt, *legem divinam eſſe perfectam cognitionis & veritatis*, i. e. veræ cognitionis normam ac regulam.

V. 21. Ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις;

Poſt enumeratas quaſdam prærogativas & ornamenta Judæorum, oſtendit illos pro his donis eſſe Deo ingratos, ideoque, cùm illis abutantur, in ignominiam, injuſtitiam & damnationem ipſis cedere. Argumentum Apoſtoli tale eſt. *Qui habet & docet legem, non tamen eam facit, eſt injuſtus. Judæi habent & docent legem, ſed non faciunt. Ergo.* Minorem urget & inculcat per antitheſin, ubi notandum, quòd quamvis ea, quæ hîc enumerantur, non faciant opere, tamen faciant ea in corde per pravas concupiſcentias. Reſpicit ad v. 1. τὰ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων.

Elegans antanaclaſis, *Qui ergo alium doces, teipſum non doces?*

Aliter

Aliter enim docemus nos,aliter verò alios. Docemus alios,cùm præcepta doctrinæ & morum illis proponimus; docemus nos ipſos, cùm in cognitione proficimus,& exemplo vitæ aliis prælucentes,præceptis,quæ aliis proponimus,ipſimet obſequimur.

v. 22. Ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς;

Ἱεροσυλεῖν propriè eſt *templa diſpoliare*,ab ἱερὸν & συλᾶν, poſtea in genere pro quovis ſacrilegio accipitur.

Quidam in ſpecie applicant ad Sacerdotes Judaicos, qui ſub ſpecie cultus divini rapinas in populum exercebant. Eò videtur etiam Syrus reſpicere, qui reddidit *ſpolias* בֵּית מַקְדְּשָׁא *domum ſanctitatis ſive ſanctuarii*.

Sed rectiùs in genere accipitur de quibusvis Judæis incredulis, qui honorem Deo debitum creaturis tribuebant, ſicque per immane ſacrilegii crimen Deum ſuâ gloriâ privabant.

Sacrilegii crimen committebant Judæi,quia non concedebant, ſolum Deum eſſe juſtum & juſtificantem eum, qui eſt ex fide; ſolum Chriſtum eſſe noſtram coram Deo juſtitiam. quia enim ſuis operibus juſtitiam quærebant, inde Deum & Filium ejus Chriſtum Jeſum debitâ juſtitiæ & miſericordiæ laude ſpoliabant.

v. 23. Ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις.

Quod priùs v. 17. dixerat, καυχᾶσαι ἐν θεῷ, hoc loco dicit καυχᾶσαι ἐν νόμῳ, quia Judæi gloriabantur de lege divinitus ſibi tradita.

Διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου. Per transgreſſionem ſeu violationem legis. Comparat legem certis limitibus ſive metis, quas nemo tranſilire debet, peccatum verò illorum limitum transgreſſioni.

Obſerv. Sicut per bona opera Deus glorificatur Matth. 5. v. 16. ita per peccata eorum, qui ſe populum Dei eſſe jactitant, ignominia afficitur.

v. 24. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καθὼς γέγραπται.

Oſtendit rationem, cur *ſacrilegii & ignominiæ* DEO *illatæ* eos accuſaverit, videlicet, *quia cauſa erant, ut nomen* DEI *blaſphemaretur.*

Senſus eſt, inſiſtitis impiorum veſtrorum majorum veſtigiis, ideò meritò iisdẽ verbis de vobis Deus conqueritur, quibus de majoribus veſtris conqueſtus eſt. Dicta extant. Eſ. 52. v. 5. Ezech. 36. v. 23. Chemnic. in Harm. cap. 12. p. 249. *Utilis eſt regula ad illuſtranda multa Scripturæ loca, quòd Prophetia ſeu Scriptura intelligitur impleri. 1. Quando illud fit, quod Scriptura in loco allegato propriè & ſimpliciter prædixit, & intelligi vult.* Matth. 1. v. 23. *2. Quando ſimile aliquid fit, quod cognationem habet cum re præteritâ.* Matth. 13. v. 35. *3: Quando Scriptura non de uno aliquo facto certo loquitur, ſed tradit doctrinam generalem, illa rectè dicitur toties impleri, quoties & in quibuscunque illud fit, quod Scriptura dicit.* Matth. 15. v. 7. cap. 13. v. 14. &c. *4: Multæ ſententiæ Scripturæ loqvuntur & de capite & de membris. Rectè igitur dicuntur impleri, quando accommodantur ſive ad membra, ſive ad caput,* Oſ. 11. v. 1. Matth. 2. v. 15. Allegatio h. l. pertinet ad ſecundam claſſem.

v. 25. Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσης, ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ἦς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

Judæi confidebant præcipuè 1. in νομοθεσίᾳ 2. in περιτομῇ. Poſtquam igitur prius vanæ confidentiæ ac jactantiæ membrum diſcuſſerat, jam accedit ad poſterius. Reſpondetque tacitæ objectioni de circumciſionis prærogativâ, Judæis conceſſa. *Circumciſio & Ceremonialis juſtitia* quidem prodeſt, ſed ſi adſit cordis circumciſio & perfecta legis obædientia.

Circumciſio prodeſt, ſi legem obſerves. Pontificii ex eo evincere conantur, *poſſe legem in hac vitâ perfectè impleri, cùm omninò aliquibus profuerit circumciſio.* Reſp: Apoſtolus his verbis non hoc vult, quaſi Judæorum aliquis perfectè potuerit legem implere, aut quaſi nulli Judæorum circumciſio profuerit, ſed eò reſpicit, quòd circumciſio, quando non uſurpatur ut ſignaculum gratuitæ juſtitiæ fidei, ſit obligatio totius legis ſervandæ. Gal. 5. 3. *Teſtificor rurſus omni homini circumcidenti ſe, quod debitor eſt univerſæ legis ſervandæ.* Requirebat quidem fœdus, in circumciſione initum, legis impletionem. Gen. 17. v. 1. Sed quod circumciſo deerat, hoc

hoc ex perfectâ Chriſti ſatisfactione circumciſus fide deſumere ſibiq; applicare poterat, quia circumciſio ex divinâ inſtitutione erat commonefactio, & ſigillum venturi benedicti ſeminis, quo reſpectu circumciſio ab Apoſtolo Rom.4.v.11.ſignaculum juſtitiæ fidei dicitur. Quotquot ergo ex circumciſis Chriſti ſatisfactionem & meritum fidei ſibi applicabant, coram Dei judicio pro iis, qui legem impleverant, habebantur. Hunc verum circumciſionis finem & uſum cùm Judæi negligerent, ac circumciſionem ſuſciperent tanquam partem legalis obœdientiæ, per quam ſalutē ſibi pollicebantur, ideò meritò Apoſtolus illis hoc opponit: Circumciſionem quidem prodeſſe ſi quis legem obſervet, videlicet vel per ſeipſum legem totam implendo; vel Chriſtum legis finem fide apprehendendo, quorum neutrū cùm Judæi facerent, ideò circumciſio illis non proderat, ſicut Apoſtolus, h. l. dicit, *quòd ipſis circumciſio verſa fuerit in præputium.*

Ἀκροβυστία eſt *pellicula in extremitate membri virilis*, quæ in circumciſione præſecabatur. Ariſtoteles vocat ἀκροποσθίαν, ab ἄκρον *extremum*, & πόσθη *membrum virile*. Latinis dicitur *præputium* ab eventu, quia Judæis *præputiabatur* ſive *amputabatur*.

Quidam deducunt à βύω *obturo, obſtruo*, ut ſic ἀκρόβυστος ſit *in extremitate tectus*, i.e. *extremam membri virilis partem tectam habens, præputiatus, cui opponitur* περιτετμημένος *circumciſus*. Sic etiam Chaldæis & Syris עורלותא *pellicula glandem membri virilis tegens*, ab *obturatione* dicta eſt.

Quod dicitur ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν, ſenſum habet eum, quòd circumciſio illi reputetur pro præputio, quod proinde habeatur, ac ſi non eſſet circumciſus, ut exponitur verſ. ſeq.

v. 26. Ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται;

Concludit collationem gentilis, facientis legem vera obœdientia, cum Judæo, Ceremonialem & externam legis juſtitiam jactitante. Loquitur autem ex hypotheſi tantùm: ſi daretur talis gentilis, longè præſtaret Judæo circumciſo.

Per ἀκροβυστίαν μετωνυμικῶς intelliguntur *gentes præputium habentes,*

bentes, ſicut alibi *circumciſio pro Judæis circumciſis* uſurpatur. Gal. 2. v. 7. & 8.

Ἐὰν τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, ſi præſtat id, quod Deus in lege ſuâ tanquam juſtum & rectum præſcripſit.

Τὰ δικαιώματα verbo in V. T. uſitato vocantur *mandata*, q. d. *Juſtificamenta*, quia ſi perfectè obſerventur, hominem juſtificent.

At quomodo gentiles præputium habentes potuerunt legem cuſtodire? Reſp. vel loquitur Apoſtolus de gentibus ad Chriſtum converſis, quæ in obœdientia mandatorum divinorum etiam ſine circumciſione ex fide ambulabant: vel ex hypotheſi tantùm loquitur. Si daretur talis gentilis, qualis potuiſſet dari, niſi per lapſum primorũ parentũ tota hominis Natura eſſet peccato corrupta.

Loco verbi λογισθήσεται Chryſoſtomus legit μετατραπήσεται & addit, οὐκ εἶπε λογισθήσεται, ἀλλὰ τραπήσεται, ὅπερ ἐμφατικώτερον ἦν. Senſus autem eſt, præputium reputabitur in circumciſionem, h. e. præputiatus habebitur pro circumciſo; ſi legem ſervaverit, æquè gratus erit Deo, ac ſi circumciſus eſſet.

V. 27. Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου;

Comparatione quadam judicium deterioris tribuit meliori ac potiori.

Κρινεῖ σε judicabit ac condemnabit te, uſitatum enim eſt, κρίνειν poni pro compoſito κατακρίνειν, Matth. 12. v. 41.

Per τὴν ἐκ φύσεως ἀκροβυστίαν intelliguntur gentiles. Naturâ præputium habentes, qui aliam legem non habuerunt, quàm naturalem.

Per τὸ γράμμα quidam hoc intelligunt, *quòd Judæi habuerint legem ſcriptam, qua gentiles fuére deſtituti.* Quâ ratione φύσις καὶ γράμμα lex naturalis & ſcripta ſibi invicem opponerentur, ſicut ἀκροβυστία καὶ περιτομὴ opponuntur. Sed γράμμα καὶ περιτομὴ per figuram ἓν διὰ δυοῖν rectiùs conjunguntur, ut ſit ſenſus, per literalem ſive externam circumciſionem. Nam ut apparet ex v. 29. *literæ* vocabulo intelligit Apoſtolus rem externam, vocabulo autem *ſpiritus* rem internam.

Audi-

Audiendo legem ſcriptam, & circumciſionem ſuſcipiendo, Judæos ſe profitentur, ac de utroque gloriantur, interim tamen legem violant.

V. 28. Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομή.

Oſtendit, quod ſuperiùs propoſuerat, *externam ac Ceremonialem juſtitiam nihil valere coram Dei judicio, ſed requiri interiorem cordis puritatem, perfectam legis obœdientiam & totius Naturæ integritatem.*

Ὁ ἐν τῷ φανερῷ, hoc eſt qui ſecundùm carnem ex parentibus Judæus natus, qui externâ profeſſione populo Judaico ſeſe conjungit, qui legis Ceremonias obſervat.

Non eſt Judæus i. e. verus coram Deo, ad electum Dei populum & fœdus divinum pertinens.

V. 29. Ἀλλ᾽ ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ θεοῦ.

Ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ, qui interiore cordis fide Meſſiam Judæis promiſſum amplectitur, qui ſpirituali vinculo electo Dei populo conjunctus eſt, qui interiùs per SS. regeneratus eſt, & hac ratione Dei filius & heres vitæ æternæ factus eſt. Quem ſolus Deus videt ſe rectè in corde colentem, ac hoc nomine eum pro ſuo agnoſcit & laudat.

Ἡ περιτομὴ καρδίας eſt interior cordis regeneratio ac renovatio, pravarum concupiſcentiarum amputationem includens, Deut. 10. v. 16. c. 30. v. 6. Ierem. 4. v. 4. cap. 9. v. 26. Col. 2. v. 11.

Ἐν πνεύματι, vel ratione *efficientis virtute Spiritus ſancti*, Col. 2. v. 11, vel ratione *ſubjecti*, *in Spiritu*, i. e. interiùs, vel ratione *modi*, *in Spiritu*, i. e. ſpiritualiter, quia complectitur novos motus ſpirituales. Opponitur enim huic ſpirituali circumciſioni ea, quæ fit ἐν γράμματι juxta externam ſcriptæ legis Ceremoniam.

Cujus laus eſt ex Deo, qui ſolus cor intuetur; *non ex hominibus*, qui ſecundùm externam tantùm ſpeciem judicant.

Colligimus ex h. l. contra Pontificios, Circumciſionem in V. T. fuiſſe efficax & ſalutare medium, per quod infantes in fœdus gratiæ

gratiæ recepti, & regenerationis ac renovationis participes facti fuerint.

Verus Judæus eſt, inquit Apoſtolus, *qui habet cor circumciſum, atq; ea demùm vera circumciſio eſt, quæ fit in Spiritu in corde.* Jam verò infantes Iſraelitici circumciſi fuerunt veri Judæi, & circumciſio eorum fuit vera circumciſio, ſiquidem actuali impœnitentiâ & incredulitate non reſtiterunt operationi Spiritus ſancti. Ergo Spiritu in cordibus ſunt circumciſi, i. e. regenerati, & renovati, alioqui coram Deo non ſolùm ab Ethnicis non diſtarent, ſed etiam illis pejores eſſent, utpote præputium cordis circumciſione carnis occultantes.

Viciſſim *ea demum vera circumciſio judicanda, quæ laudem habet non ex hominibus, ſed ex DEO*, h. e. quam Deus ipſe interiùs in corde adminiſtrat, non quam homines foris adhibent. Atqui talis eſt infantum circumciſio Deut. 30. v. 6. *circumcidet DEUS cor ſeminis tui.* Ergo eſt vera & ſalutaris circumciſio, cum circumciſione ſc. cordis conjuncta.

CAP. III.

v. 1. τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;

OCcurrit tacitæ objectioni. *Si Judæi æquè ſunt peccatores, & à lege accuſantur ac gentiles;* ut in cap. præced v. 12. *ſi gentiles per fidem in Chriſtum æquè DEO grati eſſe poſſunt absque circumciſione, ac Judæi circumciſi,* ut in v. 26. aſſertum; *ſi, qui in manifeſto Judæus, non eſt verus Judæus, & quæ in carne fit circumciſio, non eſt vera circumciſio,* v. 28. *quæ ergo vel Judæorum prærogativa, vel circumciſionis utilitas?*

Τὸ περισσὸν eſt *ſuperfluum*, hoc loco notat *prærogativam* Syrus habet nomen יַתִּירוּתָה, quæ eſt *excellentia Judæi?* Luth. **Was haben die Jůden Vortheils?** In aliis exemplaribus eſt: **Warůmb wird das Jůdenthum ſo hoch gehalten?**

v. 2. Πολὺ κατὰ πάντα τρόπον. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ.

Πρῶ-

Πρῶτον ſc. περιοσεύουσιν. Incipit enumerare ſpecies prærogativarum, nec tamen plures recenſet, quàm unam, reliquas exponit inferiùs cap. 9. v. 4. occurrit enim priùs objectioni, quæ huic reſponſo poterat obverti.

Eraſmus τὸ πρῶτον *ad ſermonis ordinem duntaxat pertinere* ſtatuit, ſed rectiùs ad gradus & dignitatem prærogativarum refertur. Inde Syrus reddidit סַגִּי *multa.*

Ἐπιστεύθησαν ſc. αὐτοὶ τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Inverſus ordo conſtructionis, *concredita illis ſunt eloquia Dei.* Similis phraſis extat 1. Tim. 1 v. 11. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον &c. ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ.

Lyranus per ignorantiam phraſeos ſic accipit, *quaſi eloquia Dei credita ſint Judæis, & in hoc gentes præcellant.* Syrus itidem minùs commodè reddidit, *quòd fideles redditi ſint ſermones Dei.*

Per τὰ λόγια τοῦ θεοῦ 1. Quidam ſpeciatim intelligunt *verba illa legis divinæ, quæ ore Dei in monte Sinai pronunciata, & tabulis Decalogi inſcripta juſſu divino in arca Teſtimonii apud Judæos ſuêre aſſervata.* 2. Quidam generaliùs *eloquia Dei, per Moſen & Prophetas primùm vivâ voce prædicata, poſtea Dei voluntate in literas redacta, in quibus Deus Patriarchis, Moſi ac Prophetis, & per eos toti Iſraelitico populo ſeſe manifeſtavit, tùm legem illis promulgans & explicans, tùm Meſſiam legis τέλος ipſis promittens. Reſpectus enim habetur ad Dei mandatum, quo Moſes & Prophetæ jubebantur præcipua doctrinæ cœleſtis capita divinitùs revelata conſcribere, libros hoſce Eccleſiæ Judaicæ ac Levitis commendare, ut in latere arcæ ponerentur,* Deuter. 31. vers. 24. Joſ. 24. vers. 26. Eſai. 8. vers. 1. cap. 30. vers. 8. Jerem. 30. vers. 2. Anshelmus in hunc loc. *Quia nos credimus, veras eſſe Scripturas, quas illi tradiderunt nobis, & à nulla alia gente libros divinæ autoritatis recepimus.* Johann. Deiedo, *Judæos* vocat *capſarios Scripturarum noſtrarum*, & addit: *Ipſi inimici fidei noſtræ habentes Scripturas nobiſcum communes, dum non intelligunt earum veritatem, etiam invi[t]i teſtimonium perhibent veritati, eosdem Codices habendo & ſervando.* [3]. Simpliciſſimè hoc nomine accipiuntur non ſolùm verbum [ἀ]κουστὸν, ſed etiam ὁρατόν. Non enim dicit, concreditum fuiſſe [Ju]dæis τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, nec dicit τὰ μυστήρια τοῦ θεοῦ ipſis fuiſ[ſe] concredita, ſed utitur tali voculâ, quæ & verbum & Sacra-

menta viſibilia illa inviſibilis gratiæ ſigna complectitur, quando dicit, concredita illis fuiſſe τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Primariò tamen ac præcipuè reſpicit ad verbum, cujus veluti ſigilla ſunt Sacramenta.

V, 3. Τί γὰρ εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει;

Occurrit objectioni. *Quid proſint Judæis* τὰ λόγια τοῦ θεοῦ, *cùm illis non habeant fidem?* Reſpondet Apoſtolus dupliciter 1. *quosdam tantùm illorum fuiſſe incredulos*, 2. *incredulitatem eorum non evacuare Dei fidem.*

Τὶ γὰρ. ἀποσιώπησις, ſubintelligendum enim ἐροῦμεν, vel ſimile quippiam.

Per πίστιν τοῦ θεοῦ intelligit Dei conſtantiam in ſervandis promiſſis. Hanc negat, irritam fieri per & propter hominum incredulitatem. καταργεῖν enim ſignificat *abolere, otioſum & inefficax reddere.* Senſus igitur eſt, licet quidam non ſervaverint fidem, Dei tamen fides propterea minimè labefactatur, nihil decedit Dei conſtantiæ in promiſſis ſervandis; Deus propterea non deſinit eſſe populi hujus Deus, nec minùs in credentibus verbo promiſſionum effectum ſuum illud ſortitur.

Opponendum hoc Calvinianis, qui *præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra Cœnâ à fide hominis ſuſpendunt*; Pontificiis, qui *fœdus Dei in Baptiſmo nobiscum initum per peccata poſt Baptiſmum commiſſa irritum reddi cenſent, ita ut ex Baptiſmo in vera ad Deum converſione nulla amplius peti poſſit conſolatio.*

V. 4 Μὴ γένοιτο. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθὴς, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης. καθὼς γέγραπται. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

Μὴ γένοιτο. *Ne fiat*, quod vulgò dicimus *abſit*, videlicet ut hoc dicamus vel ſtatuamus. Syrus reddidit חַס *propitius ſis*, vel *parce*, ſubaudi *Deus*, ſicut nos Germani dicimus, Behüt uns Gott. Joſ. 22. v. 29 חָלִילָה לָּנוּ מִמֶּנּוּ *abſit nobis, à nobis.* חלל inter alia ſignificat *prophanavit, polluit*, inde חלילה cum ה paragogico, *res prophana ſit mihi, prohibeat hoc Deus*, vox eſt prohibitionis & abominationis, Gen. 18. vers. 25. cap. 44. vers. 7. 2. Sam. 20. vers. 20.

Γενέ-

Γινέσθω ὁ θεὸς ἀληθής. *Eſto* vel *eſſe judicator ac dicitor Deus verax.* Matth. 5. v. 45. *ut ſitis filii patris cœleſtis*, i. e. eſſe agnoſcamini. Joh. 15. v. 8. *eritis mei discipuli*, i. e. cognoſcemini.

Πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης. *Omnem hominem eſſe mendacem*, inconſtantem ac perfidum. Intelligendum eſt de *Naturâ hominis*, qualis eſt poſt lapſum, quæ in renatis à Spiritu ſancto emendatur. Longè verò minùs ad Evangeliſtas & Apoſtolos, immediatè à Spiritu ſancto illuminatos & inſpiratos hoc accommodari poteſt, quod opponendum eſt Alberto Piggio, qui lib. 1. Hierarch. cap. 2. p. 8. nobis ſic inſultat. *Quis vos certos reddit, vera eſſe & certa omnia, quæ ſcribunt Marcus & Lucas de Chriſto, quæ non viderant, ſed crediderunt narrantibus aliis. Item de Matthæo & Johanne, tametſi credamus, quòd dictis actisq; Chriſti interfuerint, non tamen omnibus, quæ ſcripſerunt, potuerunt enim labi memoriâ & mentiri.*

Καθὼς γέγραπται Pſal. 51. v. 6.

Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, *ut juſtifeceris*, id eſt juſtus agnoſcaris *in ſermonibus tuis*, promeritas pœnas, quas peccatoribus minatus es, irrogando.

Καὶ νικήσῃς. In Hebr. תִּזְכֶּה *purus* ac *mundus maneas*. Qui enim in judicio purus ac mundus deprehenditur, is cauſam obtinet & adverſarium ſuum vincit.

Ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Reſpondet Hebr. בְּשָׁפְטֶךָ *in judicando te, cùm judicas.* Sicut in præcedente membro בְּדָבְרֶךָ *in loquendo te*, h. e. *cùm loqueris.*

Quidam ſtatuunt, rectiùs verti, *cùm judicas, cùm locus citetur ex Pſal. 51. ubi eſt activum* בְּשָׁפְטֶךָ, *non ſecus ac 1. Sam. 8. 5. Da nobis Regem* לְשָׁפְטֵנוּ *ut judicet nos. Paſſivi enim alia forma eſt*, ut Pſal. 109. בְּהִשָּׁפְטוֹ ἐν κρίνεσθαι αὐτὸν, *cùm judicatur ipſe.*

Lutherus reddidit paſſivè, *cùm judicaris*, id quod congruit, 1. Scopo Davidis: vult enim Regius Propheta docere, Deum nemini facere injuriam ac ipſius judicia eſſe juſta, utut homines ſiniſtrè de illis ſentiant, ac præpoſterè judicent. 2. Allegationi Apoſtolicæ h. l. ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, quod Vulg. reddidit, *cùm judicaris*. 3. Verſioni Syriacæ, quæ ſic habet, כַּד דָּיְנִין לָךְ *cùm judicaverint te.*

4. Regulis Grammaticis, nam & alibi occurrunt ſimilia exempla, in quibus infinitivus activus pro paſſivo ponitur. Gen. 4. v. 26. Prov. 25. v. 7. Phil. 1. v. 23.

v. 5. Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; (κατ' ἄνθρωπον λέγω.)

Altera proponitur exceptio, cujus occaſio ex verbis Davidicis oritur. Si injuſtitia hominum ſervit manifeſtationi & confirmationi divinæ juſtitiæ, conſequens erit, DEUM immeritò iraſci injuſtitiæ hominum. Sed verum prius, niſi enim homines peccarent, DEUS juſtitiam ſuam in pœnis manifeſtare non poſſet. Ergò & poſterius.

Εἰ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι *conſtituit*, h. e. ſtabilit, confirmat, ac fulcit. Heſychius *illuſtrat, commendat*. Syrus habet verbum מַקִּים *ſtabilit*. Luth. preiſet.

Per ἀδικίαν ἡμῶν intelligit *noſtram perfidiam*, nomine generis pro ſpecie uſurpato; per δικαιοσύνην θεοῦ *DEI fidem, veritatem ac conſtantiam*.

Ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν, *immittens iram*, i. e. pœnam, μετονυμικῶς iræ nomine ſignificatam. Syr. *qui venire facit iram ſuam*.

Κατ' ἄνθρωπον λέγω. Duplici modo hæc phraſis ab Apoſtolo uſurpatur. 1. Ut ſignificet, more humano παχυλῶς aliquid proponere, ut etiam rudiores intelligere poſſint. Rom. 6. v. 19. Gal. 3. v. 15. 2. Ut ſignificet ex ſententia eorum, qui nihil aliud ſunt quàm homines, nondum à Spiritu ſancto renati, loqui. Hoc poſteriore ſenſu uſurpatur hoc loco. *Secundùm hominem dico*, i. e. affero ratiocinationem hominibus profanis uſitatam, loquor ex ſententia non hominis pii & renati, ſed pertinacis & importuni Judæi. Sic 1. Cor. 3. v. 3. *Secundùm hominem ambulare*, eſt carnaliter ambulare.

v. 6. Μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;

Reſpondet Apoſtolus propoſitæ objectioni per inſtantiam & deductionem ad abſurdum. Si DEUS juſtè judicat mundum, utique non immeritò injuſtitiæ hominum iraſcitur.

Qui

Quidam generaliter intelligunt *de continuo gubernationis actu*, Gen. 18. v. 25. Joh. 5. v. 22.

Quidam ſpecialiter *de judicio noviſſimo*, cui expoſitioni favet verbum futuri temporis. Subintelligendum verò, *ſi eſſet injuſtus*, ut ex propoſita objectione ſequitur.

v. 7. Εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι.

Quidam hîc ſtatuunt tertiam objectionem. *Si peccata cedunt in Dei gloriam, non modò non erunt punienda, ut inferebat etiam præcedens objectio, ſed inſuper etiam iis indulgendum erit.* Sed rectiùs dicitur, Apoſtolum propoſitæ objectioni reſpondere per deductionem ad abſurdum. Qualis cauſa, talis effectus, & vice verſá. Quòd ſi ergò peccata hominum juſtitiam Dei promoverent & commendarent vel etiam declararent, ut vult propoſita objectio, eſſent etiam ipſa juſta opera, & ſic peccata non eſſent peccata, injuſtèque peccatores damnarentur.

Περισσεύειν eſt *redundare, excellere*, in quâ ſignificatione uſurpatur Matth. 5. v. 20. 1. Theſſal. 4. v. 1.

v. 8. Καὶ μὴ, (καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν,) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά; ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστι.

Blaſphemiam illorum, qui hanc doctrinam Evangelio & ejus doctoribus tribuunt, Apoſtolus contentus execrari, juſtam pœnam blaſphemis denunciat, nullo alio eos dignatus reſponſo.

Obſerva, calumnias illas, quæ ex doctrina de gratuita per fidem juſtificatione ſtruuntur, quaſi per eam ſtudium bonorum operum prohibeatur, eſſe antiquas, ipſis Apoſtolorum temporibus à quibusdam prolatas; ſed easdem ab Apoſtolo vocari *blaſphemiam*, quæ redundat in ipſius Dei, à quo revelata eſt doctrina Evangelica, ignominiam.

Ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ, ut Dei ſapientia ac potentia fiat manifeſta, quâ ex malis bonum elicere novit.

Quæritur h. l. *An liceat conſentire in mala minora, ut evitentur majora?* R. diſtinguendum inter *mala culpæ, & pœnæ*; ſive inter *mala delicti & mala ſupplicii*, quæ diſtinctio extat apud Tertullian.

lib. 2. adv. Marcion. cap. 14. In *malis pœnæ* licet conſentire in minora, ut evitentur majora, ſicut in periculo naufragii merces in mare projiciuntur. Sed *in malis culpæ* illud non licet. Auguſt. de mendac. cap. 19. *Non committamus minora, ne alii committant majora lato limite, imò nullo limite.* Cajetanus in h. l. *Nullum peccatum, nec minimum quidem medium eſt eligibile aut faciendum, ut peccata etiam graviſſima vitentur.*

Quidam diſtingvunt *inter actum ordinarium, & caſum neceſſitatis extraordinarium. Ordinariè quidem non eſſe facienda mala, ut aliæ evitentur majora; in caſu autem neceſſitatis ubi nec minimum, nec maximum malum disſvadere potes, minora potiùs permittenda.* Sed aliud eſt invitum permittere, aliud volentem conſentire. Non poteſt dari ejusmodi neceſſitatis caſus, in quo propter evitanda majora peccata debeat quis conſentire in minora.

Opponendum autem hoc axioma, *non eſſe facienda mala, ut eveniant bona*: quod totidem verbis etiam apud Ariſtotelem extat lib 3. Ethic. cap. 1. Pontificiis, qui lupanaria tolerant, ut caſtitati honeſtarum virginum & matronarum conſulatur.

At, inquis, *Deus ipſe propter duritiem cordis in Vet. Teſt. permiſit Judæis divortium*, Matth 19. v. 8. Reſp. interim non conſenſit in illa temeraria divortia, nec eadem approbavit, ſed publica legis ſuæ voce eadem perpetuò accuſavit & damnavit.

V. 9. Τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως. προῃτιασάμεθα, γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ᾽ ἁμαρτίαν εἶναι.

Altera ad objectionem in principio capitis propoſitam reſponſio, Judæos quod juſtitiam coram DEO attinet, nullam habere præ gentilibus prærogativam, ac, ſi in ſe ratione corruptæ Naturæ extra ſtatum gratiæ conſiderentur, jampridem ore prophetarum pronunciatum eſſe, quòd nihilo ſint aliis meliores.

Τί οὖν; προεχόμεθα; Quidam utrumque membrum conjungunt. *Quid ergo, vel in quibus ergò præcellimus eos*, quo modo vertit Latinus, ut & Syrus interpres. Sed Græci Codices hæc in duo membra diſtingvunt. *Quid ergò? num præcellimus?* quo modo etiam Lutherus reddidit. Subintelligendum igitur verbum ἐροῦμεν, vel ſimile quippiam. *Quid ergò dicemus?*

Προε-

Προεχόμεθα. Loquitur Apoſtolus in perſoná populi Judaici, erat enim & ipſe Hebræus, 2. Cor. 11. v. 22. Phil. 3. v. 5. unde etiam *Abrahamum* more apud Judæos recepto vocat ſuum *patrem* Rom. 4. v. 1. ac *Judæos* vocat *ſuos fratres, cognatos ſuos ſecundùm carnem*. cap. 9. v. 3.

Προεχόμεθα; *per Naturam* ſc. & *reſpectu juſtitiæ coram DEO*. Quod in v. 1. dixerat, τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; id hîc effert per verbum προεχόμεθα, inde Syrus utrobique vertit per יַתִּירִין quod *excellentiam* ſignificat.

Οὐ πάντως. Trajectio eſt pro πάντως οὐ, *omninò non, nullo modo, nequaquàm*, ut vulg. rectè reddidit. Syrus illud omiſit. Simili modo uſurpatur 1. Cor. 5. v. 10.

Προῃτιασάμεθα. Vulg. reddidit, *præcauſati ſumus*. αἰτιᾶσθαι eſt ab αἰτία formatum; q. d. *cauſam tribuere, cauſam eſſe dicere*. Apud Demoſth. περὶ στεφάνου, αἰτίαν ἡγεῖσθαι, & αἰτιᾶσθαι τὴν τύχην pro eodem ponuntur. Ergò προῃτιασάμεθα eſt idem, quod ἠλέγξαμεν, ut Græc. Scholaſtes aït, *cauſis ſeu rationibus redditis arguimus*, vel etiam *cauſam aſſignavimus*. Luther. Wir haben bewieſen.

Quidam αἰτιᾶσθαι formatum putant ab αἰτίαμα; vel potiùs αἰτίαμα, quod *criminationem* ſive *accuſationem* ſignificat, ab αἰτιᾶσθαι deductum, ut ſit ſenſus. *Antè criminati ſumus*. i. e. crimen illud Judæis & Græcis priùs intentavimus; ſive priùs Judæos & Græcos accuſavimus. Sed prior explicatio textui magis congruit. Apoſtolus præcedentibus duobus capitibus evicerat, & Judæos & Græcos eſſe peccatores. Syrus habet verbum פסק quox ſignificat *abſcidit, concidit*, & per metaph. *decidit, decrevit, determinavit*.

Πάντας ὑφ᾽ ἁμαρτίαν εἶναι, *omnes eſſe ſub jugo peccati, venundatos ſub peccatum &c*. preſſos onere peccati, & proindè maledictioni ac dominationi peccati is debitæ obnoxios.

v. 10. Καθὼς γέγραπται, ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς.

Origenes in comm. h. l. *Prabet Apoſtolus Doctoribus Eccleſiæ exemplum, ut ea, quæ loquuntur ad populum non propriis præſumta ſententiis, ſed divinis munita teſtimoniis proferant*.

Dictum

Dictum allegatum in hoc verſ. extat Pſal. 14. v. 3. Pſal. 53. v. 2. Reliqua, quæ ſequuntur, ex diverſis Scripturæ locis adducta, proinde Latinus Interpres malè iſta omnia Pſalmo. 14. inſarſit, quod agnoſcit etiam ipſe Bellarminus lib. 2. de verbo Dei cap. 2. *Objiciunt*, inquit (qui Judæos quædam in odium Chriſtianorum ex Hebraicis Codd. eraſiſſe ſtatuunt) *in* Pſalm. 13. (juxta Latin.) *deeſſe octo verſiculos, qui tamen citantur ab Apoſtolo Rom. 3. & habentur apud LXX. Hoc accidit ex malitia Judæorum, qui hos verſus detraxerunt ex Hebræo, ut oſtenderent, Apoſtolum noſtrum non fideliter protuliſſe teſtimonium Pſalmi. Reſpondit B. Hieronymus ad hanc objectionem, quæ ipſi etiam olim facta fuerat, in præfat. lib. 16. in Eſai. hos verſus non pertinere propriè ad Pſalmum 13. ſed ab Apoſtolo allegari ex variis Scripturæ locis, deinde ab aliquo alio ex Apoſtolo in Pſalterium eſſe tranſlatos. Inveniuntur enim primus & ſecundus eorum verſuum Pſal. 5. tertius Pſal. 139. quartus Pſal. 9 quintus, ſextus & ſeptimus habentur Eſai. 59. ultimus Pſal. 35. atque ibidem addit Hieronymus; hos verſus non eſſe in interpretatione LXX. nec ullum Græcum autorem in ſuis commentariis hos verſus exponere voluiſſe. Origines quoque in comm. cap. 3. Rom. dicit, Apoſtolum hos verſus ſumſiſſe ex variis Scripturæ locis: quibus verbis manifeſtò ſignificat, eos verſus nec in Hebræo textu, nec in LXX. Seniorum interpretatione reperiri.*

At ſi res ita ſe habet, cur Eccleſia in editione vulgatâ verſiculos hos eſſe patitur? Reſp. Bellarm. d. l. *quia ſunt etiam ipſi Scripturæ quædam partes, & quoniam ſine turbatione & ſcandalo populi non poſſunt auferri, cùm longo jam tempore ibi fuerint.* At neutra reſponſio ſatisfacit. Non prior, quia ſunt quidem partes Scripturæ, ſed ſed non illius loci. Non poſterior, quia ſcandalum illud eſt tantùm acceptum, quod veritati non poteſt nec debet præjudicare.

Quamvis verò dicta ex Pſalmis & Prophetâ Eſaiâ citata propriè loquantur de impiis, rectè tamen ab Apoſtolo accommodantur ad omnes homines, quia per Naturam, antequam ſe. Spiritu Dei regenerantur ac renovantur, poſt lapſum omnes ſunt tales, Tit. 3. v. 3. proinde verba Apoſtoli non tantùm de actualibus, ſed etiam de originali peccato, quod actualium omnium fons eſt, & cujus ſedes eſt in toto homine, ſunt accipienda.

V. 11.

V. 11. Οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν οὐκ ἔστιν ἐκζητῶν τὸν θεόν.

Extat hoc dictum Pſal 14 v. 2. Pſal. 53. v. 3. quamvis paulò aliter. Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων τοῦ ἰδεῖν, εἰ ἔστι συνιῶν, ἢ ἐκζητῶν τὸν θεόν. Sed quia ſtatim ſequitur *omnes declinaverunt &c.* ex eo intelligitur, *quòd nullus à Deo inventus fuerit intelligens, aut Deum quærens.*

Poſſunt hæc omnia conjungi ἀιτιολογικῶς, *non eſt juſtus quisquam, quia non eſt, qui intelligat vel Deum requirat.* Sed rectiùs copulativè accipiuntur, ut & mentis & voluntatis corruptio deſcripta intelligatur.

Ἐκζητῶν τὸν θεὸν *diligenter quærens Deum*, debito ſtudio de vera Dei agnitione & vero ejus cultu ſolicitus. Syrus habet verbum בְּעָה *perſcrutatus eſt.* Porrò phraſis, *Deum requirere*, tribus modis in Scripturis uſurpatur. 1. Significat, *Deum in re dubia conſulere*, 2. Reg. 22. v. 13. quod fiebat vel per *Urim* ac *Thumim* Sacerdotale, vel per Prophetas divinæ voluntatis internuncios, 1. Sam. 9 v. 9. 2 *Implorare Dei opem*, Job. 5. v. 8. 3. *Studiosè & pleno voluntatis conſenſu Deum colere*, 2. Paral. 14. v. 4. Ita h. l. uſurpatur.

V. 12. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

Hic verſiculus habetur Pſal. 14. v. 3. Pſal 53. v. 4. Poſtquam corruptio Naturæ humanæ verbis negativis deſcripta, eadem jam deſcribitur verbis affirmativis, ut indicetur, peccatum originale non tantùm eſſe carentiam juſtitiæ ineſſe debitæ, ſed etiam pravam concupiſcentiam & vitioſam qualitatem.

Πάντες ἐξέκλιναν, *Omnes deflexerunt, & à recto tramite aberrarunt.* Lex divina præſcribit viam, in qua ambulare debemus, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram ab ea deflectendo, peccatum eſt deflexio ab illa via, deviatio à tramite juſtitiæ in lege præſcriptæ. Intelligitur autem non tantùm deflexio peccati actualis, ſed etiam originalis à juſtitia concreata.

Ἅμα ἠχρειώθησαν, *ſimul inutiles facti ſunt*, ſc. ad bonum. In Hebræo eſt נֶאֱלָחוּ quod Arias reddidit, *rancidi facti ſunt*; Pagninus, *fœtuerunt*, alii *inſtar ſpumæ putruerunt*. Rad. eſt אלח in Niphal,

computruit, ac per metaph. *corruptus & contaminatus fuit*, Job. 15 v. 16. Putredo eſt indicium corruptionis & mortis. Significatur igitur corruptio, per peccatum protoplaſtorem in omnes introducta, ac mors ſpiritualis.

Targum Pſalm. 14. v. 4. reddidit, אִטְּנַפוּ *contaminati ſunt.*

Ἕως ἑνὸς, uſque ad unum. Quidam exiſtimant, hoc eſſe accipiendum *excluſivè, ut unus ex illo numero excludatur, videlicet Chriſtus, qui ſolus à peccato immunis.* Res ipſa quidem certa eſt, ſed ex hac phraſi probari nequit. In Hebræo enim eſt אֵין גַּם אֶחָד *non etiam unus*, i. e. *ne unus quidem*, loquitur autem Propheta Regius de ψιλοῖς ἀνθρώποις, ex corruptis parentibus juxta communem Naturæ curſum genitis, ex quorum numero excipitur Chriſtus θεάνθρωπος ſine virili ſemine ex virgine natus, ac proinde omnis peccati expers.

v. 13. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν.

Prior pars hujus verſiculi habetur Pſalm. 5. vers. 10. poſterior Pſalm. 140. v. 4.

Τάφος ἀνεῳγμένος &c. Pulcerrimè exprimitur metaphora Verbi Hebræi נֶאֱלָחוּ *computruerunt.* Sicut ex ſepulchro exhalant fætores pesſimi ac peſtiferi, ſic ex ore impiorum loquelæ perverſæ & peſtiferæ exeunt.

Syrus habet plurale. *Sepulchra patentia guttura eorum.*

Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίουν, per metaplaſmum Chalcidium vel Aſiaticum.

In Hebræo eſt, יַחֲלִיקוּן *linguâ ſuâ blandiuntur*, id quod Pſal. 55. v. 12. ſic effertur, חָלְקוּ *lævigarunt præ butyro os ſuum*, id eſt, blandis ſermonibus utuntur, ut alios decipiant, ſicque linguis ſuis doloſè agunt.

Ἰὸς ἀσπίδων. In Hebræo eſt vocula עַכְשׁוּב, quæ ſignificat *ptyaden*, id eſt, *aſpidem illam, quæ venenum ſuum procul expuit, ἀπὸ τοῦ πτύειν* ſic dictam.

Obſerva, convitia & calumnias conferri veneno aſpidum, quia ab infernali ſerpente originem trahunt, ac difficilimum

eis

s invenitur remedium. Reſpectus etiam habetur ad præceden-
nmetaphoram. Sepulchrum patens guttur eorum, quia in
oulchris etiam venenati ſerpentes degunt.

v.14. Ὧν τὸ ϛόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.

Verſiculus hic extat Pſal. 10. vers. 7.

Ἀρὰ eſt *execratio, maledictio, diræ.* In Hebr. eſt אָלָה *amentum*, & quæ cum eo ſit *imprecatio.* Targum לוּט *maledictibus os plenum eſt*, quo nomine etiam Syrus h. l. utitur.

Πικρία ſignificat *amarulentiam.* In Hebræo eſt מִרְמוֹת *udes*, pro quo LXX. legiſſe videntur מְרוֹרוֹת *amaritudines.*

v.15. Ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα.

Verſiculus hic extat Eſa. 59. v.7. ubi in Hebræo additur *ſanguinem innocentem.* LXX. οἱ δὲ πόδες αὐτῶν ἐπὶ πονηρίαν ἔχουσι, ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα.

Ibid. additur, *Cogitationes eorum cogitationes iniquitatū.*

v.16. Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν.

Verſiculus hic extat apud Eſaiam dicto loco.

Σύντριμμα eſt *contritio, confuſio, confractio*, ἀπὸ τοῦ συντρίβειν, quod eſt *conteri*, ac μεταφορικῶς, *dolore & triſtitia velut teri.* Luth. reddidit Unfall/ quâ ſc. aliis parant malum.

Ταλαιπωρία eſt *miſeria.* Luth. Hertzleidt.

In Hebr. שֹׁד וָשֶׁבֶר *vaſtitas & contritio in viis eorum.*

v.17. Καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν.

Locus extat Eſa. 59. v. 8. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ οἴδασι. *Via pacis* eſt, e ducit ad pacem & felicitatem æternam. Luc. 1. v. 79. Per turam hæc via pacis nulli hominum nota, ſed in Evangelio ois revelatur.

Ibidem additur. *Et non eſt judicium in viis eorum, ſemitæ eorum rvatæ ſunt eis. Omnis, qui calcat in ea, neſcit pacem.*

v. 18. Οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν τῶν.

Hic verſiculus extat Pſal. 36. v. 2. niſi quòd ibi habetur nerus ſingularis.

Poſtremo loco mentionem fecit defectus timoris divini, quia ex hoc defectu omnia peccata jam enumerata oriuntur.

V. 19. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ.

Scopus eſt, probare, graviſſimas illas Davidis & Eſaiæ ſententias & accuſationem Judæos potiſſimùm ſpectare, cùm ex V. T. libris Judaico populo concreditis ſint deſumtæ.

Obſerv. 1. *Legis* nomine omnes V. T. libros quandoque venire. Eſtque elegans antanaclaſis in voce νόμος. Priore enim loco ſignificat Scripturam, lege Moſis & libris Prophetarum contentam. Secundo loco ſignificat politiam Moſaicam, per legem Moſis conſtitutam.

2. *Lex* dicitur hoc loco *loqui*. Ergò non eſt *litera muta & mortua*, ut calumniantur Pontificii. Alb. Pigg. controv. 3. *Si ad Scripturam hæc referri dixeritis judicium, communis te ſenſus ignarum comprobat. Sunt enim Scripturæ muti judices* Gregor de Valent. lib. 8. anal. fid. cap. 6. *Verbum DEI multò latius patet quàm Scriptura, neq; illud eſt ad mutas literas alligatum.*

Ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, *ut omne os*, i. e. omnium tàm Judæorum quàm gentilium os *obturetur*, i. e. ut nemo de propria juſtitiâ coram DEO gloriari poſſit, ſed omnes coram DEO ſeſe humiliare cogantur. φράττειν propriè eſt *ſepire, ſepto munire & occludere*, unde φραγμὸς *ſepes*, 2. Cor. 11. v. 10. Hebr. 11. v. 33.

Καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ. eſt phraſis judicialis, *ut omnes homines ſub judicio DEI*, i. e. ſub maledictione & condemnatione *ſe eſſe agnoſcant*. Syr. habet verbum חב, in peſ. *debiti reus, obligatus fuit.*

V. 20. Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

Concluſio hæc eſt totius diſputationis à v. 18. capitis primi. Lex propter peccatum omnes homines accuſat & damnat. Ergò non eſt, quòd quisquàm ex lege vel legis operibus ſe ſperet juſtificandum.

Διότι

Διότι Lutherus reddidit cauſaliter. Darumb daß kein Fleiſch durch des Geſetzes Werck für ihm gerecht ſeyn mag. Poteſt etiam verti illativè, *Propterea non juſtificatur &c.*

Carnis nomine intelligitur totus homo, juxta uſitatam ſynecdochen. Ita exponitur v.28. Frivolum ergò eſt, quod Dominicus à Soto in h. l. ex *voce carnis* probare voluit, *Paulum agere de homine Spiritus divini auxilio deſtituto, ac proinde tantùm excludere à juſtificatione opera ante fidem ſolis liberi arbitrii viribus facta.*

Οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ, phraſis eſt Hebraica, *non juſtificabitur ulla caro.* Matth. 24. v. 22. Per *opera legis*, ex quibus Apoſtolus hominem coram Deo juſtificari negat, quidam Pontificii intelligunt *tantùm opera legis Ceremonialis*, quam expoſitionem non eſſe improbabilem, Joh. Paulus Windeck. in Diſp. de Juſtificat. Friburg. Ann. 610 habita th. 33. aliquot argumentis probare conatur. Sed eam jam pridem Auguſtinus lib. de Spir. & lit. c. 8. & Ep. 200. multis ex profeſſo refutavit. Ac deſeritur hæc gloſſa à plerisq; Pontificiis hodiernis. Cornel. à Lapide in h. l. *Cùm Apoſtolus hic paſſim fidem ab operibus ſeparat, intelligit opera legis non ſolum ceremonialia & judicialia, ſed etiam moralia. De illâ enim lege loquitur, quæ cordibus hominum naturaliter eſt inſcripta, Rom. 2. v. 15. quæ omnes homines peccati arguit, cap. 3. v. 10. quæ univerſum mundum damnat, v. 9. & ex quâ eſt agnitio peccati, v. 19. At hæc non conveniunt legi Ceremoniali, ſed morali.* Nihilo verò melior eſt gloſſa ea, quâ per *opera legis* ab actu juſtificationis excluſa, intelligenda eſſe dicunt *tantummodò opera ea, quæ fidem præcedunt, & quæ ſolis liberi arbitrii viribus fiunt.* Bellarm. lib. 1. de Juſtif. cap. 19. *quæ fiunt ſine gratiâ, ſine dono Spiritus ſancti ab hominibus nondum renatis.* Duræus contra Witakerum lib. 8. f. 253.

Nam 1. Apoſtolus abſolutè & ſimpliciter ſine ullâ adjectâ limitatione opera legis à juſtificationis actu excludit. Jam verò renatorum opera itidem ſunt legis opera, quia fiunt juxta normam legis. Pſal. 119. v. 35. Rom. 7. v. 22. 25. &c.

2. Paulus, excludens opera à juſtificatione, non ſcribit Judæis nondum converſis aut baptizatis, ſed illis, *quorum fidem prædicari docet in toto mundo* Rom. 1. v. 8. nihilo tamen minùs negat, eos per legis opera juſtificari, non tantùm ea, quæ fecerant ante

ſuam ad Chriſtum converſionem ac nondum renati, ſed etiam quæ tùm, cùm eſſent in Chriſto ſub gratiâ, faciebant.

3. Ut probet, nos juſtificari fide ſine operibus, adducit exemplum Abrahæ, ac de eo non cùm in idololatrico Ur adhuc verſaretur, vel ex eo primùm evocaretur, ſed jam converſo & in medio pietatis curſu conſtituto pronunciat, *quòd non fuerit ex operibus juſtificatus*, Rom. 4. v 2. 3. & 5. Jam verò regula & exemplum exactisſimè ſibi reſpondent. Ergò Apoſtolicum pronunciatum, quòd ſine operibus legis non juſtificetur ulla caro, generale eſt, etiam renatorum opera excludens.

4. Talem juſtificationis modum proponit Apoſtolus, per quem omnis gloriatio excludatur, Rom. 3. v. 27. cap. 4. v. 2. At ſi renati juſtificarentur ex operibus ſub gratiâ factis, nondum eſſet omnis gloriatio excluſa, ita enim in bonis operibus à Spiritu S. aguntur renati, ut ipſi etiam agant. Ergò non eſt ſtatuendum, bona opera renatorum ad actum juſtificationis concurrere. Chryſoſt. homil. 8 in Epiſt. Rom. *Fide ſalvari eum, qui opera non habet, nihil fuerit inſolentiæ; eum verò, qui rectè factis ornatus eſt, non ex ipſis, ſed ex fide juſtum fieri, hoc admirabile eſt, & quod potisſimùm fidei potentiam manifeſtat.*

5. Talem juſtificationis modum Apoſtolus proponit, ut de eâ homo posſit eſſe certus, Rom. 4. v. 15. Atqui ſi juſtificaremur ex operibus, de gratiâ DEI nunquàm eſſemus certi, coguntur enim ſanctisſimi fateri, quòd operum juſtitia ſit imperfecta, & quòd peccatum ipſis adhæreat.

6. Ex operibus legis ideò negantur homines juſtificari, quia lex non poteſt perfectè impleri, Rom. 7. v. 14. Atq. ipſimet etiam renati fateri coguntur, quòd legem non posſint perfectè implere. Erg. Plura argumenta peti poſſunt ex Epiſt. Galat. oppoſita Pſeudo Apoſtolis, qui non propugnabant opera ante fidem & ſine fide in Chriſtum facta, ſed opera renatorum, ex quibus hominem coram Deo juſtificari docebant, erant enim ad Chriſtum converſi. Cumprimis ex c. 2. v. 16 illius Epiſtolæ, ubi Paulus & ſua & credentium opera ex actu juſtificationis excludit. Ex Epiſt. Eph. 2. v. 8. ubi illis operibus laus juſtificationis detrahitur, *ad quæ conditi ſumus in Chriſto Jeſu, ut in illis ambulemus.*

Item

Item ex analogia fidei, quæ docet; bona renatorum opera eſſe imperfecta & immunda, ac proinde ea non poſſe nos juſtificare, ſed potius ipſa etiam juſtificatione indigere; opera non poſſe adjungi tanquàm συναίτια gratiæ divinæ, quia *ſi ex gratiâ, jam non ex operibus*, Rom. 11. v. 6. nec merito Chriſti, quia *ipſe torcular calcavit ſolus*, Eſ. 63. v. 3. nec fidei, quia *juſtificamur fide ſine operibus*, Rom. 3. v. 28. Opera excludi ab electione, ergò etiam à juſtificatione; inverti rerum ſtatum, ſi homo dicatur operibus juſtificari poſt fidem, cùm quàmprimùm quis verè in Chriſtum credit, coram Deo juſtificetur, ut ſic opera non præcedant juſtificandum, ſed ſequantur juſtificatum. Aug. de fide & oper. c. 14. unanimem ſanctorum confesſionem opera ab actu juſtificationis & à fundamento noſtræ coram DEO fiduciæ excludere, Exod. 34. v. 7. Job 9. v. 28. Pſal. 130. v. 2. Pſal. 143. v. 2. Eſa. 64. v. 6. Dan. 9. v. 7. Rom. 7. v. 14. 1. Joh. 1. v. 8. ipſis etiam juſtitiæ operibus meritum juſtificationis & ſalutis detrahi, Tit. 3. v. 5.

Excipiunt Pontificii. 1. *Illa opera excludi, quæ ſunt opera legis*, i.e. *quæ per minas lex extorquet, non quæ per fidem & dilectionem fiunt.* ℞. opera per minas extorta non poſſunt propriè dici legis opera, quia lex requirit dilectionem DEI ex toto corde, ex totâ animâ &c. ac proindè etiam obœdientiam, ex perfectâ dilectione profluentem, non metu pœnarum extortam. Minatur quidem lex non obœdientibus pœnas, ſed obœdientia per minas extorta non eſt legis obœdientia perfecta, atque ita comparata, qualem lex requirit.

Quamvis ergò renatorum opera non ſint eo ſenſu legis opera, quòd lex minando & terrendo ea extorqueat, cùm ſint *fructus Spiritus*, Gal. 5. v. 22. ac proficiſcantur *à Spiritu ſpontaneo*, Pſ. 110. v. 3. & fiant à renatis cum promtitudine & dilectione, tamen alio ſenſu ſunt & dicuntur legis opera, ac nomine operum legis ab actu juſtificationis excluduntur, nimirum, quia renati in exercitio bonorum operum non ſeqvuntur judicium rationis, aut propriam intentionem, ſed normam ac præſcriptum divinæ legis, Rom. 7. v. 25. ac conſideratione mandatorum, promisſionum, comminationum, præmiorum ac pœnarum mortificant carnem, ut Spiritui ſubjiciatur, nec ei in bonis operibus

relu-

reluctetur. Sunt ergo adhuc *opera legis* non *ratione cauſæ efficientis*, *ſed ratione objecti*.

2. Illa opera ab actu juſtificationis excluduntur, quæ opponuntur gratiæ. At renatorum opera, utpote ex gratia facta, non opponuntur gratiæ.

R. Opera renatorum non quidem abſolutè & ſimpliciter opponuntur gratiæ, cùm fiant ex gratia hominem regenerante & renovante, in actu tamen juſtificationis gratiæ opponuntur, Rom. 11. v. 6. quia quamvis gratia regenerationis utrūq; homini conferat, videlicet & juſtificationem & renovationem, tamen juſtificatio non eſt renovatio, nec in renovatione conſiſtit, ſed diſtincta ſunt hæc duo beneficia, proinde etiam de diſtinctis diſtinctè eſt loquendum. Neq; debent Pontificii negare, hanc oppoſitionem Apoſtolicam inter opera & fidem in actu juſtificationis etiam ad opera gratiæ pertinere. Nam Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arbitr. cap. 10. multis probat, *electionem eſſe merè gratuitam & pendere ex mera Dei gratia & miſericordia abſq; ulla operum prævißione*. Hic poſſet quis eodem modo argutari. *Gratia Dei eligentis & opera renatorum non poſſunt ſibi invicem opponi, quia opera renatorū oriuntur ex gratia Dei eligentis Eph. 1. v. 4. electi ſumus ut eſſemus ſancti. Ergò electio non pendet ex mera Dei gratia abſq; operum prævißione*. Quicquid huic argutiæ Bellarminus reſpondere velit, illud etiam ſuo reſponſum ſtatuat argumento, quo probare conatur, *opera renatorum cùm ſint opera gratiæ, non poſſe gratiæ juſtificanti in actu juſtificationis opponi*. Idem Bell. lib. 2. de pœnitent. cap. 12. ſcribit. *Meritum ex condigno ſive juſtitia opponitur gratiæ*. Subſumo. *Bona opera renatorum ſunt meritoria ex condigno*, docente eodem Bellarmino lib. 5. de Juſtificat. cap. 16. Ergò bona opera renatorum opponuntur gratiæ.

3. Juſtitia legis ſunt opera juſta, quæ lex facienda præſcribit: hac Apoſtolus non rejicit, ſed commendat, Rom. 2. v. 13. & 26. c. 8. v. 4. *Juſtitia ex lege ſive in lege ſunt illa opera, quæ faciunt homines ſine gratia fidei, ſola cognitione legis adjuti, hanc juſtitiam Apoſtolus tantum excludit, & fidei opponit, quando opera legis excludit*. R. Apoſtolus generaliter pronunciat, *ex operibus legis non juſtificari ullam carnem*, h. verſ. *juſtificari hominem fide ſine operibus* v. 28. *juſtitiam Dei*

per

per fidem Chriſti in omnes & ſuper omnes, qui credunt, manifeſtatam eſſe ſine lege v.22. legem non eſſe ex fide, & proinde in lege neminem juſtificari, Gal. 3. v.12. Quamvis ergò Apoſtolus juſtitiam legis non ſimpliciter rejiciat, tamen ab actu juſtificationis eam excludit, cùm ſit imperfecta, nec congruat omni ex parte normæ ac regulæ in lege præſcriptæ. Vera igitur & Apoſtolica diſtinctio eſt inter juſtitiam legis, & juſtitiam Evangelii; inter juſtitiam fidei, & operum; illa, videlicet juſtitia legis & operum, ab actu juſtificationis excluditur, hæc verò, videlicet juſtitia Evangelii & fidei, unica & ſola in actu juſtificationis locum habere, ab ipſo dicitur. Photiniani ſtatuunt, *Paulum ideò adjeciſſe, ſine operibus nos juſtificari, ut indicaretur, loqui Apoſtolum de operibus à lege requiſitis, & ſic de perpetua & perfectiſſima divinorum præceptorum obſervatione, ſicut lex requirit. Cùm autem talem obœdientiam, qualem lex requirit, nemo præſtare poſſit, ideò*, inquiunt, *ſubjecit Apoſtolus, nos juſtificari fide*, i.e, *fiduciâ & obœdientiâ eâ, quantam quiſq; præſtare poteſt, & quotidie quàm maximam præſtare ſtudet & connititur ſine operibus legis h. e. etſi interim perfectè legem totam, ſicut debebat, complere nequit*. R. 1. rectè dicitur, *opera legis ideò non juſtificare, quia lex requirit perfectam obœdientiam, quam nemo hominum in hujus vitæ infirmitate præſtare poteſt*. 2. Sed ex eo inferri non debet, *imperfectam obœdientiam ad actum noſtræ coram Deo juſtificationis concurrere*. Per inverſionem potiùs inferendum. Quia juſtitia operum ſive obœdientia legi à nobis præſtita, eſt imperfecta, ideò per eam non poſſumus coram Deo juſtificari. 3. Falſa eſt hypotheſis, quòd *fidei* nomine, quâ coram Deo nos juſtificari docet Apoſtolus, *intelligatur non ſolùm fiducia, ſed etiam obœdientia legi à nobis præſtita*.

V. 21. Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

Poſtquam Apoſtolus docuit, *omnes homines, Judæos & gentes eſſe coram Deo peccatores*; redit ad oppoſitionem principalem, cap. 1. v. 17. propoſitam, quòd *juſtitia coram Deo conſiſtens, ex Evangelio, non ex lege ſit petenda*.

Juſtitiam Dei vocat, quam alibi appellat *juſtitiam fidei*, prout in ſeq. ſtatim verſ. ſeipſum declarat. Per verbum φανεροῦσθαι indicat.

dicat. 1. Juſtitiam hanc eſſe myſterium rationi humanæ abſconditum. 2. Juſtitiam hanc jampridem quidem etiam tempore V. T. fuiſſe, nunc autem h. e. in N. demum T. eſſe manifeſtatam, *niſi enim jam olim etiam in V. T. locum habuiſſet, non poſſet dici in N. T. manifeſtari.* quam rationem urget Auguſt. lib. 2. de peccat. orig. & gratia contra Pelag. cap. 25. 3. Majorem eſſe lucem doctrinæ Evangelicæ in N. T. quàm fuit in Veteri. Rom. 13. v. 12.

Ambroſius in comm. *vocem juſtitiæ hic legaliter* accipit, *eamq; ſine lege manifeſtatam eſſe* dicit, *quando, quos lex reos tenebat, juſtitia Dei illis ignovit, id enim ſine lege fecit, quæ iniquos punit, non abſolvit.* Sed in vers. ſeq. Apoſtolus ſatis perſpicuè declarat, ſe loqui de juſtitia Evangelica.

In hac voce νόμου bis repetitâ eſt elegans antanaclaſis. *Juſtitia Dei manifeſtatur ſine lege*, h. e. ſine operibus legis, *& tamen comprobatur teſtimonio legis*, h. e. libris Moſaicis ac Propheticis, Gen. 22. v. 18. Eſai. 53. v. 11. Jerem. 23. v. 6. &c.

Τὸ χωρὶς νόμου Orig. refert ad verbum πεφανέρωται ſed Auguſtinus rectiùs ad nomen δικαιοσύνη θεοῦ. Orig. dicit, *in prioribus verbis intelligi legem naturalem, in poſterioribus legem Moſis, quia addatur articulus.* Sed regula illa, *quòd legi Moſaicæ ſemper addatur articulus* non eſt univerſalis. Rom. 3. v. 20. cap. 7. v. 7.

Auguſtinus de Spir. & liter. cap. 9. *Juſtitia Dei ſine lege eſt, quia Deus eam per Spiritum gratiæ credenti confert ſine adjutorio legis, i. e. non adjuto à lege: oſtendit enim per legem homini infirmitatem ſuam, ut ad Dei miſericordiam per fidem confugiens ſanetur.*

Quòd autem juſtitia illa Dei in N. T. dicitur non demum incipere, ſed manifeſtari, quòdq; eadem dicitur teſtimonium habere à lege & Prophetis, id opponendum Photinianis, negantibus, *Patres Vet. Teſt. fide in Chriſtum eſſe juſtificatos, & vitæ æternæ hæredes factos.*

v. 22. Δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Οὐ γάρ ἐστι διαστολή.

Super omnes, qui credunt, ſive gentes, ſive Judæos.

v. 23. Πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ.

Omnes

Omnes peccarunt, i. e. ſunt peccatores, Joh. 3. v. 6. Rom. 5. v. 12. quia verba activa apud Hebræos interdum ſignificant habitum & qualitatem. 2. Sam. 14. v. 14. *moriendo morimur*, i. e. ſumus mortales. Pſalm. 14. v. 1. dicuntur *homines corrumpere viam ſuam, facere opus abominandum &c* quæ de malo peccati originalis habitu intelligenda.

1. Particula *omnes*, utpote univerſalis, comprehendit univerſos homines, ſine ullo ſexus, vel ætatis, vel populorum discrimine; Judæos & gentiles, qui ſecundùm communem Naturæ curſum in hunc mundum naſcuntur. Opponendum hoc Pontificiis, *Mariam ex cenſu peccatorum eximentibus*; Calvinianis, *à fidelibus parentibus naſci ſanctos liberos* docentibus; Photinianis, *peccatum originis* negantibus.

2. Peccato nondũ rectè cognito nec dulceſcit, nec locum habet Chriſti gratia, ideò accuratæ huic tractationi de juſtificatione præmittit Apoſtolus doctrinam de peccato.

3. Quia omnes ſunt peccatores, ideò nemo juſtificatur ex lege, ex ſuis operibus, ex propriis meritis.

Per δόξαν τοῦ θεοῦ. 1. Schmaltz. in refut. Diſp. 2. D. Franzii de peccat. Orig. p. 42. intelligit *beatitudinem illam, quâ fruuntur illi, qui Deo curæ ſunt, & in hoc, & in futuro ſeculo: ſicut* cap. 5. v. 2. & cap. 15. v. 7. *eadem felicitas futura gloria Dei appellatur.* Hanc expoſitionem ideò urget, ne concedere cogatur, *homines naſci cum peccato originis, quod eſt carentia divinæ imaginis.* Dubitari autem meritò poteſt, an Rom. 15. v. 7. *Gloria Dei* in illa ſignificatione accipiatur, cùm potiùs *glorificationem Dei* ibi notet.

2. Affinis eſt huic Schmaltzii expoſitioni ea, quâ nomen *gloria Dei* accipitur de *gloria, quâ Deus hominem afficit.* Deus enim glorificat hominem non nudis verbis, ſed beatitudinem ei conferendo.

3. Quidam accipiunt de *gloria, quam homo in prima creatione accepit, quando ad imaginem Dei fuit conditus*, i. e. *de imagine Dei glorioſa, quæ conſiſtit in juſtitia & ſanctitate vera*, Epheſ. 4. v. 24.

4. Coſterus accipit pro *gratia Dei, quæ illuſtrem faciat & glorioſam animam.* In Enchir. p. 266.

5. Quidam exponunt de *juſtis operibus, quibus gloriam Dei illuſtrare & promovere poſſent.*

6. B. Lutherus ſimplicisſimè accipit de *gloriatione coram DEO, ut ſit ſenſus: neminem hominum coram DEI judicio gloriari poſſe, quòd legem perfectè impleverit, & peccato careat; Peccatorum enim, quia DEUM offenderunt, non eſt gloria, ſed confuſio & dedecus,* ut Chryſoſtomus in h. l. commentatur. Poſſunt autem quædam ex his interpretationibus optimâ ratione conjungi. Eodem enim res redit, ſive dicas, homines deſtitui gloriâ divinæ imaginis, ad quam in Adamo conditi fuêre, ſive juſtitiâ coram Deo valente, ſive gloriatione, ſive ipsâ vitâ æternâ, hæc enim omnia tàm arctè invicem ſunt connexa, ut unum ex altero ſequatur.

Verbum ὑστεροῦνται quidam exponunt, *excluduntur à gloria DEI;* quidam, *non poſſunt pervenire ad gloriam* DEI; quidam, *carent, ſive egent gloria* DEI; quidam, *deſtituuntur gloriâ* DEI *&c.* Origen. in h. l. *Ex eo, quod omnes ſub peccato facti fuerunt, alieni ſine dubio effecti etiam ſunt à gloriâ* DEI, *quòd eam nec capere ullo genere poterant, nec mereri.* Oritur autem hæc interpretationis diverſitas ex eo, quòd vocem τῆς δόξης alii aliter uſurpárunt.

V. 24. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Δικαιούμενοι, *ut qui juſtificentur*, participium pendet à præcedente verbo ὑστεροῦνται.

Verbum δικαιοῦσθαι ſignificationem habet forenſem, *juſtum pronunciari, abſolvi*, quia totus juſtificationis noſtræ actus per *verba forenſia* deſcribitur. *Reus* eſt homo peccator; *actor* ſive accuſator, lex & Diabolus; *teſtis*, conſcientia; *advocatus* Chriſtus; *judex*, DEUS, cui juſtificationi opponitur tùm *accuſatio*, tùm *condemnatio*.

Errant ergò Pontificii, qui *juſtificationem* definiunt per *infuſionem juſtitiæ.* Bellarmin. lib. 1. de Juſtif. cap. 1. Coſter. in Enchir. cap. 6.

Δωρεὰν in Scripturis tripliciter uſurpatur. 1. Opponitur *ſolutioni precii*, Gen. 29. v. 15. Exod. 21. v. 2. Num. 11. v. 1. 2. Reg. 24. v. 24. Matth. 10. v. 8. 2. Cor. 11. v. 7. Apoc. 21. v. 5. 2. Significat *ſine juſtâ causâ, temerè, ex levitate* vel *petulantia*, Pſ. 35. v. 19.

Pſal.

Pſal.69.v.5. Pſal.109.v.3. Pſal. 119.v.161. Prov. 24. v.28. cap.26. v.2. Gal.2.v.ult. 3. Opponitur *merito*, ſive ad bonum ſive ad malum, 1. Reg.19.v.5. cap.25. v.31. 3 Reg. 2. v. 31. Ezech. 16. v. 10. cap.14. v. ult. Sirach. 29.v.8. & 10. Jerem. 15. v. 13. Thren.3. v. 52. 2. Theſſ. 3. v. 8. Ex his ſignificationibus prima & tertia huic loco congruunt. *Juſtificamur gratis*, h. e. ſine interventu precii à nobis perſoluti, ſine noſtro merito, imò contra noſtrum meritum. Ut enim hoſtes Davidis dicuntur ipſum *gratis odiſſe*, tùm quia in Davide non erat meritum vel cauſa, propter quam adverſarii ipſum oderant; tùm quia in Davide erat cauſa, cur non debebant ipſum odiſſe: ita quoq; Deus gratis nos juſtificat, tùm quia in nobis non eſt meritum vel cauſa, propter quam juſtificari debeamus; tùm quia contrà potiùs in nobis eſt meritum damnationis & cauſa, propter quam Deus nos poterat à facie ſuâ abjicere, Auguſt. ſerm. 15. de verb. Apoſtolicis & in Pſal. 56. ſuper verba, *pro nihilo ſalvos facies eos. Nihil invenis, unde ſalves; multum autem invenis, unde damnes: & tamen ex miſericordia propter Chriſtum nos recipis.* Ambroſ. in h. l. *Juſtificamur gratis, i. e. dono DEI, nihil operantes, neq; vicem reddentes, h.e. nec præcedentibus operibus meremur, nec ſequentibus compenſamus.*

Τῇ αὐτοῦ χάριτι. Per *gratiam* intelligit gratuitum DEI favorem ac miſericordiam in Chriſto fundatam, ut patet 1. ex *συνωνυμίᾳ*. Ut enim *juſtificatio* hîc tribuitur *DEI gratiæ*, ita alibi tribuitur *DEI miſericordiæ*, Eph.2. v.4. Tit.3. v. 5. 1. Pet.1. v.3. &c. *dilectioni*, 1. Ioh.3. v.16 Rom.5. v 8. φιλανθρωπίᾳ Tit.3. v.4. 2. Ex oppoſitione. *Gratia* in articulo juſtificationis opponitur *operibus*, Rom. 11 v. 6. Eph. 2. v.8. *debito*, Rom. 4. v. 4. & 5. *merito*, Eph. 1. v.6. *legi*, Rom.3. v. 21. cap. 6. v. 14. Gal. 2. v.21. cap. 5. v.4. &c. 3. Ex ἐτυμολογίᾳ חָנַן ſignificat *gratificari, in gratiam recipere, ex gratia miſereri*, Exod.33. v. 19. (Rom. 9. v. 15.) Gen. 6. v.8. (Hebr 11. v.7.) 2 Reg.13. v. 23. &c. χάρις cognationem habet cum verbo χαρίζεσθαι *ex gratia condonare*. Luc. 7. verſ. 42. 2. Cor. 2. v. 9. cap. 12. v. 13. ac cum verbo χαριτοῦν *gratos & dilectos habere*, Eph. 1. v.6. &c. 4. Ex effectis, proprietatibus & circumſtantiis illius gratiæ. Gal. 1. v.15. tribuitur ei *vocatio*. At illa

eſt *opus miſericordiæ divinæ*, Rom. 9. v. 11. Eph. 1. v. 4. &c. Hebr. 4. v. 16. *accedere jubemur ad thronum gratiæ*. At *thronus* ille *gratiæ* nihil aliud eſt, quàm miſericordia Dei, in Chriſto propitiatorio nobis propoſita. Joh. 1. v. 16. & 17. gratia illa ex plenitudine meritorum Chriſti ad nos deſcendere dicitur; opponitur iræ, quam denunciat lex Moſaica; dicitur, pro gratiâ, i. e. nullo noſtro merito nobis obtingere, vel quod idem eſt, propter Chriſtum, qui eſt *unicus homo in gratiâ*, Rom. 5. v 15. dicimur & nos in gratiam à Deo recipi. 5. Ex conſequente abſurdo. Rom. 5. v. 20. *Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia*. Finge, *gratiam* ſignificare juſtitiam infuſam, & habebis in abundantiâ delicti abundantiam inhærentis juſtitiæ. Rom. 6. v. 15. *Peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratiâ?* Si in hac tractatione Apoſtolicâ gratia ſignificaret infuſum habitum, nullus foret objectioni iſti locus.

Cumprimis notandus locus Apoſtolicus. 2. Tim. 1. v. 9. & 10. ex quo tale naſcitur argumentum. Quâ gratia ſumus electi ab æterno, eadem etiam juſtificamur in tempore. Atqui gratia illa, quâ electi ſumus ab æterno, eſt gratuita DEI miſericordia in Chriſto, Eph. 1. v. 4. Ergò. Cumq; Bellarminus ipſe *gratiam Dei æternam*, lib. 1. de grat. & lib. arbitr. c. 2. ſic definiat, *quòd ſit amor, quo nos Deus ante mundi conſtitutionem ab ipſa æternitate dilexit*, negare non poterit, etiam gratiam juſtificationis eſſe gratuitum Dei favorem & amorem.

Hæc tàm certa & clara ſunt, ut quidam ex ipſis Pontificiis eorum veritatem agnoſcant. Alb. Pigg. lib. 5. de lib. arb. *Gratiæ acceptionem variam non ex ſcholis, ſed ex divinis Scripturis petemus, quandoquidem in illis ferè imaginantur, gratiam DEI qualitatem aliquam increatam animæ noſtræ à Deo, vel eandem cum caritatis habitu, vel diſtinctam ab eâdem: quæ commentitia univerſa exiſtimo, nec ex Script. ullam autoritatem habere*. Pererius Diſp. 13. in cap. 3. Rom. n. 53. *Nomen gratiæ, cùm hîc dicit, juſtificati gratis per ipſius gratiam, licet poſſit ſignificare ſupernaturalem & divinam illam qualitem, à Deo infuſam animæ hominis, & in ea inhærentem, quâ eſt juſtus & gratus Deo, videtur tamen potiùs h. l. ſignificare gratuitam Dei bonitatem & benignitatem erga hominem. Opponit*

enim

enim Paulus operibus hominum gratiam Dei, ſignificans, non meritis hominum quaſi debitā reddi juſtitiam, ſed nullis præcedentibus hominum bonis meritis, imo plurimis malis meritis, propter infinitā tamen Dei benignitatem ac miſericordiam gratuitam, dari juſtiam homini.

Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 7. fatetur, *eas Scripturas, quæ faciunt caritatem poſteriorem gratiâ, intelligendas eſſe de gratiâ, ut ſignificet benevolentiam Dei erga nos, non autem aliquam qualitatem, quæ ſit in nobis.* Atqui ex ſerie textus manifeſtum, in tractatione Apoſtolicâ de noſtrâ coram Deo juſtificatione agi de gratiâ, quæ eſt prior caritate. Ergò. Pontificii per *gratiam* ſignificari putant *infuſum juſtitiæ habitum.* Concil. Trid. ſeſſ. 6. can. 11. *anathema* dicit illis, qui ſtatuunt, *gratiam, quâ juſtificamur, eſſe tantùm favorem Dei.* Catech. Rom. cap. de Bapt. p. 130. *Gratia eſt divina qualitas in animâ hærens, ac veluti ſplendor quidam & lux, quæ animarum noſtrarum maculas omnes delet, ipſasq; pulchriores & ſplendidiores reddit.* Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. cap. 3. *Theologorum communis eſt ſententia, gratiam eſſe habitum ſupernaturalem à Deo nobis infuſum, quo anima exornatur & perficitur, adeòq; juſta, Deo grata & accepta redditur.* lib. 2. de Juſt. c. 3. *Gratia juſtificans non eſt ſolùm favor Dei, ſed donum in anima inhærens,* ubi etiam ex hoc loco Apoſtolico tales nectit conſequentias.

1. *Favor Dei ſatis explicatur per vocem gratis, qui enim gratis juſtificat, certè ex benevolentia & liberalitate juſtificat. Illa igitur additio, per gratiam, non ipſum favorem, ſed aliquid aliud,* i. e. *effectum illius favoris ſignificabit, ſc. juſtitiam ab illo donatam & infuſam, quæ eſt formalis ratio juſtificationis.* R. Scripturæ non eſt inſolens majoris emphaſeos causâ, unum vocabulum exponere per aliud, vel duo ſynonyma conjungere, aut adverbium addere nomini ejusdem ſignificationis, propter rei certitudinem & proper exaggerationem. Matt. 2. v. 10. Luc. 2. v. 9. &c. Hoc verò loco additio illa non caret neceſſaria ratione. Cùm enim gratia Dei nos juſtificantis non ſolùm donet nobis peccatorū remisſionem, & Chriſti juſtitiam nobis imputet, ſed etiam per SS. inſpiret novos motus, h. e. cùm juſtificatio & renovatio, gratia & donum per gratiam ſint individuo nexu conjuncta, ideò ne quis opinetur, propter illos novos motus DEO placentes nos

nos juſtificari, ideò additur particula *gratis*, reſpondens Hebræorum חִנָּם ut ſit ſenſus, nos ſine ullo noſtro merito, imò contra noſtrum meritum coram Deo juſtificari, & cauſam acceptationis gratuitæ non eſſe in nobis, ſed in Deo. Dn. Chemnitius part. 2. Loc. p. 737. hoc declarat pulcherrimâ collatione. *De Joſepho dicitur, quod invenerit gratiam in oculis Domini ſui, Gen. 39. v. 4. ſed additur, quia erat fortunatus, h. e. propter egregias virtutes, quas Potiphar animadvertebat in Joſepho, diligebat eum. Ne quis igitur cogitaret, eodem modo & nos gratiâ Dei juſtificari, addit Apoſtolus particulam gratis, ut oſtendat, Deum in juſtificatione non reſpicere ad dignitatem, meritum ſeu quodcunque aliud nobis inhærens, ut propterea nos in gratiam recipiat, ſed quando invenit in nobis cauſam, cur poſſit damnare, merâ gratuitâ bonitate nos acceptat ad vitam æternam.* Particula ergò δωρεὰν magis confirmat noſtram expoſitionem, tantum abeſt, ut eam labefactet.

2. *Præpoſitio* per *non poteſt accommodari favori & benevolentiæ, ſed cauſæ formali, aut meritoriæ, aut inſtrumentali. Non enim rectè diceremus, Deus per ſuum favorem, aut per ſuam benevolentiam nos juſtificat, rectè autem dicimus, Deus per gratiam inhærentem, per meritum Filii, per fidem & Sacramenta nos juſtificat.*

Reſp. 1. Particula *per* non habetur in Græco textu, ſed ſimpliciter dicitur τῇ χάριτι. 2. Particula *per* ſæpiſſimè cauſam efficientem in Scripturis notat. Joh. 1. v. 3. Rom. 6. v. 4. cap. 11. v. 35. 1. Cor. 1. v. 9. Hebr. 2. v. 10. 3. Tit. 3. v. 5. Deus dicitur nos *ſalvos feciſſe* κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον, ubi per *miſericordiam* non poteſt intelligi infuſus habitus. 4. Syrus reddidit בְּטַיְבוּתָא *in gratiâ* vel *ex gratiâ*.

3. *Benevolentia Dei non eſt inanis, ſed omninò præſtat atque efficit id bonum, quod alicui vult. Ergò Deus juſtificans non ſolùm benè vult, ſed etiam juſtos & ſanctos facit.* Reſp. Non eſt quæſtio, an gratuita Dei miſericordia, credentes propter Chriſtum in gratiam recipientis, & donum renovationis per Spiritum Sanctum, ſemper ſint conjuncta, illud enim nemo noſtrûm negat; cùm certum ſit, neminem Deo per fidem in Chriſtum reconciliari, quin ſimul per Spiritum Sanctum renovetur, ſed hoc in quæſtione eſt: *an*

propter

propter illud renovationis donum in gratiam recipiamur, & ad vitam æternam accepiamur; ſive quod idem eſt, *an donum illud renovationis intelligendum ſit, quando gratiâ Dei juſtificari & ſalvari dicimur*, quod negamus. Benevolentia ergò Dei nos juſtificantis non eſt inanis, ſed omninò exhibet illud bonum, quod nobis vult. Nam 1. juſtificat nos Deus imputando juſtitiam Chriſti, quam imputationem non eſſe putativam vel imaginariam, ſed veram & efficacem patet ex imputatione peccatorum noſtrorum Chriſto factâ. 2. Eadem Dei juſtificantis gratia dat nobis Spiritum ſanctum, per quem Natura noſtra renovari incipit, ſed in hac renovatione non poteſt ſtatui meritum vel forma noſtræ coram Deo juſtitiæ, quia renovatio illa non eſt perfecta, ſed quotidiè debet creſcere, & in altera demùm vita perficietur.

Διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως. Ἀπολύτρωσις propriè eſt *redemtio captivi, perſoluto pro capite illius* λύτρῳ ſive *precio*. Lucianus de Achille. χρημάτων ὀλίγων τὸν Ἕκτορος νεκρὸν ἀπελύτρωσας.

Chryſoſtomus notat, dici ἀπολύτρωσιν, non ἡμιλύτρωσιν: *quia eſt plena & perfecta redemtio*. Ergò in opere redemtionis Chriſto non eſt adjungenda Maria, nec cum Chriſti merito propria noſtra merita conjungenda.

Revocat nobis hæc vocula in memoriam. 1. miſeram illam captivitatem, qua propter peccatum in regno Satanæ concluſi tenebamur. 2. precioſum illud λύτρον, quo Chriſtus ex hoſtili illa captivitate & poteſtate nos redemit, eſt *proprius ipſius ſanguis*, 1. Tim. 2. v. 6. *dedit ſeipſum* ἀντίλυτρον. 3. arctum illud gratitudinis vinculum, quo Chriſto ut Redemtori & domino noſtro, ſumus propterea obſtricti.

Gratia ergò Dei nos *juſtificantis* non eſt abſoluta, ſed in Chriſti merito fundata. Eodem verò modo de *electione* judicandum, quippe quæ nihil aliud eſt, quàm præordinata juſtificatio & glorificatio. 2. Tim. 1. v. 9. & 10.

V. 25. Ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων.

Προέθετο, ſc. *in æterno ſuo conſilio & decreto*. 1. Petr. 1. v. 20.

quod ſuum conſilium in verbo Evangelii revelavit. In eo enim nobis proponitur Chriſtus, verâ fide à nobis recipiendus.

Ἱλαστήριον eſt *placamentum, propitiatorium.* Syrus habet nomen חוּסָיָא à rad. חוס *pepercit.* LXX. utuntur hoc nomine pro operculo tegente arcam fœderis, quod Moſes vocat כַּפֹּרֶת quod; fuit typus Chriſti, Hebr. 4, v. ult. 1. *Ratione cauſæ efficientis ſive divini decreti.* Quemadmodum enim propitiatorium Moſaicum divino mandato fuit conſtitutum: ita quoque Chriſtus in æterno Patris conſilio conſtitutus eſt noſter Mediator, 1. Pet. 1. v. 20. 2. *Ratione effecti & uſus quadruplicis.* 1. Divinæ voluntatis revelatio. *Propitiatorium* fuit *ſedes divinorum oraculorum*, Exod. 25. v. 22. Sic Chriſtus *Dei conſilium de noſtra ſalute nobis revelavit.* Joh. 1. v. 18. 2. Propitiatio. Propitiatorium ex eo nomen habet, quòd ſymbolum erat gratioſæ Dei præſentiæ, in promiſſo Meſſia populo ſuo placati: ſic Chriſtus eſt *ἱλασμὸς pro noſtris peccatis*, 1. Joh. 2. v. 2. per ipſum enim Pater cœleſtis nobis eſt placatus. 3. Obtectio. Propitiatorium erat operculũ arcæ, in quâ tabulæ legis Moſaicæ erant repoſitæ: ſic Chriſtus peccatorum noſtrorum, contra tabulas legis commiſſorum, multitudinem & magitudinem tegit, ne in conſpectum Dei veniant; inſuper etiam maledictionem legis ſuâ obœdientiâ operit, ac credentibus adverſus iræ divinæ æſtum ſuave præbet umbraculum; quò reſpicit publicanus, quando in vera pœnitentia orat, Luc. 18. v. 12. ἱλάσθητί μοι. 4. Aſperſio. Sanguine ſacrificiorum aſpergebatur tùm propitiatorium, tùm populus Iſraeliticus, ſicque peragebatur propitiatio, Lev. 16. verſ. 14. 15. Sic *expiatio peccatorum noſtrorum fit, per aſperſionem ſanguinis Chriſti, quâ eadem coram Dei judicio efficaciter mundantur & abluuntur.* Hebr. 9. v. 12. 13. & 14. cap. 10. v. 3. 4. &c. 1. Petr. 1. v. 1. Apoc. 1. v. 6. Pulcerrimè autem illa propitiatio per ſanguinem Chriſti in propitiatorio V. T. fuit præfigurata. 1. In V. T. non fuit niſi unum propitiatorium: ſic *Chriſtus* eſt *unus* ac ſolus N. T. *Mediator* ac *propitiator*, 1. Tim. 2. v. 4. 2. Ad propitiatoriũ nemini intercluſus erat aditus. Quamvis enim ſummus Sacerdos quotannis ſemel tantùm ſanctum ſanctorum, in quo erat propitiatorium, ingrediebatur, tamen facie ad propitiatorium, verſâ quotidiè orabant; ſic Chriſtus eſt noſter propitiator, non

tan-

tantùm ratione meriti, ſed etiam ratione efficaciæ, *ad hunc thronum gratiæ cum fiducia quotidiè accedere poſſumus ac debemus.* Hebr. 4. v. 16. 3. Propitiatorium τυπικῶς erat illud ipſum, per quod Deo reconciliabantur: ſic Chriſtus eſt illud ipſum, quo & per quod Deo placamur, ſc. oblatio, hoſtia & ſacrificium. 4. Nullâ aliâ ratione, niſi per propitiatorium, fieri poterat reconciliatio: ſic nulla eſt, vel fieri poteſt peccatorum noſtrorum propitiatio, niſi in ſolo & unico hoc Mediatore noſtro. 5. Grato animo Iſraelitæ agnoſcebant hoc Dei beneficium, quod in propitiatorio ipſis erat exhibitum: ſic & nos per illam peccatorum expiationem ad perpetuam gratitudinem Chriſto obſtringimur. Photiniani excipiunt, *operculum illud vocari propitiatorium, non quia Deum populo Iſraelitico placarit, ſed quia Deus in eo ſe propitium & placatum præbens reſponſa dederit: ita quoq; Chriſtum vocari propitiatorium, non quia Deum nobis placaverit, ſed quia Deus in ipſo ſe placatiſſimum nobis oſtendens, voluntatem ſuam per ipſum revelaverit.* Socinus contra Covetum p. 126. Schmaltz. in exam. 157. errorum errore 47. p. 15. ℞ 1. Apoſtolus ſtatim ſubjungit, *in ſanguine Chriſti hoc propitiatorium nobis propoſitum*: docens Chriſtum inde atq; ideò eſſe ἱλασμὸν & ἱλαστήριον noſtrum, quia ſanguinis ſui effuſione peccata noſtra expiavit, ac Deum nobis propitium reddidit. 2 Sæpè plus eſt in antitypo, quàm in typo. Chriſtus longè præſtantiori ratione noſtrũ ἱλαστήριον, quàm typicum illud propitiatorium Moſaicum. 3, Operculum illud non potuiſſet vocari ἱλαστήριον, nec Deus ſe propitium & placatum in eo oſtendiſſet, niſi reſpectum habuiſſet ad Chriſtum, qui ſuâ morte, & ſanguinis ſui effuſione Deum nobis placavit, cujus merito peccata noſtra coram Dei judicio teguntur. Ἐν τῷ αἵματι. Syrus hoc refert ad propinquius, videl. ad nomen πίστεως, ſic enim reddidit, *per fidem ſanguinis ſui.* Sed rectiùs refertur ad remotius, videlicet ad nomen ἱλαστήριον, ut propitiatorium illud in Chriſti ſanguine nobis propoſitum intelligatur. Nomine *ſanguinis* intelligitur ſacrificium in ara crucis pro nobis oblatum, adeoq; Chriſti paſſio & mors, cum ſanguinis effuſione in ara crucis conjuncta. Quòd autem Apoſtolus *ſanguinis* mentionem facit, non eſt accipiendum excluſivè, ut vult Piſcator, *ac ſi ſola paſſiva Chriſti obœdientia ſit cauſa noſtræ juſtificationis meritoria*, ſed reſpicit Apoſt. 1. ad typum ſacrificiorũ in V. T. quia ut ſanguis animalium effundebatur in ſacrificiis

ad corporalem ſive Leviticam emundationem: ſic *Chriſti ſanguis* per ſacrificiorum ſanguinem præfiguratus, *mundat conſcientiam noſtram ab operibus mortuis*, Hebr. 9. v. 13. 14. 2. ad typum propitiatorii, ſanguine ſacrificiorum aſperſi, quo ſignificatum fuit, noſtrum propitiatorium N. T. itidem ſanguine non alieno, ſed proprio aſpergendum. 3. ad complementum obœdientiæ tùm paſſivæ, tùm activæ, in morte & paſſione Patri cœleſti præſtitæ, Phil. 2. v. 9. Nuſpiam illuxit clariùs, quòd nos dilexit Dominus, quàm in ipſius paſſione & vulneribus.

Ἐις ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ.

Nomine *juſtitiæ* 1. quidam intelligunt DEI *veritatem in ſervandis promisſis, quia in lege & Prophetis promiſſus erat Chriſtus Mediator. Eo igitur exhibito DEUS demonſtravit, ſe eſſe juſtum, veracem, & conſtantem in ſervandis promisſis.*

2. Quidam intelligunt *juſtitiam, Chriſti paſſione ac merito acquiſitam, quæ per fidem nobis imputatur, quæ præced. v. 22. vocatur juſtitia* DEI. Eo reſpicit B. Lutherus in verſ. **damit er die Gerechtigkeit / die für ihm gilt / darbiete.**

3. Quidam intelligunt *juſtitiam* DEI, *in paſſione Chriſti manifeſtatam*, ut proindè textus reddendus ſit hoc modo. *Ut oſtenderet ſuam juſtitiam, peccata noſtra in Chriſto puniendo, ac reipsâ demonſtrando, quòd non niſi interventu perfectæ ſatisfactionis, peccata remittat, id quod eſt juſtitiæ divinæ proprium.* Item quòd *contentus ſatisfactione per Chriſtum præſtita, credentibus in eum peccata remittat, nec propriam ab illis ſolutionem exigat, id quod itidem juſtitiæ divinæ congruum.* Nulla harum expoſitionum cum fidei analogiâ pugnat, interim ob vocem ἐνδείξεως, poſtrema videtur textui maximè congrua.

Διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων. πάρεσις propriè ſignificat *vinculorum relaxationem*. ſignificatur igitur, peccata eſſe ſpiritualia quædã vincula, per quæ homo ad bonũ ineptus redditur, ad pœnã verò temporalẽ & æternã obſtringitur.

Obſerva, in peccatorum remisſione elucere non ſolùm Dei miſericordiam, ſed etiam juſtitiam: peccatum enim non remittit temerè, quaſi illud non curet; nec injuſtè, quaſi illud amet; nec inſcienter, quaſi illud neſciat, vel in ejus æſtimatione fallatur, ſed intuitu ſatisfactionis plenariæ à Chriſto præſtitæ, per fidam à credentibus apprehenſæ.

Quare

Quare autem mentionem fecit peccatorum ante commiſſorum? non, ut negaret, per Chriſtum contingere etiam remisſionem illorum peccatorum, quæ à renatis poſt acceptam gratiam committuntur, neq; ut doceret, Chriſtum pro ſolo originali peccato ſatisfeciſſe, ſed 1. indicare voluit, virtutem meriti Chriſti ſeſe extendere ad peccata ſub V. T. commiſſa, ac Chriſtum non ſolùm ſatisfeciſſe pro peccatis, poſt ſuam in cruce oblationem commisſis: ſed etiam pro illis, quæ jam indè à primorum parentum lapſu perpetrata. *Chriſti enim pasſio profuit, antequàm fuit; & beneficia ejus valent antrorſum ac retrorſum.* Apoc. 13. v. 1.

2. Ac conſequenter demonſtrare, quòd *imposſibile fuerit, ſanguine taurorum ac hircorum auferri peccata*, Hebr. 10. v. 4. aliàs non fuiſſet opus alio ſacrificio per illa præfigurato. Per figuras agni paſchalis, ſacrificiorum, propitiatorii, in V. T. adumbrata fuit futura per Chriſtum ſatisfactio, & credendib. per fidem applicata.

3. Voluit etiam occurrere Epicuræ perſuaſioni, ne quis opinaretur per peccatorum remisſionem dari licentiam peccandi, Rom. 6. v. 6. *vetus noſter homo cum Chriſto crucifixus eſt, ut aboleatur corpus peccati, ne poſthac ſerviamus peccato.*

4. Ac ſolidam conſolationem nobis præponere, fore ut etiam præſentium infirmitatum adhuc nobis inhærentium remisſionem conſequamur, cùm tot ac tanta peccata præcedentia ex gratiâ nobis remiſerit, Rom. 5. v. 8.

V. 26. Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ.

Syrus illud conjungit cum voce προγεγονότων, in v. præced. Sic enim reddit: *Propter peccata, quæ ab initio peccavimus, per ſpacium, quod dedit nobis* DEUS *pro longanimitate ſuâ.* Senſus igitur foret, peccata illa admiſſa eſſe per DEI *tolerantiam*, Act. 17. v. 30.

Lutherus eodem modo textum ordinat. In dem daß er die Sünde vergiebt/ welche biß anher blieben waren unter Göttlicher Gedult. Sed aliter explicat, *peccatum nec per legem, nec per ullum opus bonum poterat auferri, ſed ex gratiâ propter*

Chriſtum erat remittendum. Et ſane Apoſtoli ſcopus eſt oſtendere, quòd Deus propter futurum Chriſti ſacrificium erga peccatores etiam in V. T. longanimis fuerit, & propter illud pœnitentibus peccata remiſerit.

Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα. Elegans paranomaſia, ex qua eruditè colligit Auguſtinus lib. de ſpir. & lit. cap. 9. *Per juſtitiam in hac diſſertatione Apoſtolica intelligi, non quâ DEUS juſtus eſt, ſed quâ impium juſtificat.*

Τὸν ἐκ πίστεως Ἰησοῦ, *eum qui eſt ex fide Chriſti*, i. e. eum, qui in Chriſtum credit. Ut enim οἱ ἐκ περιτομῆς ſunt *circumciſi*: ita ἐκ πίστεως Ἰησοῦ ſunt *credentes* in Chriſtum.

Exprimuntur hoc loco *cauſæ & objectum noſtræ juſtificationis coram* DEO.

1. *Cauſa efficiens principalis* eſt *DEI gratia*, i.e. gratuitus Dei favor, noſtram reſpiciens miſeriam.

2. *Cauſa meritoria* eſt *Chriſtus* in officio redemtionis, quod tribus ſignificantiſſimis verbis Apoſtolus deſcribit. Primò per ἀπολύτρωσιν, quæ reſpectum habet ad ſpiritualem captivitatem in regno Satanæ, à qua precioſo Chriſti λύτρῳ ſumus redemti, ſecundò per ἱλαστήριον, quod reſpectum habet ad operculum arcæ fœderalis in V. T. Tertiò αἷμα τοῦ Χριστοῦ, quo ſynecdochicè tota Chriſti obœdientia tàm activa, quàm paſſiva notatur.

3. *Cauſa inſtrumentalis* eſt *fides*, medium illud ληπτικὸν, quod beneficia Chriſti, in verbo & Sacramentis, mediis illis δοτικοῖς, oblata amplectitur.

4. *Cauſa formalis* eſt πάρεσις, *remiſſio peccatorum*, quæ cum imputatione juſtitiæ Chriſti indivulſo nexu eſt conjuncta. Rom. 4. verſ. 3.

5. *Cauſa finalis* reſpectu DEI eſt ἔνδειξις τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. In juſtificatione ſive peccatorum remiſſione manet DEUS juſtus, juſtè ſc. puniens peccata noſtra in Chriſto, qui ea in ſe receperat; & juſtificat credentes imputatâ ipſis Chriſti juſtitiâ.

Objectum juſtificationis eſt *homo peccator*, ſed talis, qui *eſt ex fide Chriſti*, i.e. qui peccata ſua ex lege agnoſcit, ſeriò de illis dolet, & fide promiſſionem de remiſſione peccatorum propter Chriſtum ſibi applicat.

v. 27.

V.27. Πῦ ὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως.

Πῦ ἡ καύχησις; ſc. *juſtitiæ propriæ*, & quidem talis gloriatio, cui veritas ſubſit, non quæ in nudâ opinione mentis conſiſtat.

In vulg. verſ. additur pronomen *tua*, ex eo colligit Bellarminus lib. 1. de juſtif. cap. 10. *excludenda duntaxat ab actu juſtificationis opera, ex virib. liberi arbitrii ſine gratiâ facta. Excluditur*, inquit, *ab Apoſtolo non omnis glorificatio, ſed illa ſolùm, quæ oritur ex operibus liberi arbitrii, ſine gratiâ factis, addit enim: ubi eſt tua gloriatio, quâ in te gloriaris, & non in Domino: ex operibus autem ex fide factis gloriamur in Domino, quod non eſt prohibitum.*

R. 1. in textu Græco non additur pronomen σύ. 2. nec in textu Syriaco. 3. nec in omnibus exemplaribus Latinis. 4. diſtinguendum inter *gloriationem bonæ conſcientiæ*, quæ licita eſt, & inter *gloriationem propriæ juſtitiæ coram DEI judicio*, quæ illicita. 1. Cor. 4. v. 4 5. per *legem* fidei, i.e. per doctrinam Evangelii, quæ gratis propter Chriſtum, non ex operibus *nos juſtificari* docet, omnis omninò gloriatio humana à juſtificatione excluditur, *ut DEUS ſolus ſit juſtus, & juſtificans eum, qui eſt ex fide.* v. 26. 6. quod indefinitè h.l. Apoſtolus dicit, *excluſam eſſe gloriationem*, illud cap. ſeq. ad Abrahamum in medio bonorum operum curſu conſtitutum transfert, negans, eum *habere gloriationem juſtitiæ coram Deo.* 7. Si renati ex ſuis operibus juſtificarentur, haberent adhuc quandam gloriationem, quâ partim in Deo, partim in ſeipſis gloriarentur, cùm in perficiendis operibus bonis ita à Deo agantur, ut etiam ipſi agant. *In ſolo autem Domino gloriandum.* Jer. 9. v. 24. Dan 9. v. 7. & 18. Luc. 17. v. 10. 2. Cor. 1. v. 17.

8. Evidens exemplum, quòd omnis omninò gloriatio juſtitiæ propriæ, inhærentis & actualis excluſa ſit, proponitur in Phariſæo Luc. 18. v. 11. qui gratias quidem hoc nomine Deo agebat, *quod eſſet juſtus*, ſicq; à Deo juſtitiam ſibi infuſam eſſe agnoſcebat, interim *non deſcendebat juſtificatus in domum ſuum*, v. 14.

Ἐξεκλείσθη. *Excluſa eſt.* Syr. אֶתְבַּטַּל à rad. בְּטַל *abolitus* eſt, *inanis, irritus factus.* Luth. er iſt aus / in aliis exemplarib. er iſt nichts.

In vo-

In voce νόμον, in diverſa ſignificatione bis repetita, eſt elegans antanaclaſis. Cùm enim propriè doctrinæ operum tribui ſoleat, hîc Evangelio ſive doctrinæ fidei tribuitur, per quam inde atque ideò excluditur omnis gloriatio, quia Evangelium docet, in ſolo Chriſto juſtitiam coram Deo valentem eſſe quærendam.

Quo verò ſenſu negat Apoſtolus, per legem factorum excludi gloriationem, cùm lex factorum omnes peccati accuſet & damnet? Reſp. reſpicit ad præconceptam Judæorum opinionem, quâ exiſtimabant, legem hôc fine ſibi datam, ut per eam juſtificarentur ac ſalvarentur, quo glaucomate menti objecto non animadvertebant, gloriationem propriæ juſtitiæ, coram Dei judicio valentis, per legem factorum excludi.

Quidam exiſtimant, *hoc eſſe novum probandæ concluſionis argumentum, deſumtum à fine. Finis noſtræ juſtificationis eſt ſola unius veri Dei gloria. Ergò non juſtificamur partim fide, partim operibus, ſed ſolâ fide. Ratio connexionis eſt, quia ſive ex toto, ſive ex parte per opera noſtra juſtificaremur, gloria juſtitiæ non tribueretur Deo in ſolidum.* Sed particula οὖν oſtendit, deduci hanc excluſionem gloriationis ex demonſtrata fidei ſolius juſtificatione. Quia omnes ſunt peccatores, ac ſine operibus gratis Dei gratiâ per fidem juſtificantur, ideo omnis gloriatio juſtitiæ propriæ coram Dei judicio eſt excluſa.

V.28. Λογιζόμεθα, οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, χωρὶς ἔργων νόμου.

Verbum λογιζόμεθα Vulg. minùs commodè reddidit, *Arbitramur.* Rectiùs Auguſt. de Spirit. & lit. cap. 13. *colligimus.* Theophyl. in h. l. accipit poſitum pro συλλογιζόμεθα *argumentando colligimus.* Xenoph. lib. 1. παιδ. ἐκεῖ ὧν δὲ ἐπελάθου, ἅ ποτε ἐγὼ καὶ σὺ ἐλογιζόμεθα, *quæ rationibus firmis concluſimus.* Magna ergò in hoc verbo emphaſis, ſignificat enim *collatis utrinq; rationibus & ſubducto veluti calculo concludimus; ex præmiſſis inferimus, ſubductis veluti numeris ſummam colligentes.* Duo proinde hoc verbo innuit Apoſtolus.

1. Quod concluſionem hanc ex præcedentibus inferat.

2. Quod

2. Quod concluſio illa non ſit Topica, ſed apodictica, Luth. **So halten wir es nun dafür.**

Grandem h. l. Pontificii Luthero ſcribunt dicam, quòd in verſ. Germ. addiderit particulam excluſivam **allein**. At 1. hæc verſio genuinam, propriam & nativam Apoſtoli ſententiam perſpicuè exprimit. Idem eſt *juſtificari fide ſine operibus*, quod *juſtificari non niſi per fidem*, Gal. 2. v. 16. h. e. *juſtificari ſolâ fide.* 2 Congruit nativo Germanicæ linguæ idiotiſmo. Hoc enim eſt Germanicæ linguæ idioma, ut in oppoſitione duarum vel plurium rerum, ei quæ affirmatur, majoris emphaſeos & perſpicuitatis gratiâ excluſiva adjiciatur. Luth. tom. 5. Jen. Germ. fol 140. 3. Fecit hoc exemplo verſionis Syriacæ, Rom. 4. v. 5. Græcæ, Gen. 3. v. 11. Deut. 6. v. 13. (Matth. 4. v. 10.) Latinæ Levit. 21. v. 2. Deut. 6. v. 13. cap. 10. v. 20. cap. 12. v. 32. cap. 22. v. 27. cap. 32. v. 39. 1. Sam. 10. v. 19. cap. 18. v. 8. 2. Reg. 7. v. 7. cap. 19. v. 11. cap. 23. v. 9. 2. Paral. 20. v. 12. Eſth. 3. v. 2. cap. 4. v. 13. Job. 17. v. 1. Dan. 11. v. 4. Zach. 8. v. 19. Italicæ, Gal. 2. v. 16. Germanicarum, ante Lutherum editarum Norib. Ann. 1483. quæ habentur Confluentiæ & Spiræ.

V. 29. Ἢ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν.

Novum concluſionis probandæ argumentum. Si ex lege & legis operibus eſſet juſtificatio, Deus Judæorum tantùm eſſet ſalvator, quia Judæis tantùm legem dedit.

V. 30. Ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως.

Si Deus aliâ ratione Judæos, aliâ gentes juſtificaret, non eſſet unus, i. e. ſui ſemper ſimilis. Conſequens eſt abſurdum. E. & antecedens, proinde utroſque unâ & eadem ratione juſtificat, videlicet fide.

Origenes ex incerto particularum ἐκ & διὰ diſcrimine ineptè *diverſam juſtificandi rationem* extruit, cùm Apoſtoli ſcopus planè ſit contrarius, videlicet unam juſtificandi rationem ſtabilire.

V. 13. Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.

Occupatio hæc eſt, quamvis juſtificatio non ſit ex operibus legis, tamen non propterea legem repudiamus.

Num legem καταργοῦμεν *deſtruimus*, inutilem & otioſam reddimus, docendo, *nos juſtificari fide ſine operibus legis*. Syrus habet verbum בטל, quo verbum ἐξεκλείσθη in v. 27. reddidit.

Ἱστῶμεν, *ſtabilimus, erigimus &c.* Vulg. minus commodè, *ſtatuimus*. Statuere enim eſt eorum, quæ nondum ſunt, ut apud Virgilium. *Urbem quam ſtatuo*: ſed *ſtabilire* confirmationem ſignificat eorum, quæ ſunt.

Quomodo verò lex per fidem ſtabilitur?

1. Quia fides, i. e. doctrina Evangelii, oſtendit nobis Chriſtum, qui eſt τέλος *finis legis*, Rom. 10. v. 4. ac noſtro loco perfectam obœdientiam legi præſtitit.

2. Quia credentes νομίμως utuntur lege, agnoſcentes ex ea extremam Naturæ ſuæ corruptionem, cùm contra hypocritæ à vero ſenſu & uſu legis aberrent, exiſtimantes, duntaxat qualemcunque externam obœdientiam in eâ præſcribi.

3. Quia τὸ δικαίωμα legis impletur in credentibus, Rom. 8. verſ. 4. dum Chriſti juſtitia, quæ eſt perfecta legis impletio, per fidem ipſis imputatur. Luth. in h. l. **Der Glaube erfüllet alle Geſetze / die Wercke erfüllen kein Titel des Geſetzes.**

4. Quia credentes fide juſtificati per Spiritum ſanctum renovantur, ut ſpontaneam & interiorem legi præſtare incipiant obœdientiam, ſicque fide perveniunt ad opera, i.e. ad legis obœdientiam, non autem operibus perveniunt ad fidem & juſtificationem, ut hypocritæ fruſtra conantur.

CAP. IV.

Confirmat Apoſtolus in hoc capite, quod ſuperius cap. 3. v. 21. dixerat, *juſtitiam Dei, qua juſtificamur, comprobatam eſſe teſtimonio legis & Prophetarum..* Profert enim primò exemplum Abrahæ, ſecundò teſtimonium Davidis. Illud ex lege i. e. ex libris Moſis, hoc verò ex Prophetis eſt deſumum.

V. 1. *Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα:*

ProbatApoſtolus gratuitam fidei juſtificationem ab exemplo Abrahæ, qui in medio bonorum operum curſu conſtitutus, non tamen operibus, ſed fide coram Deo fuit juſtificatus.

Ideò verò adducit Abrahæ exemplum. 1. Quia Judæi in operibus ſuis juſtitiam quærentes, plurimùm gloriabantur de *patre Abrahamo*, Matth. 3. v. 9. revocat igitur eos ad modum juſtificationis expendendum, in Abrahæ exemplo propoſitum.

2. Quia Abrahamus inſignibus virtutibus præditus & magno bonorum operum cumulo ornatus deſcribitur. Quòd ſi ergo Abraham fide, & non ex operibus juſtificatus eſt, ex eo intelligendum relinquit, multò minùs alios in operibus ſuis juſtitiam coram Deo valentem debere quærere.

3. Ut ex primo & antiquiſſimo Eccleſiæ ſcripto, primo ſcil. Moſis libro, teſtimonium pro fidei juſtificatione adducens, ipsâ antiquitate, quæ apud omnes rectè ſentientes plurimùm valet, pios confirmaret & Pſeudo-Apoſtolos refelleret.

Προσδιορισμὸν in fine adjectum *κατὰ σάρκα* quidam referunt ad remotius, videlicet ad ſubjectum, quod eſt *Abraham*, quem putant ab Apoſtolo vocari *patrem ſecundùm carnem*, ſenſu eo, quo poſtmodum Judæos vocat *ſuos fratres, cognatos ſecundùm carnem*, Rom. 9. v. 3. *quia ſc. ſecundùm carnem deſcenderat ab Abrahamo, ſicut & cæteri Judæi.* Ita ſtatuunt Origenes, Ambroſius & Lyranus in h. l.

Sed rectius refertur ad propinquius, videlicet ad prædicatum, in verbo *εὑρηκέναι* expoſitum, ut oſtendit naturalis ſeries.

Per carnem quidam intelligunt *circumciſionem carnis*, ut ſit ſenſus, *adeò legem Moſis nihil præſtare ad ſalutem, ut ne quidem Abrahamus, inſignis ille Patriarcha, Pater omnium Judæorum, aliquid conſequi potuiſſet ſecundùm carnem* i. e. *per circumciſionem carnis, niſi per fidem Deo fuiſſet reconciliatus & juſtificatus.* Quâ ratione reſpectus habetur ad cap. 2. v. 28. ubi externa circumciſio vocatur περιτομὴ ἐν σαρκὶ, Eph. 2. v. 11.

Quidam κατὰ σάρκα exponunt ἐξ ἔργων, quo modo Apoſtolus ipſe in v. ſeq. exponit, ut ſit ſenſus. *Quid gloriationis coram Deo Abrahamum per opera ſive ex operibus conſecutum eſſe dicemus? Num dicemus, aut dicere poterimus, Abrahamum ex operibus laudem juſtitiæ apud Deum inveniſſe ac ex operibus juſtificatum eſſe?*

Reſpicit igitur hac phraſi Apoſtolus ad id, quod in cap. præced. 3. v. 20. dixerat, ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro. Utrobique res eodem redit, quia circumciſio, quatenus Pſeudo Apoſtoli eam pro parte juſtitiæ corā Deo valentis urgebāt, pertinet ad opera.

Syrus reddidit. בְּבֶסַר *in carne.*

Certum eſt, κατὰ σάρκα non poſſe eo ſenſu h. l. accipi, quo uſurpatur Rom. 8, 12. ac 13. quia Abrahamus jamtum fuit renatus, quando de eo dicitur, quòd *fides ei imputata fuerit ad juſtitiā*; nec poteſt ex hoc προσδιορισμῷ colligi, tantum h. l. agi de operibus, ſine fide & gratia Spiritus Sancti factis, quia Apoſtolus loquitur de Abrahamo, in medio bonorum operum curſu conſtituto. Per σάρκα igitur intelliguntur *carnis circumciſio*, & omnia opera, in quibus pſeudo-Apoſtoli laudem juſtitiæ quærebant, quæ nomine σαρκὸς denotatur, quia cùm renati ex parte adhuc ſint σαρκικοὶ, Rom. 7 v. 14. & *in carne ipſorum non habitet bonum*. v. 18. ideò non ſunt perfectè bona, nec merè ſpiritualia, proinde etiam per ea nemo coram Deo juſtificari poteſt.

Pro eo, quod in Græco dicitur. Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν Syrus habet רִישָׁא דְאַבָהָתָא *principem patrum*, quò ferè ſe uſu à Græcis vocatur Πατριάρχης.

v. 2. Εἰ γὰρ, Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν.

Quidam argumentum ſic formant, *Si Abrahamus juſtificatus eſt*

ex operibus, habet gloriam apud homines, non apud Deum. Aſt habet non tantum apud homines, ſed etiam apud Deum. Ergò non eſt juſtificatus ex operibus. ita Veteres plerique. Alii contra, *Si juſtificatus eſt ex operibus, habet gloriationem apud Deum. Sed non habet. Ergò non eſt juſtificatus ex operibus.* Etiam priorem argumenti formam admittimus, modò non addatur Papiſticè, *non ex operibus præcedentibus.* Interim poſteriori argumenti formæ favet vocabulum καύχημα, quod non ſignificat propriè *gloriam*, ut h. l. reddidit Vulgatus, ſed *gloriationem*. *Gloriam* Paulus nusquam excludit à juſtificatione, ſed *gloriationem* disertè Rom. 3 v. 27. ex quo promtum eſt colligere, non diſtingui ab Apoſtolo gloriationem, ut alia ſit apud homines, alia apud Deum; & hanc negari, illam concedi. Sed potiùs omninò gloriationem excludi, quòd in hoc argumento nulla eſſe queat, niſi apud Deum.

Quidam volunt, *proponi objectionem contra ſententiam verſiculi præcedentis. Quomodo negari poteſt, Abrahamum aliquid inveniſſe ſecundùm carnem, cùm adeptus laudem juſtitiæ? Reſpondet Apoſtolus, Abrahamum accepiſſe laudem juſtitiæ ex operibus apud homines, ſed non apud* DEUM.

Rectiùs dicitur, Apoſtolum perſiſtere in ἐργασίᾳ argumenti in v. 1. inchoati, ut ſit ſenſus. Si Abraham ex operibus juſtificatus eſſet, tùm haberet καύχημα h. e. gloriandi materiam. Sed non habuit καύχημα apud Deum. (Illud enim ἀπὸ κοινοῦ ex priore hujus verſiculi membro repetendum.) Ergò non eſt ex operibus juſtificatus. Dixerat v. 28. cap. præced. *gloriationem penitùs excluſam eſſe*, ac v. 23 ejusd. cap. *omnes deſtitui gloria Dei.* Illud in ſpecie ad Abrahamū accomodat, ac docet, ipſum quoq; deſtitui gloriâ juſtitiæ propriæ inhærentis & actualis apud Deū, ex quo infert, ipſum nō eſſe ex operibus corā Dei judicio juſtificatum.

Chryſoſt. homil. 8. in Epiſt. Rom. βούλεται δεῖξαι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος ἐκ πίστεως ἐδικαιώθη. ὅπερ ἦν περιουσία νίκης πολλῆς. Τὸ μὲν γὰρ ἔργα μὴ ἔχοντα ἐκ πίστεως δικαιωθῆναί τινα, οὐδὲν ἀπεικός; τὸ δὲ κομῶντα ἐν κατορθώμασι μὴ ἐντεῦθεν, ἀλλ' ἀπὸ πίστεως γενέσθαι δίκαιον, τοῦτο ἦν θαυμαστόν. καὶ μάλιστα τῆς πίστεως τὴν ἰσχὺν ἐμφαῖνον. *Vult oſtendere, etiam Abrahamum ex fide juſtificatum eſſe, qui quidem erat*

victoriæ magnus exceſſus. Etenim eum, cui opera deſint, ex fide juſtificari nihil erat abſurdi: aſt eum, qui bonis operibus abundaret, non inde, ſed ex fide fuiſſe juſtum, hoc verò admirandum fuit, fideiq; vim vel maxime manifeſtam fecit.

Cornelius à Lapid. in h. l. textum ſic pervertit. *Si Abraham ex operibus juſtificatus eſt i. e. ſi Abraham eam tantùm habuit juſtitiam, quæ eſt ex operibus legis aut Naturæ, ſeclusâ fide &c.* cum quo congruit illud Bellarm. lib. 1. de juſtif. cap. 19. *Quando Apoſtolus dicit, Abrahamum juſtificatum eſſe ex fide, non ex operibus, non rejicit opera facta ex fide, ſed affirmat, illa non eſſe facta ſine fide, quia ſi talia fuiſſent, nunquam eum juſtificaſſent. Itaq; excludit opera, quæ Abraham facere potuiſſet non ex fide.*

Reſp. 1. Oſtendimus ſuperiùs, Apoſtolum omnia omninò opera, etiam ea quæ fiunt à renatis, ab actu juſtificationis excludere. 2. idipſum etiam evidenter patet ex adducto in eam rem Abrahæ exemplo. Apoſtolus non loquitur de operibus, quæ Abraham ſine fide facere potuiſſet, ſed disertè agit de operibus in medio pietatis curſu ab Abrahamo factis, ac negat, ex illis Abrahamum coram Deo juſtificatum eſſe; ſed juſtificatum eſſe *credendo, non operando*, v. 3. & 4 *fidem ei imputatam eſſe ad juſtitiam*, ibid, *ipſum juſtificatum eſſe non per legem ſed ex fide*, v. 13. & 16. 3. Inter Paulum & Pſeudo-Apoſtolos non erat quæſtio de operibus ſine fide factis, quia Pſeudo-Apoſtoli itidem docebant fidem in Chriſtum, ſed quæſtio erat: *an ſimul fide ex operibus; an verò fide ſine operibus juſtificemur.* Quia ergo Apoſtolus ſuam theſin de juſtificatione per fidem ſine operibus exemplo Abrahæ probat, indè facilè apparet, quòd non loquatur de operibus ſine fide, ſed ex fide factis. 4. Quando de Abrahamo Scriptura dicit, *fidem ei imputatam eſſe ad juſtitiam*, loquitur de Abrahamo nō in Ur-Chaldæorum adhuc conſtituto, ſed ad verum Deum jam converſo, & in ſtudio bonorum operum occupato.

Emanuel à Sa ſic conſtituit, *juſtificatus apud Deum habet gloriam, quaſi dicat, illa quidem juſtificatio erit apud Deum.* Verùm quid eo opus fuit, cùm Paulus perpetuò non niſi de juſtificatione apud Deum diſputet.

Toletus diſputat, *καύχημα non dici gloriationem 1. quia non eſſet vera aſſertio, talis ſc. habet, unde glorietur, non enim habere homi-*

nem,

nem, unde glorietur in ſe, cùm nihil habeat, quod non accepit. Reſp. falſum eſt, *Paulum concedere, Abrahamum habuiſſe, unde gloriaretur.* Sic enim argumentatio eſt. Si Abraham juſtificatus eſſet ex operibus, ergo haberet undè gloriaretur. At non habet. Nimirum, ut illa particula, *apud DEUM* ſemel expreſſa, intelligatur repetenda, etiam in priore membro, nimirum in propoſitione. Si cum aliis dicamus, per diſtinctionem ab Apoſtolo reſponderi, tum falſum eſt, non habere hominem, quod glorietur, ſi ex operibus ſit juſtificatus. Nam contrarium Paulus oſtendit, cùm excludi gloriationem negat per legem operum, ſed per legem fidei. 2. *quia non idem ſit* καύχημα, quod καύχησις *in fine cap. præced. Illud idem eſſe, quod laudem & approbationem.* Reſp. Contrarium ſtatuunt Cajet. & Juſtinianus, qui pro *gloriatione* accipiunt. καυχᾶσθαι non eſt *laudari*, ſed *ſeipſum laudare*, i. e. *gloriari*, καύχημα & καύχησις, ſicut ποίημα & ποίησις, non differunt re, ſed tantùm ratione, καύχημα *gloriationis materiam & occaſionem*, καύχησις *ipſam gloriandi actionem* denotat.

Obſerva, quòd aliud ſit *gloriari apud Deum*, aliud *gloriari in Deo.* Gloriari apud Deum, eſt laudem juſtitiæ, coram Deo valentis, operibus ſuis tribuere; gloriari in Deo, eſt laudem juſtitiæ coram Deo valentis operibus ſuis derogare; non in ſe, nec in ſuis operibus, ſed in ſolâ Dei miſericordiâ in Chriſto nobis exhibita gloriari. Ex eo igitur, quòd *in Domino gloriari* jubemur, inferri nequit, quòd in operibus ex fide, & in gratiâ factis juſtitiam coram Deo valentem quærere, vel fiduciam in illa collocare debeamus, ſed potiùs contrarium, quòd in ſola Dei miſericordiâ, & in ſolo Chriſti merito omnis noſtra fiducia & omnis gloriatio juſtitiæ ſtatui debeat. Gal. 6. v. 14. *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Chriſti*, 1. Cor. 4. v. 4. *Nihil mihi conſcius ſum.*

v. 3. Τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Confirmatio propoſitionis principalis, *Abraham juſtificatus eſt fide. Ergò non ex operibus.*

Fides dicitur *imputari ad juſtitiam*, quia eſt medium illud, & quidem unicum ex parte noſtrâ, quâ Chriſtum & ejus bene-

ficia

ficia apprehendimus, ut ejus juſtitia nobis imputetur. Idem ergo eſt, *fidem apprehendentem beneficia Chriſti, in verbo promisſionis oblata, imputaturi ad juſtitiam, & Chriſtũ fide apprehenſum eſſe noſtram coram Deo juſtitiam.*

Bellarmin. lib. 2. de juſtif. cap. 9. hanc expoſitionem textui & analogiæ fidei conformem impugnat. *Fides quidem*, inquit, *reputata eſt Abrahæ ad juſtitiam, ut Apoſtolus dicit, ſed non admittimus gloſſam, quòd reputari fidem ad juſtitiam, ſit, nobis imputari Chriſti juſtitiam, ſi fide illam apprehendamus. Nam gloſſa hæc repugnat Apoſtolo. Primò quoniam Apoſtolus dicit, ipſam fidem imputari ad juſtitiam: fides autem non eſt juſtitia Chriſti, i. e. quâ Chriſtus juſtus eſt, ſed juſtitia noſtra, id eſt, quâ nos juſti ſumus ex dono Dei. Deinde quoniam verbum imputare hoc loco non ſignificat nudam exiſtimationem, ſed exiſtimationem, cui veritas in re ipſa reſpondeat, ut patet ex verbis; Ei, qui operatur, merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum. Certum enim eſt, ei qui operatur, non ſolâ opinione & exiſtimatione, ſed verè ac propriè deberi mercedem.*

Reſp. 1. diſtinguendum inter credendi facultatem, à Spiritu ſancto per verbum in corde fideli accenſam, & inter ipſam, ut ſic loquar, creditionem; *Corde enim creditur ad juſtitiam* Rom. 10. v. 10. 2. Fides, in poſteriore ſignificatione accepta, eſt fiducialis apprehenſio meriti Chriſti & juſtitiæ, quam agendo & patiendo nobis promeruit. 3. Hæc fides non quidem eſt ipſa Chriſti juſtitia, interim tamen eam recipit, ſibiq; applicat, ac proinde eſt relatio inter Chriſti juſtitiam, & fidem, quatenus eam apprehendit. Dicitur ergo fides ad juſtitiam imputari, quia id, quod fide apprehendimus, ad juſtitiam nobis imputatur. 4. Utrumque dicit Scriptura, *fidem nobis imputari ad juſtitiam, & Chriſtum eſſe noſtram juſtitiam*, Jerem. 23. v. 6. cap. 33. v. 16. *in ipſo nos habere juſtitiam*, Eſa. 45. v. 23. *ipſum nobis à Deo factum eſſe juſtitiam* 1. Cor. 1. v. 30. *in ipſo nos fieri juſtitiam*, 2. Cor. 5. v. 21. Cùm ergo Chriſtus & fides ſimul dicantur noſtra juſtitia, conſequens eſt, fidem ideò dici & eſſe noſtram juſtitiam, quia Chriſti juſtitiam apprehendit ac noſtram facit. 5. Fides non eſt juſtitia Chriſti, i. e. quâ Chriſtus eſſentialiter juſtus eſt, ſed eſt juſtitia noſtra: interim non eſt juſtitia nobis inhærens, ſed imputatur nobis ad juſti-

juſtitiam, quia juſtitiam à Chriſto nobis acquiſitam apprehendit, inde phraſin, quòd *fides ad juſtitiam nobis imputetur*, ſic exponit cap. 3. v. 22. quòd *Juſtitia Dei ſit per fidem Jeſu Chriſti in omnes & ſuper omnes credentes*. 6. *Imputatio* ſignificat omninò talem exiſtimationem, cui rei veritas ſubeſt. Quàm verè enim Chriſto imputata ſunt peccata noſtra, ut pro illis ſatisfaceret, tàm verè quoq; nobis credentibꝰ Chriſti juſtitia imputatur, ut per illam coram Deo juſtificemur. Sed ex eo inferri nequit, *nos propter inhærentem juſtitiam coram Deo juſtificari, quia juſtitia illa Chriſti*, quam fides apprehendit, nobis non inhæret, ſed imputatur. 7. Duplicem Apoſtolus ſtatuit imputationem; unam, quæ fit ſecundùm debitum; alteram ſecundùm gratiam. Imputatio, quæ fit in juſtificatione hominis coram Deo, pertinet ad poſteriorem ſpeciem, ut diſertè docet Apoſtolus, ac fundamentum habet non in ipſo homine, is enim eſt impius i.e. miſer peccator, cui ex debito & ſecundùm ſtrictum juſtitiæ rigorem damnatio competeret, ſed in Dei gratiâ & miſericordiâ &c. Socinus in lib. *quod Evang.* p. 20. phraſin Paulinam, *quòd fides nobis imputetur ad juſtitiam*, explicat per hanc, *credentes in Deum pro juſtu haberi*. Reſp. ſi ob propriam & inhærentem juſtitiam illos à Deo pro juſtis haberi ſtatuit, petit principium, & textui Apoſtolico contradicit; ſi ob alienam, ſeipſum refellit, cùm nullam aliam, quàm Chriſti juſtitiam nominare poſſit, quæ fide nobis imputetur.

Quidam diſputant, *fidem inde atque ideò dici imputari ad juſtitiam, quòd Deus habeat fidem pro totâ legis juſtitiâ*. Atqui. 1. Scriptura nuſpiam docet, *Deum habere fidem pro totâ legis juſtitiâ*. 2. fides noſtra eſt imperfecta, & ſi vel maximè eſſet perfecta, eſſet tantùm pars quædam legalis juſtitiæ. 3 Ergò fides imputatur ad juſtitiam, non qualitativè conſiderata, quaſi in Dei judicio in ſe ac per ſe tanti æſtimetur, ut propter illam Deus nos pronunciet juſtos, ſed conſiderata relativè, quatenus Chriſtum, qui eſt noſtra coram Deo juſtitia, apprehendit.

Pontificii explicationi noſtræ de *imputatione fidei ad juſtitiam* opponunt *exemplum Phineæ, cui opus ipſius ad juſtitiam imputatum dicitur Pſal. 106. v. 31. ubi imputationis fundamentum in ipſo Phineâ ſtatuitur*. Reſp. 1. factum Phineæ eſt ſingulare, non propoſitum ad

imitationem, ſed de imputatione fidei Abrahæ factâ dicit Apoſtolus, *quòd ſcripta ſit propter nos, quibus imputabitur*, Rom. 4. v. 23. De Phineâ dicit Pſaltes, *quòd imputatum ſit ei ad juſtitiam in generationem & generationem*: ſed de imputatione Abrahæ factâ dicitur v. 12. *quod pertineat non ad eos, qui per carnalem generationem ex ipſo deſcendunt, ſed qui veſtigia fidei ejus ſectantur*. 2. Apoſtolus v. 4. duplicem ſtatuit imputationem, *ſecundùm debitum*, & *ſecundùm gratiam*. Illa habet fundamentum in eo, cui fit imputatio: ſed fidei imputatio non pertinet ad priorem illam, ſed ad poſteriorem ſpeciem. 3. Pſaltes loquitur de facto & opere Phineæ, ac de juſtitiâ facti. Quia enim factum illud externa ſpecie erat truculentum, & cum vitio aliquo conjunctum, ideò opus habuit divinâ approbatione & declaratione juſtitiæ. Apoſtolus autem loquitur de credentibus, quibus ſine operibus fidem ad juſtitiam imputari docet, ac de juſtitia perſonæ. 4. Ex uno aliquo facto non poteſt homo coram Deo juſtificari, quia lex requirit perfectam & omnibus numeris abſolutam obœdientiam, proinde factum Phineæ non potuit reputari pro Juſtitiâ perſonæ coram Deo. 5. Res ipſa oſtendit, inter imputationem facti heroici, & imputationem fidei eſſe evidens diſcrimen. Phineæ factum reputatum eſt ei ad juſtitiam, h. e. habitum eſt à Deo pro juſto. Chriſti verò juſtitia non eo modo nobis per fidem imputatur, ut habeatur pro juſta, ſed ut nobis adſcribatur, ut cenſeatur noſtra coram Deo juſtitia.

Καὶ ἐλογίσθη. Geneſ. 15. verſ. 6. habetur verbum activum וַיַּחְשְׁבֶהָ *& imputavit*. Apoſtolus LXX. Interpp. ſecutus rectè reddidit in paſſivo, *& imputatum eſt ei*.

v. 4. Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα.

v. 5. Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην.

Ut ὁ ἐργαζόμενος eſt, *qui operatur*, non ſimpliciter, ſed cum conditione & intuitu mercedis, qui ſuo labore aliquid promeritus eſt: ita ὁ μὴ ἐργαζόμενος non eſt, qui omninò nihil operum habet

habet aut facit, ſed qui, cùm faciat, iis non confidit, nec in ſuis operibus juſtitiæ coram, Deo valentis, laudem quærit, ſed gratis per fidem ſe juſtificari credit. **Luth. dem der da nicht mit Werckẽ umbgehet.** Abraham *operatus erat* & *operabatur*, ſed non operabatur, quomodo operandum eſt, ut quis juſtificetur apud Deum. Itaque dicitur *non operans*, quia etſi operibus abundabat bonis, tamen hæc opera nullius momenti erant, aut eſſe poterant, ut ille reconciliaretur Deo.

Apoſtolus ſic opponit *credentem*, & *operantem*, ut ille intelligatur non operans. Non quidem, quòd nullo modo operetur, ſed quia non ea operetur, ex quibus juſtus eſſe poſſit, videlicet quòd oporteret nunquam peccare.

Si operanti merces non imputatur ex gratiâ, ſed ex debito, conſequens videtur, quando bonis renatorum operibus merces promittitur, non mercedem gratiæ, ſed debiti intelligendam eſſe. Reſp. Quando Apoſtolus dicit, *mercedem dari operanti, non ex gratiâ, ſed ex debito*: per *operantem* intelligit eum, qui ſuo labore verè aliquid promeretur, cujus opera verè ſunt meritoria, ubi ſc. inter opus & mercedem eſt juſta proportio; eo in caſu operanti nihil datur ex gratiâ, ſed perſolvitur, quod debetur. Quando autem bonis renatorum operibus *merces* promittitur, tunc opera illa non ſunt, nec dici poſſunt *meritoria*, cùm nulla ſit proportio vel comparatio inter opera renatorum, & præmia infinita illis promiſſa, ergò ea non eſt merces debiti, ſed gratiæ.

Smalc. in lib. de ſatisf. Chriſti p. 219. *Verba Pauli, operanti merces datur ſecundùm debitum, accipienda ſunt, ſi promiſſio accedat.* Reſp. aliud eſt *debitum promiſſionis*, quod impropriè ſic dicitur, cùm promiſſio in ſe ſit gratuita; aliud verò *debitum juſtitiæ*. Apoſtolus hîc loquitur non de debito promiſſionis, quod etiam in mercede gratiæ locum habere poteſt, ſed de debito juſtitiæ.

Duplicem Apoſtolus h. l. ſtatuit imputationem, unam *ſecundùm debitum*; alteram *ſecundùm gratiam*. Imputatio ſecundùm debitum reſpicit operantem; imputatio ſecundùm gratiam reſpicit credentem. Illa fundamentum habet in ipſo homine, cui fit imputatio; hæc fundamentum habet non in eo, cui fit imputatio, ſed in gratiâ, miſericordiâ & favore imputantis.

Piſcator negat *priorem imputationis ſpeciem*, ideò ſubintelligit in parte poſteriore v.4. verbum δίδοται. Pontificii negant *poſteriorem imputationis ſpeciem*. inde *imputatam Chriſti juſtitiam* exibilant. Sed evidentia textus Apoſtolici utramque imputationis ſpeciem comprobat.

Per ἀσεβῆ non intelligitur impius, in ſuâ impietate ſine pœnitentiâ ſecurè perſeverans, Prov.17. v. 15. ſed ex eâ per pœnitentiam & fidem eluctans. Is coram Dei judicio per imputatam Chriſti juſtitiam juſtus cenſetur, & à peccatis abſolvitur, quia per ſatisfactionem Chriſti pro ipſius delictis facta eſt compenſatio: talis igitur homo pœnitens & credens, in ſe quidem impius eſt & peccator, in Chriſto verò per fidem eſt juſtus.

v. 6. Καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων.

Exemplo Abrahæ conjungit Apoſtolus teſtimonium Davidis. 1. *ut in ore duorum vel trium teſtium conſiſtat omne verbum*. Deut. 19.v.15. 2. quia de Davide, cui peculiariter facta erat promiſſio Meſſiæ, æquè ac de Abrahamo Judæi gloriabantur. 3. quia David erat *vir ſecundùm cor Dei*. Quòd ſi ergò ipſe de ſe teſtatur, quòd juſtificatus fuerit fide, & non ex operibus, multò magis idem de reliquis ſtatuendum.

Argumentum Apoſtoli hoc eſt. *In quo conſiſtit hominis μακαρισμὸς, in eo etiam conſiſtit ejusdem juſtificatio. Atqui μακαρισμὸς hominis conſiſtit in imputatione juſtitiæ, teſte Davide. Ergò etiam juſtificatio conſiſtit in imputatione juſtitiæ, per fidem* ſcilicet in v.3.& 5. præced. docuerat, *& quidem ſine operibus*.

David dicit, μακαρισμὸν illius hominis eſſe, h.e pronunciat illum hominem beatum eſſe.

Obſerva autem, μακαρισμὸν ac δικαίωσιν ab Apoſtolo hîc accipi ut ἰσοδυναμοῦντα, ergò non ſunt aliæ cauſæ juſtificationis & ſalvationis, ſed omninò eædem.

Per τὴν δικαιοσύνην negant Pontificii intelligendam eſſe *Chriſti juſtitiam*, ſed contrarium patet ex hoc disjuncto. Aut noſtra inhærens & actualis, aut Chriſti juſtitia hoc loco intelligenda. Prius dici nequit.

1. Quia juſtitia, quæ coram Deo valet, oportet ut ſit perfecta, ac toti legi conformis, cùm Deus ſit judex juſtus, judicans ſecundùm veritatem. Atqui inhærens & actualis noſtra juſtitia eſt imperfecta.

2. Quia juſtitia illa, de quâ Apoſtolus loquitur, dicitur nobis imputari. Atqui inhærens juſtitia nobis non imputatur, ſed infunditur, ut loqvuntur.

3. Quia juſtitia illa, quæ nobis imputatur, non eſt noſtra, Rom. 10. v. 3. Philip. 3. v. 9. Atqui inhærens & actualis juſtitia eſt noſtra, illa ratione ſubjecti; hæc ratione actus, ſi non ex toto, tamen ex parte.

4. Quia imputatio illa juſtitiæ fit *ſecundùm gratiam* v. 4. Atqui inhærens juſtitia *non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum*. v. 5.

5. Quia juſtitia illa, quæ nobis imputatur, *manifeſtata eſt ſine lege* Rom. 3. v. 21. undè dicimur *juſtificari ex Evangelio, non ex lege; credendo, non operando; fide, ſine operibus; ex gratiâ, non ex operibus.* Atqui juſtitia inhærens pertinet omninò ad legem, conſiſtit enim præcipuè in caritate, quæ eſt legis πλήρωμα, Rom. 13. v. 10.

6. Juſtitia, quæ nobis imputatur, quaque coram Deo juſtificamur, eſt in Chriſto, ac fit noſtra per imputationem, ſicut *Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum* per imputationem, 2. Cor. 5. v. 21. At juſtitia inhærens non eſt in Chriſto, ſed in nobis.

7. Imputatio juſtitiæ definitur ab Apoſtolo per *remiſſionem peccatorum* v. 8. At inhærens juſtitia non eſt ipſa remiſſio, ſeu non imputatio peccatorum.

8. Juſtitia, quæ nobis imputatur, conſideratur *abſque operibus.* Rom. 3. v. 28. At inhærens juſtitia non conſideratur absque operibus. Manet ergò poſterius. Λογίζεσθαι reſpondens Hebræorum חשׁב, quo etiam Syrus h. l. utitur, ſignificat *acceptum ferre, imputare.* Imputatio illa juſtitiæ. 1. non eſt nuda opinio ac putativum aliquod figmentum, ſed vera & realis actio. Dari autem realem aliquam & veram imputationem, quæ fundamentum habet non in imputante, ſed in eo, cui fit imputatio, patet ex 1. Reg. 1. v. 21. Marc. 15. v. 28. Rom. 2. v. 26. Ad Philem. v. 8.

2. fundamentum ejus eſt in judicio & voluntate Dei imputantis, non in nobis, in quibus eſt contrarium fundamentum, non ad juſtitiam, ſed ad iram, ſi Deus nobiſcum vellet in judicium intrare. 3. non eſt realis alicujus vel habitus, vel qualitatis, vel actus infuſio, ſed realis applicatio juſtitiæ Chriſti extra nos præſtitæ, per fidem autem nobis adſcriptæ. 4 cum hac *imputatione juſtitiæ Chriſti* conjuncta eſt *non imputatio peccati*. Chriſtus pro peccatis noſtris perfectè ſatisfecit, ac noſtri loco perfectam obœdientiam legi præſtitit: hæc ſatisfactio & obœdientia Chriſti fit noſtra per imputationem. 5. In hac imputatione fit duplex actio. Prior eſt DEI, qui nobis credentibus Chriſti ſatisfactionem h. e. legis impletionem, & pœnæ peccatis noſtris debitæ perſolutionem imputat, ac noſtram ducit, perinde ac ſi nos ipſi legem implevisſemus, & pro peccatis noſtris debitas pœnas luisſemus; poſterior eſt noſtra, tunc enim Chriſti ſatisfactio nobis imputatur & applicatur, cùm firmiter ſtatuimus, nos propter Chriſtum in gratiam à DEO recipi, peccata nobis remitti, & juſtos nos reputari. 6. *Imputatio* conſideratur vel *ratione perſonæ*, cui fit imputatio; vel *ratione rei*, quæ imputatur. Quando noſtrum peccatum Chriſto, & Chriſti juſtitia nobis imputari dicitur, 2. Cor. 5. v. 21. tunc peccatum noſtrum, quod eſt in nobis & non in Chriſto, Dei decreto & æſtimatione transfertur ad Chriſtum, i. e. æſtimatur, ac ſi eſſet in Chriſto; & viciſſim juſtitia Chriſti, quæ eſt in Chriſto & non in nobis, Dei decreto & æſtimatione transfertur ad nos i. e. æſtimatur & acceptatur ac ſi eſſet in nobis. 7. *Duo ſunt imputationis hujus, quæ fit in juſtificatione, modi*. Unus *στερητικὸς privativus*, eſtque rei, quæ in homine exiſtit & imputari poterat, non imputatio, & conſiſtit in oblivione & non annotatione peccati, ac dimisſione reatus: alter *θετικὸς poſitivus*, eſtque rei, quæ in homine non exiſtit, quamq; non promeruit, ac ſi in ipſo exiſteret, attributio: quando ſcilicet Deus pro verè juſtis nos habet propter Chriſti obœdientiam, cùm tales inhæſivè per nos & in nobis non ſimus. 8. Cum Deus dicitur nobis *imputare juſtitiam*, dupliciter id accipi debet. Primò *ratione cauſæ*. Secundò *ratione effectus*. Iſta enim locutio primò indicat, juſtitiam Chriſti credenti transſcribi

ſcribi, ſicut noſtra injuſtitia Chriſto eſt transſcripta. atque hæc eſt propria juſtitiæ noſtræ coram Deo cauſa. Secundò, monſtrat effectum, nempe aliquem haberi juſtum, qui in ſe per inhærentem juſtitiam perfectam non ſit talis, ſicut Chriſtus habebatur pro injuſto, qui ſubjectivè & inhæſivè talis non erat.

v. 7. Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.

v. 8. Μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.

Sub finem verſ. proximè præcedentis ſubintell. participium εἰπών, quod exprimit Syrus כד אמר·

ἄφεσις τῶν ἀνομιῶν deſcribitur à Davide & Apoſtolo per *ἐπικάλυψιν τῶν ἁμαρτιῶν*, ac quando Deus peccata remittit, dicitur ea *μὴ λογίζεσθαι non imputare*. Ergò *remiſſio peccatorum* non ſignificat totalem eorum deletionem, ita ut nullæ eorum in carne ſuperſtites maneant reliquiæ, ſed plenam & perfectam reatus ſolutionem denotat. Quod ipſum etiam patet ex his fundamentis, Scripturâ teſtatur 1. *in carne renatorum adhuc habitare peccatum*, Rom.7.v.14. 2. *in renatis manere luctã carnis & Spiritus*, Gal.5.v.17. 3. *interiorem hominem in renatis quotidianâ renovatione adhuc indigere*, 2.Cor.4. v.16. ac proinde renovationem eorũ nondum eſſe perfectã. 4. *ſanctos neceſſe habere, ut quotidiè pro peccatorũ remiſſione orent*, Pſ.32.v. Matth.6 v.11 Joh.1.v.8. 5. etiam fideliũ liberos *naſci in & cum peccato originali*, Pſ.51.v.7. Joh.3.v.6. Eph.2.v.3. 6. infantes baptizatos *morbis & morti adhuc obnoxios eſſe*. Rom.5.v.12. 7. renatos moneri, *ut pedes ſuos lavent*, Joh.13 v.10. *vetus fermentũ expurgent*. 1.Cor.5.v.7. *ab omnib inquinamentis carnis & Spiritus ſeſe mundent*, 2.Cor.7.v.1. *carnẽ cum ſuis concupiſcentiis crucifigant*, Gal.5.v.24.

Exceptiones Pontificiorum. 1. כָּסָה *idem eſt quod* נָשָׂא *tollere, delere, auferre, cùm pro æquipollentibus hæc vocabula habeantur.*

Reſp. כסה nuſpiam aliter in Scripturis accipitur, quàm pro *tectione ejus, quod adhuc præſens eſt*, unde Paulus, LXX. Interpp. ſecutus, reddidit per ἐπικαλύπτειν. Prov.10.v.12. 1.Pet.4 v 8 *caritas tegit delicta*, non autem penitùs delet ac abolet. Verbum נשא Apoſtolus hòc loco reddidit per *ἀφίημι, dimitto, condonò, liberò debito*, quo modo etiam redditur Pſal.85.v.3. Ergò ſublatio reatûs hoc verbo ſignificatur, non totalis deletio. Gen.4.v.12. c.50. v.17. Num.14.v.19.

2. DEO

2. DEO *nihil poteſt tegi, niſi penitùs deleatur.* Bell. 2. de Juſt. c. 9. *Si peccata teguntur, Deus aut videt illa, aut non videt. Si videt, quomodo in conſpectu ejus tecta ſunt? Si non videt, quomodo ſtat Apoſtolicum illud, omnia nuda & aperta oculis ejus?* *Hebr.4.v 13.* Becanus de Juſtif. cap. 1.

Reſp. 1. *peccata in conſpectu* Dei dicuntur *tegi*, non propriè ſed ἀνθρωποπαθῶς. Quemadmodum enim maculæ teguntur injectâ veſte, ſic peccata noſtra corã Dei judicio teguntur Chriſti juſtitiâ. Quemadmodum propitiatorium tegebat tabulas Decalogi in arcâ repoſitas: ſic Chriſti juſtitia peccata noſtra contra legem commiſſa. 2 Senſus ergò hic eſt. peccata dicuntur coram Dei judicio tegi, quando Deus ea non imputat, non autem quòd nullâ planè ratione ea videat. 3. Dicitur *Deus obliviſci peccatorum noſtrorum*, Ezech. 18. verſ. 22. *projicere ea in profundum maris*, Mich. 7. v. 19. *non obſervare iniquitates* Pſal. 130. v. 3. *poſt tergum peccata rejicere* Eſai. 38. v. 17. *ea à nobis elongare* Pſal. 103. v. 12. *abſcondere faciem ſuam à peccatis*, Pſal. 51. v. 11. quæ omnia ἀνθρωποπαθῶς de ſolutione reatus, loquuntur. Si quis verò ea propriè accipere velit, & ex illis inferre totalem & omnimodam peccati abolitionem, multis ſe involvet abſurditatibus.

Auguſt. in Pſal. 31. *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Non in quibus non ſunt inventa peccata, ſed quorum tecta ſunt peccata. Cooperta ſunt peccata, tecta ſunt, abolita ſunt. Si texit peccata Deus, noluit advertere. Si noluit advertere, noluit punire; noluit cognoſcere, maluit ignoſcere.* Et poſtea. *Nec ſic intelligatur quod dixit. Peccata cooperta ſunt, quaſi ibi ſint & vivant (quaſi ibi ita ſint, ut adhuc vivant) Tecta ergò peccata quare dixit? ut non viderentur. Quid enim erat Dei videre peccata, niſi punire peccata?* Idem tract. 41 in Joh. *Nunquid quia deleta eſt iniquitas, nulla remanſit infirmitas? Si non remanſiſſet, ſine peccato viveremus. Quis verò audeat hæc dicere?*

V. 9. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομήν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γάρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην.

Sequitur applicatio exempli initio capitis producti. Apoſtolus enim confirmare incipit, non Judæis tantùm, ſed etiam genti-

gentibus eodem modo, quo Abrahamo imputata eſt juſtitia, juſtitiam à Deo per fidem imputari.

Subintelligenda in priore verſiculi & oppoſitionis parte particula excluſiva *tantùm*. *Num in circumciſionem tantùm, an etiam in præputium iſta beatificatio ſc. cadit, i. e. num modus ille juſtificationis tantùm ad Judæos, an vero etiam ad gentes ſpectat?* Reſpondet Apoſtolus ex conſideratione circumſtantiæ temporis, quo Abrahæ fides ad juſtitiam dicitur imputata, videl. ante ſuſceptam circumciſionem, quòd ad utrosque ſpectet.

V. 10. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ.

Πῶς i. e. *in quo ſtatu*, ut ex verbis præcedentibus intelligitur. Quòd autem Abrahamo nondum circumciſo juſtitia fuerit imputata, monſtrat ſeries Hiſtoriæ Moſaicæ. Gen. 15. v. 6. cap. 17. v. 10.

V. 11. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην.

Senſus hic eſt. Accepit quidem Abraham circumciſionem, quæ erat ſignum fœderis, ſed circumciſio non juſtificavit eum, quia juſtus erat ante ſuſceptam circumciſionem. Fuit autem *circumciſio ſignaculum juſtitiæ fidei, quæ fuerat in præputio*, i. e. fuit obſignatio & confirmatio divini illius beneficii, quòd eſſet gratis ex fide in futurum Meſſiam juſtificatus etiam tum, cùm adhuc haberet præputium, ut hâc ratione ſit *pater omnium credentium in præputio, ut imputetur etiam ipſis juſtitia*, h. e. pronunciavit Deus Abrahamum juſtum ante circumciſionem, ut ſit pater eorum ſpiritualis, qui adhuc habent præputium, ſicque illi exemplo Abrahæ in Chriſtum credant, & per fidem juſtificentur.

Σημεῖον περιτομῆς ἔλαβε. *Accepit circumciſionem, quæ erat ſignum* ſcil. *fœderis*, quo modo etiam reddidit Syrus, quæ explicatio congruit cum verbis inſtitutionis Geneſ. 17. verſ. 11. *hoc erit ſignum fœderis.*

Voce σφραγῖδ@- 1. occurrit Apoſtolus quæſtioni, *quare Abrahamus acceperit circumciſionem, cùm jam antè juſtitia ipſi fuerit imputata.*

2. Exponit. qualc *ſignum* fuerit *circumciſio*, videl. non *merè ſignificans*, ſed *obſignans* & *confirmans*. Inde Syrus particulam ἐξηγητικὴν inſeruit. *Signum accepit ipſam circumciſionem & ſigillum juſtitiæ, fidei.* h. e. *quæ circumciſio vel quod ſignum erat ſigillum juſtitiæ*, quo modo etiam quidam Interpp. rectè reddiderunt.

Origines in h.l. ſtatuit, *circumciſionem vocari ſignaculum juſtitiæ fidei, quia claudebat & obſignabat juſtitiam fidei, quæ ſuo tempore patefacienda erat.* Reſp. Hæc expoſitio non congruit textui Apoſtolico, quia Abrahamus non futuram demum ſperabat fidei juſtitiam, ſicut adventum, incarnationem & paſſionem Meſſiæ expectabat: ſed juſtitiæ illius per fidem verè particeps reddebatur, ut Apoſtolus in v. præced. docet, & in ſignaculum juſtitiæ fidei circumciſionem ſuſcipiebat.

Chryſoſt. & Theoph. ſtatuunt, *circumciſionem ideò vocari ſigillum juſtitiæ fidei, quia fuit data Abrahamo in ſignum & teſtimonium juſtitiæ, quam acquiſierat per fidem.*

Lyranus in h. l. *Abraham accepit circumciſionem, ut eſſet ſignaculum juſtitiæ latentis in mente.*

Τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. Poteſt & ad *juſtitiam* tanquam remotius, & ad *fidem*, tanquam propinquius referri. Lutherus retulit ad propinquius, **welchen Glauben er noch in der Vorhaut hatte.** Res utrobique eodem redit, quia juſtitia & fides ſunt indivulſo nexu conjuncta.

Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας.

Abraham eſt *pater credentium*, non cauſaliter & effectivè, nec naturali generatione, ſed exemplariter reſpectu juſtitiæ fidei & veræ pietatis, 2. Reg. 2. verſ. 12. eſt pater non generationis, ſed imitationis.

Nota ſignificationem particulæ διὰ pro ἐν, qualem etiam obtinet 1. Tim. 2. v. 15. *ſalvabitur* διὰ τῆς τεκνογονίας i. e. ἐν τῇ τεκνογονίᾳ.

'Εἰς

Εἰς τὸ λογισθῆναι, καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην, *ut ipſis etiam juſtitia imputetur* i. e. ut ipſi quoque eodem modo, quo Abrahamus, fide ſc. in Chriſtum juſtificentur.

Colligimus ex hoc loco contra Pontificios.

1. Circumciſionem fuiſſe ſalutare medium, per quod exhibita, & credentibus applicata, & obſignata fuit gratia. Circumciſio enim non ſolùm Abrahæ & domeſticis ejus adultis, ſed etiam Iſaaco & reliquis infantibus Iſraeliticis fuit adhibita, utiq; ergò etiam illis fuit ſignaculum juſtitiæ fidei. Jam verò non per nativitatem carnalem, ex quâ fuerunt *filii iræ*, Epheſ. 2. v. 3. nec per auditum verbi fidem & regenerationem acceperunt. Ergo ut per circumciſionis Sacramentum eam adepti fuerint, neceſſe eſt.

Excipiunt, *circumciſioni non fuiſſe annexam promiſſionem remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ, quia Abraham, cui primùm imperata eſt circumciſio, juſtiſſimus fuit ante ejus ſuſceptionem, Gen. 12. Rom. 4.* Bellarminus lib. 2. de Sacramentis cap. 17.

Reſp. Hæc exceptio apertis tibiis contradicit Davidi, Paulo & ipſi Chriſto. David pronunciat *omnes Sanctos indigere peccatorum remiſſione*, Pſ. 32. v. 6. Paulus docet, *Abrahæ, in medio bonorum operum curſu conſtituti, juſtificationem conſiſtere in remiſſione peccatorum*, Rom. 4. v. 7. Chriſtus *quotidianâ peccatorum remiſſione* omnes renatos indigere teſtatur Matth. 6. verſ. 12. Ergo non licet ita colligere. Abrahamus fuit juſtus ante circumciſionem, proinde non indiguit promiſſione de remiſſione peccatorum, per Sacramentum circumciſionis confirmanda. Quamvis gratia Dei & juſtitia fidei non de novo per circumciſionem demum Abrahæ fuerit collata, eidem tamen itidem fuit organum conferens, reſpectu augmenti & confirmationis fidei cæterorumque donorum, quæ cum regeneratione cohærent. Declarari hoc poteſt exemplo verbi prædicati & Sacramenti Baptiſtici, quorum utrumque eſt efficax medium fidei excitandæ, generandæ, confirmandæ & augendæ, etiamſi verbum audiant & baptizentur quandoque illi, qui jam antè fide ſunt regeniti.

2. Sacramenta eſſe *σφραγῖδες ſigilla & ſignacula*, promiſſionem divinæ gratiæ credentibus exhibitam obſignantia. Sigilli enim proprium eſt teſtificari, confirmare & obſignare id, cui annectitur. Jam vero circumciſio vocatur h. l. *ſigillum juſtitiæ fidei*. Ergo obſignavit & confirmavit id, cui fuit annexum, videlicet promisſionem gratiæ: Quod autem de circumciſione dicitur, idem ad Sacramenta N.T. applicari poteſt, cùm in hoc fine generali Sacramenta invicem conveniant, ac major ſit Sacramentorum N. quàm V. T. efficacia.

Excipiunt Pontificii: 1. *Quæ de ſolâ circumciſione dicuntur, non poſſe referri ad omnia Sacramenta.* Reſp. ut in causâ efficiente, ita quoque in causâ finali genericâ omnia Sacramenta conveniunt: jam vero eſſe ſignaculum juſtitiæ fidei, pertinet ad finem circumciſionis.

2. *Circumciſionem vocari ſignaculum juſtitiæ fidei; non autem promisſionum divinarum.* Reſp. ſubordinata non ſunt ſibi invicem oppoſita. Divina promisſio & juſtitia fidei ſunt ſubordinata, cùm relatè ſeſe mutuò reſpiciant; fides nititur divinis promiſſionibus tanquam immoto fulcro; & divinæ promisſiones requirunt fidem, absque quâ nemini proſunt. Rom. 4. v. 13. Proinde & circumciſio, & reliqua Sacramenta propriè dicta dicuntur ſigilla juſtitiæ fidei, quod promisſio gratiæ iis velut ſigillo ad literas appenſo, confirmetur, ut quilibet credentium de eâ certior fieri posſit.

3. *Fuiſſe hoc privilegium ſolius Abrahæ, & non poſſe transferri ad alios, quaſi circumciſio in quocunque eſſet, teſtificatio eſſet illius juſtitiæ.* Reſp. convenit in hoc circumciſio, non quatenus ab Abrahamo fuit ſuſcepta, ſed quatenus divinitùs toti populo Iſraelitico fuit inſtituta, ut oſtendunt reliqua dicta, quæ de vi & efficaciâ circumciſionis loqvuntur. Unde Auguſt. lib. 8. de Bapt. contra Donat. cap. 24. ſtatuit, *etiam Iſaaco die octavo nativitatis circumciſo hoc Sacramentum fuiſſe ſignaculum juſtitiæ fidei.* Niſi circumciſio etiam reliquis Iſraelitis fuiſſet ſigillum fœderis & divinarum promisſionum, quomodo potuiſſent ex eâ efficaces conſolationes petere? 1. Sam. 17. verſ. 26. 36. cap. 14. v. 6. Concludimus igitur hoc modo. Ad quos ſpectat fœdus & promisſio

fœde-

fœderalis, ad illos etiam pertinet fœderis& promiſſionis ſignaculum. Jam verò non ſolùm ad Abrahamum, ſed etiam ad ſemen Abrahæ pertinet fœdus & promiſſio fœderalis. Geneſ.17. v.7. Ergo.

Unde ergo probant,ad ſolum Abrahamum hoc pertinere? Regerunt.

1. *Paulum hæc duo conjungere; quòd Abraham acceperit ſignum circumciſionis, & quòd fuerit pater omnium credentium. Jam vero poſteri Abrahæ non fuerunt patres omnium credentium.* Reſp. Apoſtolus proponit Abrahamum velut exemplar juſtificationis. Jam verò ad juſtificationem etiam pertinet obſignatio juſtitiæ fidei per ordinarium Sacramentum. Ergò ea non poteſt ad ſolum Abrahamum referri. Contrarium ex allato argumento probari nequit, aliàs eodem modo argumentari poſſemus. Apoſtolus hæc duo conjungit, quòd Abraham acceperit ſignum circumciſionis & quòd fuerit pater omnium credentium. Jam verò poſteri Abrahæ non ſunt patres omnium credentium. Ergo ad illos non pertinet ſignum circumciſionis. Quo conſilio & ſcopo Apoſtolus Abrahamum appellet patrem omniũ credentium; ex ſerie textûs manifeſtum. Invertimus ergo potiùs argumentum hoc modo. In quo Abrahamus proponitur ut pater credentium & exemplar juſtificationis; illud non poteſt ad ſolùm Abrahamum referri. Jam verò in eo, quòd juſtitia fidei per ordinarium Sacramentum circumciſionis fuerit obſignata, proponitur Abraham ut pater omnium credentium & ut exemplar juſtificationis. Ergo. Sacramenta inſtituta ſunt toti Eccleſiæ, ac una atque eadem ipſorum Natura eſt reſpectu omnium ac ſingulorum credentium. Proinde ut non alia circumciſio, nec alia fidei juſtitia, ita nec alia obſignatio promiſſionum fuit in Abrahamo, quàm in reliquis Iſraelitis credentibus. 2. *Paulum diſtinguere ſignum a ſignaculo, ut indicaret; circumciſionem omnibus eſſe ſignum, ſed non ſignaculum.* Reſp. oſtendimus ſuperiùs hæc duo ἐξηγητικῶς conjungi. Conſideratur circumciſio vel reſpectu infantum, vel reſpectu adultorum. Infantibus circumciſio fuit & ſignum & ſignaculum, non ſolùm potentiâ, ſed etiam actu: quia enim illi actuali impœnitentiâ & incredulitate non reſtiterunt Spiritui ſancto, ideò divina gratia in Sacramentis illis non ſolùm

fuit exhibita, ſed etiam infallibiliter applicata & obſignata. Sed reſpectu adultorum Sacramenta quibusdam tantùm, ſc. verè credentibus actu fuêre ſignacula, interim potentiâ omnibus fuere ſignacula, eo enim fine Deus Sacramenta diſpenſavit, ut omnibus offerret, & per fidem applicaret atq; obſignaret gratiæ promiſſionem, qui effectus quamvis per accidens non fuerit apud omnes ſecutus, tamen efficaciæ Sacramentorum, ratione actus primi conſideratæ, ex eo nihil decedit.

3. *Scriptura nuſpiam circumciſionem vocat ſigillum, niſi hoc loco, ubi de Abrahamo agitur, quod eſt argumentum manifeſtum, ſoli Abrahamo circumciſionem fuiſſe ſignaculum.* Reſp. Quod Abrahamo, quatenus credidit, tribuitur, illud omnibus credentibus rectè tribuitur: nam inde atque ideo Abraham dicitur *pater omnium credentium.* Jam vero Abrahamo, quatenus credidit, tribuitur, quòd circumciſio ipſi fuerit ſignaculum juſtitiæ fidei. Ergo id omnibus, qui tempore V. T. veſtigia fidei ejus ſectati ſunt, rectè tribuitur, quòd ſc. circumciſio ipſis fuerit ſignaculum juſtitiæ fidei, ſicut credentibus in N. T. Baptiſmus eſt tale ſignaculum.

V. 12. Καὶ πατέρα περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ.

Sicut in præcedente verſiculo applicuit Abrahæ exemplum ad credentes incircumciſos ſive gentiles, ita in hoc verſiculo illud applicat ad credentes circumciſos ſive Judæos, quorum itidem pater ſit Abraham, ſed ſi inſiſtant veſtigiis ipſius fidei. Hoc ergo Apoſtolus vult dicere: Sicut Abraham eſt pater credentium ex gentilibus, quia in præputio ipſi imputata eſt Juſtitia: ita quoque idem eſt pater credentium ex Judæis, quia circumciſionem ſigillum Juſtitiæ fidei accepit.

Τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι πίστεως, *qui incedunt veſtigiis fidei*, i. e. qui imitantur fidem Abrahæ, atque hac ratione quaſi veſtigiis ejus incedunt, dum ad exemplum fidei illius credunt.

Πίστις ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ vocatur *fides*, quam habuit Abraham ante ſuſceptam circumciſionem, quod non ſine cauſa toties incul-

inculcat Apoſtolus contra eos, qui ex circumciſione & operibus juſtificari coram Deo volebant.

Obſerva, genuinos Abrahæ filios ſic deſcribi, quòd non ſolùm ſint ἐκ περιτομῆς naturales ipſius filii, & *in carne* exteriùs *circumciſi*, ſed etiam *veſtigiis fidei ejus inſiſtant*.

v. 13. Ὀυ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως.

Quidam referunt ad *principalem propoſitionem. Abrahamus hæreditatem vitæ æternæ conſecutus eſt non per legem, ſed per fidem in Dei promiſſionem. Ergo eodem modo juſtificantur & ſalvantur ipſius poſteri, videlicet non per legem nec opera legis, ſed per fidem.* Quidam vero referunt ad verſum *proximè præcedentem, ut ſic reddatur ratio, cur Abrahæ ſemen non ex carnali ab eo propagatione, ſed ex fide ſit æſtimandum, quia videlicet Abraham ipſe credendo ſit factus ejus promiſſionis particeps, quâ factus eſt pater omnium gentium.*

Ὀυ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ, ſcil. δέδοται vel γέγονε, data eſt ſive obtigit. Inde Syrus addidit verbum הוא διὰ νόμου *per juſtitiam legis*, ut apparet ex antitheſi mox ſubjectâ, *ſed per juſtitiam fidei.*

Quidam exponunt διὰ νόμου, *ſub conditione faciendi opera legis*, quæ expoſitio eodem cum priore recidit, quamvis prior textui magis congrua ſit.

Per τὸν κόσμον Salmeron, Cornelius à Lapide, Beza, Paræus &c. intelligunt *fideles in mundo, cùm in v. 11. Abraham vocetur pater omnium credentium.*

Reſp. 1. Abraham non eſt hæres, ſed *pater credentium*. Ergo nomine *mundi*, cujus hæres Abraham dicitur factus, non poſſunt intelligi fideles in mundo. 2. Nomen *mundi* in Scripturis non accipitur pro ſolis in mundo fidelibus, ſed vel promiſcuè ac generaliter pro omnibus in mundo hominibus, vel in ſpecie pro impiis & incredulis.

Quidam

Quidam nomine *mundi* intelligunt *beneficia ſpiritulia fide acceptа. 1. Quia Sancti, qui his beneficiis fruuntur, ſunt in toto orbe diffuſi. 2. regnum Chriſti, in hiſce beneficiis conſiſtens, eſt in univerſo mundo. 3. beneficia illa prædicatione Evangelii in toto mundo fuére circumportata. 4. hæc beneficia mundum univerſum non ſolùm æquant, ſed etiam ſuperant. 5. omnia, quæ mundus habet, propriè ſunt fidelium, quippe qui ſoli illis rectè utuntur. 6. Scriptura ſub nomine typi rerum mundanarum de beneficiis ſpiritualibus loquitur.*

Quidam nomine mundi intelligunt *Chriſtum, cui data eſt hereditas mundi Pſ. 2. v. 8. cujus coheredes ſunt ſancti.*

Sed *mundi* nomine vel beneficia Chriſti in mundo diſtributa, vel Chriſtum ipſum mundi Salvatorem intelligi, in Scripturis vix occurret.

Simpliciſſimè ergo per *mundum* intelligitur *hereditas cæleſtis*, per poſſeſſionem terræ Canaan, tanquam præſtantiſſimæ mundi partis adumbrata, quæ interpretatio colligitur 1. ex verſ. ſeq. ubi circa nomen *κληρονόμοι*, *vitæ æternæ hereditas* ſubintelligenda. 2. Ex eo, quòd Hebr. 6. v. 5. cæleſtis hereditas vocatur *μέλλων αἰών*. 3. quod Apoc. 21. v. 1. eadem vocatur *cælum novum & terra nova.*

v. 14. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου, κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία.

Οἱ ἐκ νόμου ſc. εἰσί, qui legem perfectè implent, & ex operibus juſtificari quærunt.

κληρονόμοι ſc. *vitæ æternæ*, quæ hereditas cum juſtificatione eſt conjuncta, ſiquidem fide juſtificati in filios Dei adoptantur, & heredes vitæ æternæ ſcribuntur.

Promiſſio Evangelii non apprehenditur operibus, ſed fide. Juſtitia eſt ex promiſſione Evangelii. Ergò, juſtitia non eſt ex operibus, ſed ex fide. Si non niſi illi, qui legem perfectè implent, heredes vitæ æternæ eſſe poſſunt, inanis facta eſt fides & promiſſio inefficax eſt reddita & abolita. Ratio connexionis eſt, quia nemo perfectè implet legem, quòd ſi ergo promiſſio penderet ex conditione operum & perfectæ obœdientiæ, nemini quicquam prodeſſet ad ſalutem.

v. 15.

v. 13. Ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις.

Confirmat Apoſtolus, hereditatem non eſſe ex lege. Quibus enim Deus iraſcitur, illis non confert vitæ æternæ hereditatem: ſed illis tantùm, quos ex gratiâ in filios adoptavit. Exponit etiam ſimul rationem, quare promiſſio non poſſit ex lege & legis operibus apprehendi, quia lex cùm à nullo obſervetur, non affert υἱοθεσίαν, nec hereditatem cœleſtem, ſed potiùs iram denunciat.

Lex *κατεργάζεται ὀργὴν*, *maledictionem & pœnam* non ſolùm denunciat, ſed etiam efficaciter operatur, 1. perfectam, in hujus vitæ infirmitate poſt lapſum homini impoſſibilem, obœdientiam requirendo. 2. Peccata monſtrando. 3. Maledictionem denunciando. 4. Conſcientiæ terrores excitando. 5. Pondere ſuo ad infernum usque hominem deprimendo. Hoc tamen per accidens legi tribuitur, quatenus homines peccatis eam transgrediuntur. In ſe enim ac per ſe eſt verbum vitæ & ſalutis.

Lutherus addidit excluſivam. Das Geſetz richtet nur Zorn an. Pontificii eum hoc nomine tanquam falſatorem textus Biblici perſtringunt. Sed Lutherus emphaticè voluit mentem Apoſtoli exprimere. Quæſtio hîc tractatur ab Apoſtolo, *an juſtificatio ſit ex lege, an ex fide*; ad quam reſpondet, *non eſſe ex lege, quia lex iram operetur*. Quia ergo lex non juſtificat, ſed iram operatur, rectè addi potuit in hac immediata oppoſitione parti poſteriori excluſiva, quòd lex tantùm iram operetur, quia hæc duo immediatè ſibi invicem opponuntur, *juſtificare*, i. e. à peccato abſolvere; & *iram operari*, i. e. peccatum accuſare & damnare.

Ubi non eſt lex, ibi non eſt transgresſio.

Hoc accipiendum generaliter, ubi non eſt lex, nec interiùs cordi inſcripta, nec exterius homini promulgata.

Photiniani ex eo negant *peccatum originis*. Reſp. Apoſtolus non dicit, *ubi non eſt legis cognitio, ibi non eſt peccatum*, quia dantur etiam peccata ignorantiæ; ſed ſic loquitur, *ubi non eſt lex, ibi non eſt peccatum*. *Infantes ſunt ſine lege*, i. c. ignorant legem

Rom. 2. v. 12. *& non ſunt ſine lege* i. e. non ſunt liberi ab accuſatione, quâ lex omnem ἀνομίαν arguit ac damnat.

V. 16. Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν.

Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ſcil. eſt hereditas, ex v. 13.

Quia juſtitiam & vitæ æternæ hereditatem ex lege non poſſe nobis obtingere oſtenderat, infert, eam eſſe ἐκ πίστεως.

Ἵνα κατὰ χάριν. Syrus addidit בְּטַיבוּתָא, *ut per gratiam juſtificemur.* Rectiùs ad promisſionem refertur, quæ dicitur κατὰ χάριν, quia eſt promisſio gratiæ, ac gratuitò facta.

Εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν. Si enim ex operibus eſſet juſtificatio, promiſſio non eſſet nobis firma, ſed potiùs foret irrita, quia opera non ſunt perfecta, nec plenè ſatisfaciunt legi.

Obſerva: *promisſioni hic tribui certitudinem & firmitatem,* non ſolùm *ratione ſui*, quòd ob veritatem & omnipotentiam promittentis ſit certa, ſed etiam *ratione noſtri*, quòd nobis quoque firmiſſima & certisſima ſit, quatenus eam fide amplectimur, nobisque applicamus. Utique ergo fides promisſionem apprehendens, & in eá fiducialiter recumbens, eſt fiducia, dubitationi penitus oppoſita.

Παντὶ τῷ σπέρματι, h. e. omnibus filiis ac poſteris Abrahæ, videl. omnibus credentibus, quia v. 11. Abrahamum vocaverat patrem omnium credentium.

Οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον. Credentes ex Judæis vocantur ſemen Abrahæ ἐκ τοῦ νόμου, ob legem circumciſionis, cui ſubjecti erant, adjunctam nihilominus fidem obtinentes.

Credentes ex gentilibus vocantur ſemen Abrahæ ἐκ πίστεως, quia ſolâ fide Abrahamum referebant, utpote incircumciſi.

Senſus igitur eſt, ideò ex fide, ut ſit firma promisſio non ſolùm iis, qui credunt, & ſimul circumciſi ſunt, ſed etiam illis, qui

qui absque circumciſione ſolius fidei reſpectu inter Abrahæ filios cenſentur.

v. 17. (Καθὼς γέγραπται. ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε) κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.

Verba illa *κατέναντι θεοῦ* pertinent ad verſ. præced. unde etiam includuntur *παρενθέσει* in Græco textu. *Abraham pater eſt omnium noſtrûm, quomodo ? coram Deo,* i.e. non ſecundùm carnem, ſed juxta Dei conſilium & ordinationem, qui Abrahamum fide ſuâ nobis prælucere, noſque illius veſtigiis inſiſtere voluit.

Locus citatus extat Geneſ. 17. v. 4. quem locum ideò adducit Apoſtolus, ut probet, in ipsâ Circumciſionis inſtitutione Abrahamum vocari patrem etiam eorum, qui ex gentilibus credunt.

Particulam *κατέναντι θεοῦ*, Eraſmus, Chryſoſtomum & Theophylactum ſecutus exponit *ad exemplum*, ſeu *ſimilitudinem Dei*. Rectiùs exponitur *coram Deo*, ut ſignificet, ob cognationem ſpiritualem, quæ coram Deo locum habet, eique nos gratos reddit, non carnalem, Abrahamum vocari credentium patrem.

Οὗ ἐπίστευσε, cui credidit. Lutherus refert ad verba proximè præcedentia. Ich habe dich geſetzt zum Vater vieler Heyden für Gott/dem du gegläubet haſt. Eodem modo Syrus, *in quem credidiſti.*

Τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νέκρους. Per *vivificationem mortuorum* quidam intelligunt *gentilium ex ſpirituali morte peccati reſuſcitationem.* Sed rectiùs intelligitur propriè dicta reſurrectio corporalis, Hebr. 11. v. 9.

Quomodo Deus dicitur vocare τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα ; Quibusdam videtur Apoſtolus reſpicere ad dictum, quod ex Oſeâ recitat inferiùs cap. 9. v. 25. *Vocabo populum meum illum, qui non eſt populus.*

Sed quia abſolutè dicitur, vocat *τὰ μὴ ὄντα*, ideò rectiùs aſſeritur, quòd Apoſtolus reſpiciat ad articulum creationis.

in qua Deus juſſit *ex tenebris lucem ſplendeſcere & ἐκ τῶν μὴ ὄντων produxit creaturas*, 2. Cor. 4 verſ. 6. ſicque illuſtre omnipotentiæ ſuæ ſpecimen edidit.

V. 18. Ὃς παρ᾽ ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον: οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου.

Subjungit Apoſtolus deſcriptionem illius veræ & vivæ fidei, per quam coram Deo nos juſtificari hactenus docuit, videlicet quòd exemplo Abrahæ in potentia & benevolentia Dei firma fiduciâ acquieſcat.

Παρ᾽ ἐλπίδα, Syrus reddidit דְּלָא סַבְרָא *absque ſpe.* Luth. Da nichts zuhoffen war.

Credidit *in ſpem, ſupra ſpem* vel *præter ſpem*, cum non appareret, quod ſperare poſſet, ſperabat in rebus deſperatis, ſibi diffidens, Deo haut diffidens.

Vulg. reddidit, *contra ſpem in ſpem.* Contra ſpem Naturæ, in ſpem promisſionis divinæ; contra ſpem, quam ex conſideratione Naturæ rerum concipere poterat, credidit ſub ſpe, ſc. quam concipiebat ex conſideratione potentiæ divinæ & promisſionis ſibi factæ.

Heb. 11. v. 19. ſimiliter Abrahæ fides laudatur, quòd *crediderit Deum poſſe ex cineribus Iſaacum in vitam revocare.*

Εἰς τὸ γενέσθαι, *fore ut fieret.* Non credidit Abraham hoc fine aut conſilio, ut fieret pater multarum gentium, ſed credidit certò eventurum quod promittebatur, videlicet ſe fore patrem multarum gentium. Exprimitur igitur non finis fidei ratione intentionis, ſed objectum fidei ratione promisſionis, quo modo etiam Syrus reddidit. *Credidit; quòd futurus eſſet pater multitudinis gentium.*

Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. Subintellige, *ſicut ſunt ſtellæ cæli.* Locus extat Gen. 15. v. 5.

V. 19. Καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταέτης που ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας.

Non

Non eſt infirmus factus fide, nec conſideravit ſuum ipſius corpus jam emortuum. [illegible], *non infirmatus eſt fide, intuendo ac conſiderando corpus ſuum emortuum.* Syrus. *Cum conſideraret corpus ſuum &c.*

Emphaticè indicatur ſterilitas tum Abrahæ, tum Saræ. Corpus Abrahæ vocatur νενεκρωμένον, non abſolutè & ſimpliciter, ſed ſecundum quid, reſpectu ſc. potentiæ generandi. Saræ itidem tribuitur νέκρωσις τῆς μήτρας *mortificatio uteri*, ut ἀνεπιτηδειότης concipiendi ſignificetur.

Quomodo vero Abrahæ corpus vocatur emortuum, cum eſſet vix mediæ ætatis? complevit enim annos vitæ 175. Gen. 25. v.7.

Origenes in h.l reſpondet, *Abrahæ corpus fuiſſe naturaliter ad generandum adhuc idoneum, emortuum vero ſpiritualiter per donum continentiæ.* At textus non loquitur de ſpirituali mortificatione, ſed de naturali impotentia generandi.

Rectiùs ergo Auguſtinus reſpondet lib. 1. qq. in Geneſ. q. 35. *Emortuum corpus non ita intelligendum eſt, ac ſi omninò nullam vim generandi habere poſſet, ſi uxor juvenilis ætatis eſſet, ſed ſecundum hoc emortuum, ut etiam de provectioris ætatis muliere non poſſet, nam ideò de Cethura generare potuit, quia juvenem illam invenit.* Idem tamen lib. 16. de Civ. Dei cap. 28. addit, *quòd in generatione Iſaaci Abraham ſingulare donum generandi divinitus acceperit, quod poſtea etiam poſt Saræ obitum retinuerit.*

Ex verbo κατενόησε Pontificii inferre cupiunt, *Abrahæ fidem non fuiſſe fiduciam, quia conſiderare pertinet ad intellectum, non ad voluntatem.* Bellarm. lib. 1. de Juſtif. cap. 6.

Reſp. 1. Subordinata hæc ſunt, *fidem eſſe notitiam in intellectu, & fiduciam in voluntate.* Ergo ex eo, quòd fides ſit notitia & aſſenſus, non poteſt inferri, *quòd non ſit fiducia.*

2. Objectum ac fulcrum fidei Abrahæ ſtatuitur promiſſio Dei veracis & omnipotentis, hanc non ſolo aſſenſu, ſed etiam firmâ fiduciâ Abraham amplexus eſt, & *contra ſpem in ſpem credidit, nec hæſitavit diffidentiâ.* Ergo Abrahæ fides fuit immota talis fiducia, ut patet tum ex objecto, videlicet promiſſione: tum

tum ex oppoſito videlicet diffidentiâ; tum ex adjunĉto, videlicet πληροφορία.

v. 20. Εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ᾽ ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ.

Nomen τῇ ἀπιστίᾳ additum vel limitativè, ſi τὸ διακρίνεσθαι generaliter accipiatur pro disquiſitione; vel exegeticè, ſi ſpecialiter accipiatur pro dubicatione.

Οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ non hæſitavit, non diſceptavit *incredulitate*. Dicitur enim διακρίνεσθαι, qui in utramque partem propendet, dubius, quonam judicio ſuo inclinare debeat.

Syrus habet verbum אתפלג, quod per metaphoram, ad animam translatum, ſignificat, *in diverſas ſententias diviſum ſuiſſe*, ſicut Poeta de ejusmodi diviſione canit.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

Atque animum celerem, nunc huc nunc dividit illuc.

Matth. 14. verſ. 31. Marc. 11. v. 23. Reſpondet hoc verbo Græco διστάζειν, *in bivio* quaſi *verſari*, *in ſuſpenſo eſſe*, *hinc illuc agitari*, ſicut naves fluĉtibus agitatæ, & ſicut meteora in aere, ſuſpenſo ac dubio animo modò huc, modò illuc inclinare.

Obſerva, 1. Quòd non omnis διάκρισις ſeu inquiſitio ac diſceptatio in rebus divinis eſt illicita, ſed ea tantùm, quæ eſt rationis, non fidei; quæ in dubitationem deſinit, non autem confirmationem quærit.

2. Quòd fides ſit fiducia, quia opponitur ei διάκρισις τῆς ἀπιστίας, Jac. 1. v. 6. poſtulet in fide, μηδὲν διακρινόμενος.

Dedit gloriam Deo, puta gloriam veritatis & omnipotentiæ divinæ.

Obſerva, quòd fides det Deo gloriam, incredulitas eum ignominiâ afficiat. *Qui enim non credit Deo, mendacem eum facit*, 1. Joh. 5. v. 10.

v. 21. Καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι,

Πληρο-

Πληροφορεῖσθαι dicitur is, qui quaſi plenis velis, ſic fiduciâ ſuâ fertur ad eam rem, quâ confidit, ut ſit metaphora, à navibus ducta.

Vulg. reddidit *pleniſſimè ſciens*, ut referatur ad intellectum, ſed rectiùs redditu, *plenè perſuaſum habens, certâ perſuaſione conceptâ*, ut Eraſmus vertit, ut ad voluntatem & cor referatur. Ita namque etiam in aliis locis uſurpatur. Rom. 14. v. 5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω, *Unusquisque in animo ſuo plenè certus eſto.* 2. Tim. 4. v. 5. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, *miniſterium tuum magnâ animi fiduciâ peragito.* Budæus ex Baſilio affert locum, in quo ſignificat *certum & ſecurum reddi.*

In Vet. Teſtam. tantùm ſemel occurrit pro מָלֵא *implevit.* Eccleſ. 8. verſ. 11. ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, ubi uſurpatur de præpoſtera & damnabili illâ fiducia, quam homines ex dilatione pœnæ in peccatis ſuis concipiunt.

Naves, quæ plenis & inflatis velis feruntur, curſu rectiſſimo contendunt ad locum præfixum, celerrimè provehuntur, nusquam hærent, nec ſcopulos circumſpectant, quæ omnia ad fidem promisſionibus divinis firmiter inhærentem accommodari poſſunt.

Baſil. in ethic. defin. 8. tom. 2. p. 201. *Non eſt hæſitandum ac dubitandum in iis, quæ à Domino dicuntur, ſed pro certo habendum, quodcunque Dei verbum verum eſſe & potens, etiamſi Natura reclamet: nam hoc certamen eſt fidei.*

Obſerva, quòd *fides ſit fiducia*, *quia* πληροφορία *eſt fiduciæ.* Hebr. 10. verſ. 22. accedamus ἐν πληροφορίᾳ πίστεως. 1. Theſſal. 1. verſ. 5. ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, ſcil. πίστεως. Coloſſ. 2. verſ. 2. πληροφορίας τῆς συνέσεως *perſuaſæ intelligentiæ.* Hebr. 6. verſ. 11. πληροφορίαν ἐλπίδος.

Excipiunt Pontificii, *illud non hæſitavit diffidentiâ, ſignificare, non Abrahæ fuiſſe inſignem, ut fiduciam quoque pepererit; ac diffidentiam loco poſitam eſſe pro incredulitate, cùm in Græco ſit* ἀπιστία. *Apoſtolum inſuper ſatis evidenter aperire, quæ fuerit fides Abrahæ, cùm*

ait: pleniſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt facere: omnipotentiam itaque Dei credidit Abraham: Deum autem omnipotentem eſſe, fide tenemus, non fiduciâ. Bell.1. de Juſtif. cap. 11.

Reſp. 1. Latina verſio, quæ in Conc. Trident. facta fuit authentica, ἀπιστίαν h. l. vertit *per diffidentiam.* Ergo à contrario πίστις eſt *fiducia.* 2. πληροφορία, quam Apoſtolus tribuit fidei Abrahæ, non tantùm notat certitudinem notitiæ aſſenſûs, ſed etiam robur fiduciæ. 3. Abraham dicitur *credidiſſe in ſpem contra ſpem.* Jam vero ſpes eſt in voluntate. Ergo fides Abrahæ non poteſt ſolâ notitiâ & aſſenſu definiri. 4. Reſpexit Abrahæ fidei non ſolùm ad Dei omnipotentiam, ſed etiam ad verbum promisſionis, in quod firma animi fiduciá recubuit. 5. Si fides Abrahæ peperit fiducia, utique fiducia à fide ſeparari nequit.

Quomodo verò cum hoc fidei Abrahæ encomio convenit, quod Geneſ. 17. v. 17. Abraham in corde ſuo dixiſſe memoratur: Putasne centenario naſcetur filius?

Ambroſius lib. 1. de Abrah. cap. 4. reſpondet, *quod promiſſo ex Sara filio riſit Abraham, non incredulitatis, ſed exultationis indicium fuit.* Auguſtinus lib. 16. de Civ. Dei cap. 26. itidem vocat *exultationem gratulantis, non irriſionem diffidentis.* Lyranus in Geneſ. 17. cap. *Riſit Abraham non ex deriſione, alioqui increpatus fuiſſet à Deo, ſicut Sara, ſed riſit præ cordis exultatione. Dicit hoc non dubitando, ſed divinum beneficium admirando.* Contra verò Chryſoſtomus homil. 6. de pœnit. & Hieronymus lib. 3. Dial. adv. Pelagian. *Abrahamum aliquid humani hac in parte paſſum fuiſſe, & ex fluctuante pectore iſta depromſiſſe putant, ideoq; hoc peccatum Abrahæ in poſteris ſervitute quingentorum annorum punitum fuiſſe cenſent.* Johannes Arboreus reſpondet, *Abrahamum dubitâſſe quidem in initio, cum adhuc ratione ſuâ penſitaret divinum promiſſum, credidiſſe vero firmiter, cùm immediate declarationem & confirmationem divinæ promisſionis audiviſſet.*

Cajetanus *Abrahamum quidem dubitâſſe* putat, *ſed non de veritate promisſi divini, verùm de intellectu verborum, num videl. de poſteritate carnali, vel ſpirituali ac myſticâ loquatur.*

V. 22.

v. 22. Διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Subintelligendum ἐστὶ, hoc ipſum, quod firmiter promisſioni divinæ credidit: vel hæc fides ipſi imputata eſt ad juſtitiam.

v. 23. Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ.

v. 24. Ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν.

Finis, propter quem Moſes Abrahæ Hiſtoriam annotarit, præcipuus hic eſt, ut in eo modum juſtificationis, qui in V. & N. T. eſt unus atque idem, nobis proponeret,

Quæritur, quare reſuſcitatio Chriſti à mortuis peculiariter objectum fidei juſtificantis ſtatuatur? Reſp. 1. quia Deus excitando Filium ſuum ſponſorem noſtrum propter peccata noſtra mortuum, eo ipſo manifeſtum fecit, ſibi per mortem illius plenè ſatisfactum eſſe. 2. Reſpectus ſimul habetur ad potentiam Dei, quam in Chriſto excitando exeruit, Eph. 1. v. 20. quo modo applicatur hæc ſententia ad exemplum Abrahæ, cujus fides ex eo commendatur, *quod tandem Deo dederit*, in hoc cap. v. 20. 3. Summa totius Evangelii in articulo de reſurrectione Chriſti continetur, & hic unicus articulus reliquos omnes complectitur, 1. Cor. 15. v. 1. & *ſeqq.* Quia enim Chriſtus reſurrexit, ex eo intelligitur, quòd verè fuerit mortuus; quia verè fuit mortuus, ideò etiam verè conceptus, natus, ac paſſus pro peccatis noſtris.

v. 25. Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Pontificii ex h. l. colligunt, *juſtificationem noſtram non conſiſtere in ſola peccatorum remisſione, ſed etiam in interiori renovatione.* Pererius diſp. 10. in cap. 4. Rom. th. 48. *Paulus hoc loco remisſionem peccatorum diſtinguit à juſtificatione dicens, Chriſtum mortuum eſſe propter noſtra delicta, & reſurrexiſſe propter noſtram juſtificationem, apertè indicans non in ſola remisſione peccatorum conſiſtere juſtificationem noſtram, ſed principalem juſtificationis partem eſſe renovationem vitæ & rectitudinem interiorem, cujus exemplum ſuit reſurrectio Chriſti.* Bellarm. lib. 2. de Juſtif. cap. 6. *Apoſtolus nomen juſtificationis tribuit potius renovationi internæ, quàm juſtificationi &c. Neque enim dubitari poteſt, quin Apoſtolus velit, mortem Chriſti fuiſſe exemplar mortis peccatorum, reſurrectionem autem exemplar renovationis & regenerationis internæ, per quam in ne-*

in novitate vitæ ambulamus. Reſp.1. nititur argumentum hac hypotheſi, *quòd Paulus non alia ratione tribuat juſtificationem noſtram morti & reſurrectioni Chriſti, quàm quòd mors Chriſti fuerit exemplar mortis peccatorum, & reſurrectio Chriſti exemplar renovationis internæ*, quam hypotheſin falſam eſſe, ſequentia oſtendent. 2. Apoſtolus in hoc ipſo cap. ex profeſſo docet, juſtificationem noſtram coram Deo conſiſtere in gratuitâ imputatione juſtitiæ Chriſti, & non-imputatione, ſive remisſione peccatorum: non autem in noſtris operibus, cujus contrarium in concluſione hujus capitis, quæ ex ſuperioribus deducitur, ſtatuere nequit. 3. Apoſtolus in hoc capite *nondum* agit *de effectis & fructibus juſtificationis*, ad quos etiam pertinet renovatio, ſed de *juſtificationis tùm causâ & merito*, ut colligitur ex particulâ *διὰ propter*; tùm de juſtificationis forma & modo, qui conſiſtit in remisſione peccatorum per Chriſtum expiatorum; tùm de proprio fidei juſtificantis objecto, quod eſt Chriſtus, propter peccata noſtra mortuus, & propter juſtificationem noſtram reſuſcitatus. 4. Quamvis exemplarem mortis & reſurrectionis Chriſti finem, juxta fidei analogiam expoſitum, non improbemus, tamen de eo in hoc loco nondum agit Apoſtolus, ſed demum in cap.6. ſequente, hîc verò alium & quidem principalem mortis & reſurrectionis finem, qui eſt peccatorum noſtrorum expiatio, & noſtra coram Deo juſtificatio, adeoque juſtitiæ & ſalutis noſtræ meritum, exponit. 5. Concedimus, Chriſti reſurrectionem eſſe non ſolùm exemplar & figuram, ſed etiam cauſam noſtræ renovationis, ſicut mors Chriſti non ſolùm eſt exemplar ſpiritualis mortificationis, ſed ejusdem etiam cauſa efficiens, 2.Cor.4. v.12. ſed ex eo inferri nequit, *in illâ ipsâ renovatione formaliter noſtram juſtificationem conſiſtere*, quia de diſtinctis beneficiis diſtinctè diſſerendum, ac ſuo loco probatur, renovationem non eſſe juſtificationis partem, ſed conſequens & fructum. 6. Apoſtolus nec hoc loco, nec uſpiam alibi renovationi *juſtificationis* nomen tribuit, ſed fidem, quæ Chriſtum pro peccatis noſtris mortuum & propter juſtificationem noſtram reſuſcitatum, apprehendit, ad juſtitiam nobis imputari aſſerit.

Quòd ſi quis ulteriùs quærat, *quô ergò ſenſu ac reſpectu juſtificatio*

catio noſtra, quæ in remisſione peccatorum conſiſtit, reſurrectioni Chriſti tribuatur? Reſp. hoc accipiendum eſſe 1. *reſpectu manifeſtationis*, demonſtrationis ac confirmationis, quia reſurrectio Chriſti eſt evidens teſtimonium, quod pro peccatis noſtris plenè ſit ſatisfactum, & juſtitia perfecta adducta. Hieron. in h.l. *Chriſtus ideo reſurrexit, ut juſtitiã credentib. confirmaret.* Chryſoſt. hom. 9. ad Rom. *In reſurrectione oſtenſum eſt, Chriſtum non propter ſua, ſed propter noſtra peccata fuiſſe mortuum. Quomodo enim ſurrexiſſet, ſi peccator fuiſſet? Si verò peccator non fuit, propter alios crucifixus eſt.* 2. *reſpectu applicationis.* Si Chriſtus in morte manſiſſet, nõ fuiſſet victor mortis, nec potuiſſet nobis juſtitiam tàm caro precio partam applicare, Rom. 4. v. 25. c. 8. v 34. quia verò *ex morte eluctatus in cœlum aſcendit, & ad dextram Dei conſedit*, inde etiam beneficia ſuâ paſſione & morte parta, per verbum Evangelii mundo offert, eadem credentibus applicat, & hâc ratione eos juſtificat. Hujus applicationis reſpectu *reſurrectioni Chriſti tribui noſtram juſtificationem*, agnoſcit Card. Toletus in comm. h.l. ac Suarez tom. 2. in part. 3. Thom. diſp. 44. p. 478. ſic ſcribit *Chriſtus per pasſionem ſuam ſufficienter deſtruxit peccatorum, tamen ut nos juſtificaremur, & efficaciter remitteretur nobis peccatum, oportebat paſſionem Chriſti nobis applicari per fidem vivam.* Reſurrexit ergò Chriſtus propter noſtrã juſtitiam, h.e. ut fides noſtra confirmaretur, & ſic efficaciter juſtificaremur. Apoſtolus notanter dicit, *Chriſtum mortuũ eſſe propter peccata noſtra, & reſuſcitatũ non propter δικαιοσύνην*, quæ alioqui peccatis opponitur, ſed διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν, propter *juſtificationem noſtram*, quæ in abſolutione à peccatis conſiſtit. 3. *reſpectu actualis à peccato abſolutionis.* Quemadmodum Pater cœleſtis, Chriſtum *propter peccata noſtra in mortem tradendo, in carne ipſius de peccato damnavit peccatũ*, Rom. 8. v. 3. h. e. condemnavit illud propterea, quod in Chriſtum peccavit, afferens illi mortem, cùm tamen eſſet innocens, ac proinde ademit peccato jus ſuum adversùs credentes, ùt non poſſit eos inpoſterum damnare; vel etiam *damnavit* i.e. punivit peccata noſtra in Chriſto, quæ ipſi ut ſponſori erant impoſita atq; imputata: ita quoque excitando eum; à mortuis, ipſo facto abſolvit eum à peccatis noſtris ipſi imputatis, ac proinde etiam nos in

ipſo abſolvit, ut ſic Chriſti reſurrectio ſit noſtræ juſtificationis & cauſa & pignus, & cōplementum, quo pertinent dicta 1. Cor. 15. v. 17. 2. Cor. 5. v. 21. Eph. 2. v. 5. Col. 2. v. 12. 13. Phil. 3. v. 8. 9. & 10. 1. Petr. 1. v. 3.

Ex hoc fundamento facilè reſponderi poteſt ad quæſtionem. *An reſurrectio Chriſti pertineat ad meritum pro nobis præſtitum?* Reſp. nomen *meriti* accipitur vel γενικῶς, pro omni eo, quod pertinet ad noſtram juſtificationem; vel ἰδικῶς pro eo, quod Chriſtus pro nobis præſtitit, ac nos præſtare tenebamur. Priore ſenſu reſurrectio Chriſti pertinet ad meritum, quia ad juſtificationē noſtram requirebatur Chriſti reſurrectio modis hactenus expoſitis, poſteriore autē reſpectu non pertinet ad meritum, quia Chriſtus reſurrexit propter nos, non autem pro nobis; paſſus autem eſt & mortuus non ſolùm propter nos, ſed etiam pro nobis.

CAP. V.

PArtes capitis ſtatui poſſunt tres. 1. ἐξηγητική. 2. ἀποδεικτική. 3. ἐλεγκτική.

V. 1. Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ.

Quidam volunt, *novum hic proponi argumentum, quo probetur, juſtificationem non eſſe ex operibus, quod hoc modo informari poſſit. Eo juſtificamur coram Deo, quod conſcientiam noſtram reddit pacatam ac tranquillam. Atqui nec lex, nec legis opera, ſed fides in Chriſtum conſcientiam reddit pacatam & tranquillam. Ergò non lege, nec legis operibus, ſed fide in Chriſtum juſtificamur.* Sed particula illativa οὖν oſtendit, Apoſtolum ex demonſtrata juſtificatione per fidem ποιηματικῶς ea deducere, quæ in hoc cap. ſubjicit.

Per εἰρήνην intelligitur. 1. reconciliatio cum Deo, additur enim πρὸς τὸν θεόν. 2. conſcientiæ quies ac tranquillitas, quæ eſt fructus illius reconciliationis.

Obſerv-

Obſerva, Apoſtolum non dicere ἔχωμεν εἰρήνην, in forma optandi vel exhortandi: ſed ἔχομεν in forma aſſeverandi. *Juſtificatos pacem habere* dicit, non ut pacem habeant vel ſectentur, eos exhortatur. Conſolari voluit, non exhortari. Syrus habet futurum [illegible] *erit nobis pax*, quod poſſet quidem pro conjunctivo poſitum accepi, ſed ex textu Græco manifeſtum, quòd pro indicativo accipiendum ſit.

V. 2. Δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ.

Docuerat cap. 3. v. 25. *Chriſtum à Deo nobis propitiatorium per fidem in ſanguine ejus.* Quemadmodum ergò Iſralitæ ad typicum propitiatorium V. T. in periculis & adverſis confugiebant, ita nobis in N. T. ad verum & unicum illud propitiatorum fide aditum patere aſſerit.

δι' οὗ, ſc. Χριστοῦ, καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, adductionem habuimus h. e. adducti ſumus fide ad illam gratiam i. e. ad reconciliationem cum Deo, quam Chriſtus ſuâ morte nobis peperit, v. 1. Quidam per *gratiam* intelligunt *gratiam adoptionis & hereditatis*, quæ explicatio priori eſt ſubordinata, quia reconciliatio cum Deo conſiſtit in adoptione, quæ etiam gratiam hereditatis ſecum affert.

Lutherus reddidit in præſenti. **Wir haben einen Zugang.** Antequam Deo per Chriſtum reconciliaremur, cogebamur Deum fugere, nosque *coram ipſius facie abſcondere*, Gen. 3. v. 8. ſed poſtquam fide in Chriſtum Deo reconciliati ſumus, patet nobis perpetuus & liber ad gratiam divinam aditus. Dicta parallela ſunt Eph. 2. v. 18 Hebr. 4. v. 16.

Ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, in qua ſtamus i. e. confidimus, nec ad ea ullis vel tentationibus vel perſecutionibus nos depelli patimur.

Ἑστήκαμεν non ſimpliciter ſignificat *ſtare*, verùm etiam in *ſtatione perſiſtere, in firma fiducia permanere*, metaphorâ ductâ ab acie, in qua ſtrenui milites ne latum quidem pedem hoſti cedunt.

Καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. *Gloriamur in ſpe, ex ſpe, ob ſpem gloriæ Dei*, i.e. ex eo quod certò ſperam9, nos participes fore gloriæ cœleſtis: quæ ideò vocatur gloria Dei. 1. quia à Deo propter Chriſtũ credentibus datur. 2. quia in beatifica Dei viſione cõſiſtit. 3. quia cõplectitur gloriã apud Deum, non apud homines.

Non dicit, *illos gloriari ob promiſſam vitæ æternæ gloriam*, ſed *ob ſpem gloriæ*, quâ ratione occurrit tacitæ objectioni. Pii in hac vitâ multis calamitatibus ſunt expoſiti, fruſtrà igitur de ſuâ felicitate gloriantur. Reſpondet Apoſtolus, felicitatem illam non in terris, ſed in cœlo ſub ſpe repoſitam eſſe, quæ ſpes adeò ſit certa ac firma, ut de felicitate illâ non minùs glorientur, ac ſi eam re ipsâ jam poſſideant.

Obſerv. Singula verba ſunt ſingula pondera, contra dubitationem Pontificiam. 1. *Juſtificamur fide.* Illa autem fides eſt fiducialis apprehenſio meriti Chriſti. 2. *Pacem habemus ad Deum.* Huic reconciliationi cum Deo, & paci conſcientiæ oppoſita eſt dubitatio. 3. *Per Chriſtum habemus acceſſum ad illam gratiam* i. e. *cum fiduciâ ad thronum gratiæ accedere poſſumus*, Hebr. 4. v. 16. Huic fiduciali acceſſui oppoſita eſt dubitatio. 4. *In gratiâ ſtamus*, forti ſcil. & imperterrito animo. 5. *Gloriamur ob ſpem cœleſtis gloriæ*, utique ergò firmiter confidimus, nos eam accepturos.

Ex fide illâ generali, quæ ſtatuit, Chriſtum pro genere humano eſſe paſſum ac mortuũ, naſcitur illa ſpecialis, quâ quisq; fidelium cum Apoſtolo dicit Gal. 2, v. 20. *Chriſtus dilexit me*, ideò non dubitat, ad ſe quoq; Chriſti beneficia pertinere, eadẽq; in verbo Evangelii ſibi offerri, ac proinde in ſpem ea ſibi applicat. Ex hac ſpeciali beneficiorũ Chriſti applicatione naſcitur illa προσαγωγή.

V. 3. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται.

Creſcit oratio. Non ſolùm in calamitatibus gloriamur ob ſpem gloriæ cœleſtis, ſed etiã de ipſis calamitatibus gloriamur, ita ut ipſæ calamitates materiam exultationis ſuppeditent, tantùm abeſt, ut nos coram Deo miſeros reddant, vel promiſſam in cœlo felicitatem intervertant.

Ἐν ταῖς θλίψεσιν *de tribulationibus*, vel *propter tribulationes*, ἐν pro *propter* Hebraico idiotiſmo uſurpatur.

Quare

Quare autem pii glorianter de tribulationibus? 1. quia *propter Chriſtum & verbum ejus tribulationes illas ſuſtinent*, Act.5.v.41. 2. quia ſunt indicium quaſi quoddam υἱοθεσίας, & paternæ Dei dilectionis, Heb.12.v.6 & 7. Apoc.3.v.19. 3. quia faciunt ad *promovendam ſalutem*, Act.14.v.22. 4. quartam rationem ſubjungit Apoſtolus.

Ἡ θλῖψις κατεργάζεται ὑπομονήν, *afflictio efficit tolerantiam*, non per ſe, ſed per accidens, in piis ſc. verè credentibus. Illi enim in cruce aſpiciunt paternam Dei voluntatem, & conſilium de ſalute noſtra per afflictiones promovendâ, conformationẽ cum Chriſto, & alias calamitatum utilitates, per quarum conſiderationem Spiritus S. patientiam in illorum cordibus operatur.

Ἡ θλῖψις κατεργάζεται ὑπομονήν. Ex verbo κατεργάζεται colligunt Pontificii *merita operum & paſſionum*. Reſp.1. huic illationi occurrit ipſe Apoſtolus Rom.8.v.18. 2. ὑπομονὴ propriè loquendo non eſt effectus θλίψεων, quâ talium, aliàs omnes, qui afflictiones experiuntur, eſſent patientes, ſed Spiritûs ſancti, in afflictionibus & per afflictiones efficaciter agentis. 3 proinde non *propter tribulationes*, ſed *per afflictiones* dicimur *ingredi regnum cœlorum*, Act.14.v.22. 4. ſolius Chriſti paſſio eſt λύτρον καὶ ἱλασμὸς, noſtræ afflictiones ſunt vel τιμωρίαι, vel δοκιμασίαι vel μαρτύρια.

V. 4. Ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα.

Tolerantia operatur probationem ſeu experientiam, ut reipsâ experiamur, nos eſſe Dei filios, ac Deum in nulla calamitate nos deſerere. Pſal.91.v.15.

Extra crucem ſumus meri Theorici, in cruce vera & viva praxis articuli de gratuitâ juſtificatione proponitur. Sir.34.v.10.

Ἡ ὑπομονὴ κατεργάζεται δοκιμήν. Contrà Jac.1.v.3. τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.

Thom. in comm. h.l. ſic conciliat. *Probatio dupliciter accipitur, uno modo pro actione quæ eſt in probato, quo pacto non diſtingvitur ab ipsâ tribulatione, per quam probatur. Ita accipitur apud Jacobum, ut ſit ſenſus: Probatio operatur patientiam i.e. tribulatio operatur patientiam. Altero modo ſumitur probatio pro probatum eſſe, quo pacto eam accipit Paulus. Patientia operatur probationem. ex eo enim, quòd homo patienter tribulationem ſuſtinet, probatus redditur, ejusque virtus ſpectata magis elucet.*

Cum

Cum hac conciliatione convenit ſententia eorum, qui ſtatuunt, *afflictionem, quæ à Paulo vocatur θλῖψις propriè, à Jacobo vocari τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως metonymicè.*

Probatio fidei apud Paulum ſignificat *effectum patientiæ*: patientia enim in adverſis probatam reddit hominum fidem, & hoc Paulus vocat δοκιμὴν: apud Jacobum ſignificat *ipſam tribulationem*, quâ fides exploratur, quam propterea vocat τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως. Eadem ergò utrobiq; ſententia. Jacobus per metonymiam effecti tribuit probationi i. e. tribulationi, per quam fit probatio fidei, quod Paulus expresſis verbis tribulationi tribuit.

Paulus progreditur à priori. Jacobus ex probatione fidei, tanquam ex poſteriori, colligit patientiam antegreſſam, q.d. ex fide credentis probata jam & explorata colligitur, ipſum adverſitates hujus mundi patienter toleraſſe ac fortiter ſuperaſſe.

Ἡ δοκιμὴ κατεργάζεται ἐλπίδα. *Experientia ſive probatio operatur ſpem*, ſc. hereditatis cœleſtis.

Quomodo verò probatio ſpem illam operatur? Reſp. qui in cruce ac *per crucem conformantur imagini Filii Dei*, Rom. 8. v. 29. illi ex eo confirmantur, quòd eidem aliquando ſint conformandi in gloria. Qui unam partem hereditatis, crucem ſc. in hac vita, ſuſcipiunt, non defraudabuntur etiam altera parte hereditatis in cœlo, filiis Dei repoſitæ. Qui inſiſtunt viæ tribulationis, ingredientur in regnum cœlorum, *quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœlorum.* Act. 14. v. 22.

Quidam per ἐλπίδα intelligunt *ſpem in Deum, ut credamus, ipſum quia in calamitatibus nobis præſtò eſt, etiam porrò adfuturum.* Sed res eòdem redit: per tribulationes enim, propter Chriſtum nobis immiſſas & virtute Spiritus S. patienter toleratas, certi reddimu, Deum nobis in hac vita perpetuò adfuturum & in vita æterna nos aliquando glorificaturum.

v. 5. Ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν.

Spes non pudefacit. Significat, pios ſpe ſua non fruſtrari. Qui enim ſpe ſua fruſtrantur i. e. quibus res aliter accidit, quàm ſperarunt, illi ſolent pudore ſuffundi. Sic ergò Apoſtolus ex conſequen-

Sequente intelligit antecedens, ex poſteriore inſinuat prius, quando per pudorem ſignificat fruſtrationem, quoniam ſc. ille hanc ſolet conſequi.

Latinus interpres reſpicit ad animi perturbationem, quæ ſequi ſolet pudoris ſuffuſionem: nihil enim aliud eſt *confundere*, quàm *conturbare*.

Obſerva, magnum diſcrimen eſſe inter ſpem mundanam, & cœleſtem. De illa locum habet illud Poëtæ:

Fallitur augurio ſpes bona ſæpè ſuo.

Hæc verò cùm innitatur divinæ promiſſioni, quæ eſt immotæ veritatis, ideò non pudefacit.

Caritas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per SS. qui datus eſt nobis.

Auguſt. lib. de Spiritu & litera cap. 32. accipit de *caritate activa, quâ nos Deum diligimus. Ut diligatur Deus* (inquit) *caritas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per liberum arbitrium, quod ſurgit ex nobis, ſed per Spiritum S. qui datus eſt nobis.* Similia occurrunt lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 17. de Natura & gratia cap. 64. lib. 1. de gratia Chriſti cap. 12. Bernh. Epiſt. 107. Anshelm. in h. l. Auguſtini expoſitionem ſeqvuntur Pererius, Stapletonus & alii Pontificii, qui ex eo probare cupiunt, *caritatem illam, quâ Deum diligimus eſſe gratiam, nos gratos facientem i. e juſtificantem.* Bellarm. lib. 2. de Juſtif. cap. 3. lib. 1. de grat. & lib. arb. cap. 4.

Commentarius, qui inſcribitur Ambroſio, accipit de *caritate paſſivâ, quâ Deus nos diligit. Pignus*, inquit, *caritatis habemus in nobis per SS. qui datus eſt nobis.* Eandem expoſitionem amplectitur gloſſa ordinaria & communiter omnes Interpp. teſte Dominico à Soto in h. l. Cajetanus in h. l. Benedictus Juſtinianus, Toletus &c. itidem accipiunt de *caritate, quâ nos Deus diligit.* Confirmatur hæc expoſitio 1. ex contextu. Apoſtolus verſatur in confirmanda hac propoſitione, *quod ſpes non confundat.* Probat autem eam hoc argumento, quòd caritas Dei ampliſſimum habeat teſtimonium in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum nobis donatum. At noſtra caritas non eſt, nec eſſe poteſt firmiſſimum illud ac immotum ſpei noſtræ fundamentum, *ſed ſpes noſtra fundatur in caritate illa Dei, quâ nos diligit in Dilecto*, Eph. 1. v. 4.

Solus Dei amor erga nos, quem ex teſtimonio Spiritus ſancti in cordibus noſtris ſentimus, poteſt obſignare ſpem illam infallibilem, quam habemus in Deo. 2. ex v. 8. *Commendat Deus caritatem ſuam erga nos*, cap. 8. v. ult. *nulla creatura nos poteſt ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu.* 3. ex verbo ἐκκέχυται. Caritas Dei dicitur *effuſa in cordibus noſtris*. Hoc verò de caritate, quâ Deum diligimus, dici nequit, illa enim multò languidior eſt, quam ut effuſionis vox, abundantiam denotans, ei tribui poſſit, *primitias enim tantùm Spiritus accipimus* Rom. 8. v. 23. unde diligere quidem Deum incipimus, non autem perfectè diligimus. 4. ex locis parallelis. 1. Johan. 4. v. 13. *Ex eo cognoſcimus, quod in ipſo maneamus, & ipſe in nobis, quod de Spiritu ſuo dedit nobis.* v. 16. *Et nos cognovimus & credidimus caritatem, quam Deus habet in nobis*, ſive *erga nos.*

Chryſoſt. diſertè explicat de *caritate*, τὴν περὶ ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπεδείξατο. Et poſtea. *Poſtquam dixit, ſpes illa non pudefacit, non noſtris meritis, ſed dilectioni Dei id quicquid eſt impoſuit.* Theophyl. *Confirmat, quæ nobis à caritate ipſa, quam erga nos Deus oſtendit, ſint obventura.* Oecumen. *Spiritum dicit, qui ex ſola caritate Dei, quâ dilexit nos, ſupervenit in nos.* Ambroſius. *Pignus enim caritatis Dei habemus in nobis per Spiritum S. datum nobis.* Primaſius. *Quomodo nos Deus diligat, ex hoc cognoſcimus.*

Non adverſatur huic expoſitioni, quòd *caritas Dei dicitur effuſa in cordibus noſtris*, id quod caritati Dei, quâ Deus nos diligit, non videtur convenire. Dicitur enim *effuſa* ac *diffuſa in cordibus noſtris*, non quoad ſubjectivam inhæſionem vel inhærentiam, ſed quoad effectum, tum quia Spiritus ſanctus ex caritate datus in nos *opulenter effuſus* Tit. 3. v. 5. Eſ. 44. v. 3. Ezech. 36. v. 25. Joel. 2. v. 28. Zach. 12. v. 10. tum quia ſenſus illius caritatis in noſtris cordibus eſt effuſus, ſentimus enim nos à Deo diligi, *& guſtamus quàm bonus & ſuavis ſit Dominus.* Pſal. 34. v. 9. Pererius diſput. 2. in cap. 5. Rom. v. 9. *Sive legamus diffuſa, ſive effuſa, non aliud eâ voce ſignificatur, nisi quod caritas Dei apertè ac evidenter declarata eſt per multa & varia dona Spiritus ſancti, quæ in nos effudit i. e. largè, copioſè ac abundanter contulit.*

Sequitur hac in parte Chryſoſtomum, qui in h. l. ſic commen-

confundetur. *Cùm dixiſſet Apoſtolus, ſpes non pudefacit, addidit & demonſtrationem, inquiens: quod dilectio Dei effuſa eſt in cordibus noſtris. Nec dixit, data eſt, ſed effuſa eſt, liberalitatem oſtendens. Quod enim maximum erat donum, hoc dedit: non cœlum, non terram, non mare, ſed quod his omnibus antiquius ac precioſius erat, & Angelos ex hominibus & Dei filios & Chriſti fratres effecit. Quid autem hoc eſt? Spiritus S. Quod ſi noluiſſet magnas nobis coronas poſt labores donare, nunquam ante ipſos labores tot tantaque donaſſet bona. Nunc vero dilectionis ſuæ fervorem hinc declarat, quod non ſenſim ac pedetentim nos honeſtavit, ſed cumulatè ac plena manu bonorum fontem effudit, idque ante ipſa certamina. Quamobrem ut etiamſi non ſis admodum dignus, ne deſperes, cùm magnum in cauſa patronum habeas judicis dilectionem. Idcircò enim & ipſe per hæc verba, ſpes non pudefacit, non ad noſtra merita, ſed ad Dei dilectionem, caritatemque erga nos, omnem ergo laudem retulit.*

Utramque expoſitionem conjungunt, ac tam de caritate Dei erga nos, quàm de caritate noſtra erga Deum hunc locum accipiunt Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Sedulius, Oecumenius, Thomas; & ex recentioribus Pontificiis Cornelius à Lapide in h. l. Pererius d. l. Michael Ghiſlerius in comm. Cant. 4. *Intelligit Apoſtolus mutuam caritatem, quâ Deus nos proſequitur, cum illam, quâ nos Deum diligimus, per Spiritum enim ſanctum ambæ hæ caritates nexæ ſunt noſtris cordibus.*

Quod ſi vel maximè concedamus, locum Apoſtolicum de noſtra erga Deum caritate, ſecundariò intelligi poſſe, cùm Spiritus S. ex Dei erga nos caritate nobis datus, reciprocam erga Deum caritatem in nobis accendat, nihil tamen accedit cauſæ Pontificiorum. Nam 1. per *caritatem Dei in cordibus noſtris diffuſam* non intelligitur habitus & infuſa qualitas, ſed perſuaſio quædam firma in mentibus noſtris de miſericordia, bonitate & *gratuito favore*, quâ Deus nos in Chriſto complectitur. 2. noſtra caritas non eſt vivæ illius ſpei, quam in Deo habemus fundamentum, ſed Spiritus ſancti ex caritate Dei nobis dati teſtimonium. 3. Demus eam, quæ per Spiritum S. in cordibus noſtris accenditur, caritatem hîc intelligi, at num propterea gratia, quâ juſtificamur, erit illa caritas? num Apoſtolus dicit, *nos per & propter illam caritatem juſtificari?*

v. 6. Ἔτι γὰρ Χριστὸς, ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.

Latinus Interpres ſive aliter legerit, ſive hallucinatus ſit, reddidit: *Ut quid enim Chriſtus.* Sed Græci Codd. conſtanter legunt: *Adhuc enim Chriſtus.* Tantùm Syrus Interpres videtur legiſſe ἐπεὶ γε εἰ, *ſi enim Chriſtus.*

Monſtrat Apoſtolus 1. efficaciſſimam conſolationem, quibusvis adverſis opponendam. *Chriſtus dilexit nos, & ex dilectione pro nobis paſſus & mortuus eſt, cùm adhuc eſſemus infirmi, peccatores & impii. Ergo nos in ipſo juſtificatos & ſanctificatos in nullis adverſis, nec in ipſa morte deſeret.* 2. clariſſimum divinæ dilectionis teſtimonium, in morte Filii nobis propoſitum, quo confirmari poſſumus, quòd poſt noſtram cum Deo reconciliationem Chriſti morte factam, omnia ad ſalutem neceſſaria nobis benignè ſit ſuppeditaturus.

Eſt hæc ἐπεξεργασία caritatis illius, de qua in præcedentibus. Chriſtus enim, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſuo tempore pro impiis mortuus eſt. Hoc ſtatim illuſtrat à comparatis. Theophyl. h. l. *Dixerat, Dei caritatem in cordibus per Spiritum S. præferri, quem ipſe contulerat.* Exprimit præterea caritatis iſtius divinæ magnitudinem ob eam, quam Chriſtus noſtri gratiâ, qui ſumus infirmiores, h. e. qui deliquimus, ſubiit mortem.

Ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Cùm eſſemus adhuc ſub ſervitio peccati, ſub captivitate Satanæ, ſub poteſtate mortis, ac proinde ad omne opus bonum infirmi. Syr. reddidit, *propter infirmitatem noſtram.*

Κατὰ καιρόν. Lutherus refert ad nomen ἀσθενῶν, *ad tempus infirmitatis noſtræ*, ut ſic diſcernatur ſtatus priſtinus à præſente.

Ambroſius & Theophylactus referunt ad verbum ἀπέθανε, ut ſignificetur, *Chriſtum tempore divinitùs conſtituto fuiſſe mortuum*, Gal. 4. v. 4 & 5.

Obſerva contra Photinianos, *Chriſtum dici mortuum* ὑπὲρ ἀσεβῶν, *pro impiis.* Solet autem præpoſitio *pro* in Scripturis quinque modis accipi. 1. nonnunquam æquipollet præpoſitioni *de.* 1. Sam.

1.Sam.9.v.5. *Sollicitus eſt pro nobis*, i.e. de nobis Eſa.37.v.21. Cor. 1.v.13. Phil 1.v.7. 2.ſæpè ponitur *loco alicujus*, & *vicem alterius* ſeu quaſi commutationem quandam indicat, Gen.4.v.25. *dedit ſemen aliud pro Abel* i. e. loco Abelis. Geneſ. 30. v.2. Exod.7,1. Hiob.11. verſ. 6. 3. aliquando *commodum* notat, ut pro aliquo fieri, ſit aliquid in utilitatem ejus fieri. Job.13.v.7. *nunquid pro Deo loquemini iniquitatem*, i. e. in favorem & commodum Dei. Luc.9 v.5. *Qui non eſt adverſum nos, pro nobis eſt.* Joh.10. v.11. *bonus paſtor ponit animam pro ovibus.* 4. non rarò *cauſam efficientem* & *moventem* indicat, ut ſit idem quod *propter.* Gen.21.v.11. *Durè accepit hoc Abraham pro filio* i. e. propter filium. Gen.27.v.41. 1.Chron.16.v.21. Act.12. v.5. Eph.3.v.31. 5. ſæpè *meritum* includit, & non tantùm utilitatem, ſed inſuper ſatisfactionem notat. Sic *ſacrificia* dicuntur *offerri pro peccato* Levit. 4. v.3. Eodem ſenſu dicitur *Chriſtus paſſus pro mundi vita*, Johan.6. v.51. *pro peccatis mundi*, 1.Joh.2. v.2. *pro omnibus* Rom.8. v.32.

Quod autem non tantùm commodum & utilitas (ut volunt Photiniani) ſed etiam ſatisfactio notetur, quando Chriſtus dicitur *pro nobis mortuus*, patet ex eo, quòd Chriſtus dicitur *noſter redemtor ac noſtra redemtio*, Luc. 1. v.68. Rom. 3. v.24. 1.Cor. 1.v.30. & noſter *ἱλασμὸς*, 1.Joh.2.verſ 2. cap.4.v.4.v.10. *ἱλαστήριον* Rom. 3. v.25. ac dicitur *ſeipſum ac vitam ſuam dediſſe λύτρον καὶ ἀντίλυτρον pro nobis.* Matth.20. v.28. Marc 10.v.45. 1.Tim.2.v.6. quin & *factus pro nobis peccatum*, 2.Cor.5.v.21. *ac maledictum* Gal.3. v.13. videlicet *propter peccata noſtra ipſi impoſita*, Eſ.53.v.6. *& in ſe recepta.* Eſa.53. v.5. Joh.1. v.29. 1.Petr.2. v.24. Inde etiam Syrus reddidit per חלף quod *permutationem* quandam ſignificat.

v. 7. Μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται, ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν.

Exaggerat, quod dixerat, *Chriſtum mortuum eſſe pro nobis ad- hoc tempore.*

Ὑπὲρ δικαίου. Hieronymus in Epiſt. ad Algaſiam q 7. ſtatuit, *juſtum hic non ſignificare perſonam aliquam, ſed rem ipſam, ſc. juſtitiam & bonitatem.* inde quidam interpretes, ac inter eos etiam B. Lu-

therus, reddiderunt in abſtracto. Luth. umb des rechts willen. It. umb etwas gutes willen.

Alii verò *juſtum* accipiunt poſitum in concreto pro perſona, quam expoſitionem probat. 1. oppoſitio in textu Apoſtolico. *Chriſtus mortuus eſt ὑπὲρ ἀσεβῶν, v. 6. ὑπὲρ δικαίου τις ἀποθανεῖται.* 2. verſio Syriaca. *Vix enim qui* חֲלָף רַשִּׁיעֵא *pro improbis moritur.*

Per τὸν ἀγαθὸν quidam intelligunt eum, *qui ſibi utilis*, ut ſit idem quod ὁ χρηστός. Sed ſeries textus oſtendit, quod æquipolleat h. l. τῷ δικαίῳ.

Τάχα τις καὶ τολμᾷ &c. Per quandam correctionem ſubjungit, *contingere quidem, ſed rarò, ut quis pro juſto moriatur.* Τολμᾷ ſuſtineat quis non ſolùm acerbiſſima quæque, ſed ipſam etiam mortem. Poteſt etiam uſitata ſignificatio verbi τολμᾶν retineri, *audaciæ* enim ſpecies eſt, ipſam mortem alterius loco adire. Syr. אַמְרַח *auſus fuit.*

v. 8. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε.

In verſ. duobus præcedentibus commendaverat Chriſti caritatē ex eo, quod *pro nobis impiis mortuus ſit*, jam exaggerat Dei caritatem ex eo, *quòd Chriſtum pro nobis adhuc peccatoribus in mortem tradiderit, docens, elucere ex Chriſti morte non ſolum Chriſti, ſed etiam ipſius Dei caritatem.*

Συνίστησι non ſolùm ſignificat *commendavit*, ſed etiam *nobilem ac notam fecit, clariſſime illuſtravit, commendabilem reddidit, & maximam eſſe demonſtravit ſuam caritatem.* Quia enim nobile quid & illuſtre eſt inimicis benefacere, & quidem eo modo benefacere, ut quod eſt cariſſimum, pro ipſis impendatur, inde meritò dicitur Deus caritatem ſuam nobilem ac illuſtrem oſtendiſſe, cùm dilectiſſimum ſuum Filium pro inimicis in mortem tradidit.

Ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων. Quos priùs dixerat ἀσεβεῖς v. 6. eos hîc vocat ἁμαρτωλούς.

Atqui etiam poſt factam per Chriſtum reconciliationem, & beneficiorum Chriſti morte partorum applicationem, in hac vita ſumus adhuc

pecca-

[illegible]? 1.Joh.1.v.7. Reſp. per ἁμαρτωλοὺς h. l. intelliguntur homines peccatis dediti, in peccatis mortui, ac Dei inimici. [illegible] 10.

v. 9. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς.

Τοῖς ἀσεβέσι καὶ τοῖς ἁμαρτωλοῖς opponit δικαιωθέντες *juſtificatos* i. e. à peccatis abſolutos & mundatos in ſanguine Chriſti. Eſt autem hæc conſequentia longè dulciſſima. *Chriſtus mortuus eſt pro nobis, cum adhuc eſſemus peccatores & inimici. Ergo multo magis nos jam juſtificatos & à peccatis abſolutos ab ira Dei ſalvabit.*

Σωθησόμεθα ſervabimur, cuſtodiemur ab ira. Luth. **Wir werden behalten werden.** Syrus reddidit. *Quanto magis nunc juſtificabimur in ſanguine ejus, & per ipſum eripiemur ab ira.* Sed Græcum δικαιωθέντες habet ſignificationem perfecti, ac loquitur Apoſtolus cum renatis & de renatis.

Verbum σωθησόμεθα Syrus exprimit per verbum [illegible] *liberatus fuit, ſolutus fuit*, qui enim aliquem liberat, vincula ejus ſolvit.

Ἀπὸ τῆς ὀργῆς *ab ira illa* ventura, extremi ſc. judicii damnationis & inferni. Utitur enim verbo futuri temporis. 1.Theſſal.1. v.10. *Chriſtus liberavit nos* ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης.

Quidam tamen generaliter accipiunt de *pœnis temporalibus* [illegible] *ex ira Dei provenientibus.*

v. 10. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.

Eſt pulcerrima ἐπιμονή. Sicut priùs oppoſuit ἀσεβεῖς & δικαιωθέντες, ita jam opponit Chriſti mortem & vitam, itidem à minori ad majus argumentatus hoc modo. *Si Chriſti mors tam potens fuit, ut nos Deo reconciliaret, multò magis ipſius vita tam efficax erit, ut nos jam juſtificatos ſalvet.*

Ἐν τῇ ζωῇ. *In vita ipſius*, per eum qui in cœlis vivit & regnat, quiq; vitam ſpiritualem & cœleſtem credentibus communicat. Syrus habet præfixum ב quod itidem reddi poteſt, *per vitam ipſius.* Luth. **durch ſein Leben.**

v. 11.

V. 11. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.

Reſpicit ad v. 2. & 3. *Non ſolùm gloriamur in ſpe gloriæ & in afflictionibus, ſed etiam in ipſo Deo*, quod ſc. ſit noſter Deus, nos paternè amans, fovens, cuſtodiens, quodque nos ſimus ipſius filii. Non ſolùm gloriamur de futura gloria ac beatitudine, ſed etiam gloriamur de præſente noſtro ſtatu, quòd Deus per Chriſtum ſit nobis reconciliatus, ac paterno amore nos complectatur. Hæc expoſitio colligitur ex particula νῦν.

Gloriari in Domino aliter accipitur 1. Cor. 1. v. ult. quàm hoc loco, videlicet pro eo, quod eſt omnia cum laude & gratiarum actione Deo tribuere.

V. 12. Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον.

Quidam volunt, hoc velut conſequens ποειϛματικῶς ex proximè præcedentibus colligi. *Cùm per Chriſtum acceperimus reconciliationem, conſequens eſt, Chriſtum velut ſecundum Adamum oppone primo Adamo.* Huic ſententiæ favet particula illativa διὰ τοῦτο.

Applicatio ſive ἀπόδοσις ab Apoſtolo omiſſa, hoc modo compleri debet. Sic per unum hominem, Chriſtum ſcil., juſtitia in mundum venit, & per juſtitiam vita æterna.

Δι' ἑνὸς ἀνθρώπου. Paulus hoc loco non intelligit unitatem ſexûs, ſed ſpeciei.

Ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. Auguſt. in Enchirid. cap. 26. *Mundum hic appellavit Apoſtolus univerſum genus humanum.*

Ergò 1. Maria non eſt à peccati originalis participatione excepta. 2. Peccatum in mundum tranſiit non imitatione, ſed propagatione.

In verbis εἰσῆλθε καὶ διῆλθε eſt elegans paranomaſia. Significat autem διῆλθε propriè *pervaſit*, ſc. eo modo, quo lues totum gregem pervadit, atque inficit. Aug. ſerm. 4. de verb. Apoſt. *Pertranſiit. Verbum attendite, quod audiviſtis; conſiderate, videte, quid eſt*

pertran-

pertranſiit. Unde eſt parvulus reus, peccatum non fecit, ſed traxit. *Etenim peccatum illud non in fonte manſit, ſed pertranſiit; non in illum, aut in illum, ſed in omnes homines pertranſiit.* ſerm. 7. de verbis Apoſtoli, ex eodem verbo eruditè colligit, *peccatum & mortem non ſubſtitiſſe in Adamo, ſed ab eo & ex eo in omnes poſteros pertranſiiſſe.*

Ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Plerique ex veteribus exponunt, *in quo ſc. Adamo omnes peccaverunt, quia ſc. omnes erant in ejus lumbis, ſicut Levi dicitur decimatus in Abrahamo, in cujus lumbis erat. Hebr.7.v.9. ac ſicut in Adamo omnes dicantur mortui i. e. morti obnoxii facti, 1.Cor.15. v.22. Peccaverunt ergo omnes in Adamo, ut in communi ſtirpe, unde omnes tanquam rami procedunt.*

Sed quia ἐφ' pro ἐν eo ſenſu vix reperietur uſurpatum, ac aptiùs hæc ſententia pendet à proximè præcedentibus, in quibus nulla ſit Adami mentio, (referre enim pronomen relativum ad antecedens unius hominis, cujus in principio verſiculi fit mentio, nimis durum videtur) ideò ſimplicius eſt, cauſaliter exponere, *eo quod omnes peccaverunt*; cujus ſignificationis exempla extant *Rom. 8. v.3. ἐν ᾧ i.e. ἐφ' ᾧ eò quod infirmabitur per carnem,* 2.Cor.5.v.4. *ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι propterea non cupimus exui.* Syrus itidem reddidit [illegible] *eo quod* Luth. dieweil. Subintelligendum tamen circa verbum *ἥμαρτον, quòd in Adamo omnes peccaverint* i. e. quòd ex Adamo omnes traxerunt peccatum, videl. per carnalem generationem. Quod enim hoc loco dicit *omnes peccaſſe*, id v.19. poſtea exponit, *peccatores conſtitutos eſſe*: eſt enim Hebrææ linguæ idiotiſmus, verbo actionis habitum exprimere.

Mors pertranſiit in omnes, quia omnes peccaverunt, i. e. quia Adamus, humani generis parens, omniũ poſterorum, qui per carnalem generationem ex ipſo deſcendunt, perſonam repræſentans peccavit, qui ad divinam imaginem conditus non tantùm pro ſe, ſed etiam pro totâ ſuâ poſteritate dona illa acceperat.

Obſerva. Propria hîc ſedes eſt doctrinæ de peccato originali, quod non imitatione, ſed propagatione, οὐ μιμήσει ἀλλὰ φύσει in mundum intravit. 1. Si enim de imitatione peccati agere Apoſtolo propoſitũ foret, tùm potiùs dixiſſet exemplo Chriſti

Joh.8. v. 41. *per Angelum peccatum in mundum intraſſe, is enim primus peccavit*, quæ eſt obſervatio Auguſtini lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 9. 2. *an multi peccant actualiter, qui de Adami peccato non cogitant, de illis dici nequit, quòd peccatum Adæ exemplo eis noceat*; quæ itidem eſt Auguſtini obſervatio. lib. 6. contra Julian. cap. 12.

3. Particula διὰ cum genitivo veram & propriam rei cauſam exprimit, jam verò qui peccant, non ideò peccant, ut imitentur Adamum: proindè ſi de ſolâ imitatione Apoſtolus loqueretur, non potuiſſet dicere, per *unum hominem peccatum in mundum intraſſe.*

Excipit Schmaltz. in refut. diſput. 2. D. Franzii de peccat. orig. p. 45. *Apoſtolus affirmat. non Naturæ inhærentem corruptionem, ſed mortem in omnem pertranſiiſſe, non quòd homines ſocii ſint primæ culpæ, ſed quod ipſimet peccarint. Quanquam non negamus propter ipſam propagationem, quam omnes habent ex Adamo, eos etiam eſſe morti æternæ obnoxios, etiamſi non peccarint: quemadmodum etiam omnes, qui in Chriſtum credunt, vitam æternam conſecuturi ſunt, etiamſi non ita obedientes fuerint, ut Chriſtus obœdiens fuit, propter propagationem, quam ex Chriſto habent, quæ nihil aliud, quàm fides in Chriſtum.*

Reſp. Schmaltzius ἀσύστατα profert. Nam 1. ſi omnes homines propter propagationem, quam habent ex Adamo, ſunt morti æternæ obnoxii, utique etiam peccatum ab Adamo in eos propagatur. Neque enim propagatio Naturæ, quà talis, facit hominem morti æternæ obnoxium, ſed quatenus eſt propagatio Naturæ per peccatum corruptæ. 2. Apoſtolus non ſolùm dicit, *mortem in omnes homines pertranſiiſſe*, *ſed etiam peccatum per unum hominem in mundum introiiſſe*, quod peccatum nihil aliud eſt, quàm Naturæ inhærens corruptio. 3. Ut per peccatum mors, ita per unum hominem peccatum in mundum intravit. Jam verò peccatum eſt propria cauſa mortis, non impropriè vel ex occaſione, vel per accidens. Ergò etiam unus ille homo peccator eſt cauſa propria peccati, quod in poſteros propagatur. Si exemplo ſolùm noceret, per accidens tantùm, & ex occaſione cauſa peccati eſſet. 4. *Juſtitiam Chriſti* non *per propagationem*, ſed per *imputationem* nobis communicari, docet Apoſtolus Rom. 4. v. 6.

V. 15.

v. 13. Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου.

Vulg. *peccatum non imputabatur, cùm lex non eſſet*: ſed in Græco eſt *peccatum non imputatur, cum lex non eſt*, alio ſenſu. Nam videretur Paulus affirmare, non fuiſſe legem, quod non ita eſt, ſed hypothetice potiùs, non imputaretur peccatum, ſi nulla lex fuiſſet.

Reatum peccati non cepiſſe demum poſt legem à Moſe promulgatam & violatam, probat ex eo, *quòd homines mortui fuerint etiam ante legem*. Si enim mors locum habuit ante legem, utique etiam peccatum ante legem locum habuit, quia peccatum eſt mortis cauſa. Viciſſim quia peccatum tunc locum habuit, ex eo concludit, etiam legem aliquam tunc locum habuiſſe, quia abſq; lege peccatum non imputatur. Senſus igitur eſt. Quanquam ante Moſen non exiſtimabatur, peccatum eſſe in mundo, quia lex nondum erat ſolenniter promulgata, tamen peccatum omnino erat in mundo, & quidem jam inde ab Adamo usque, id quod in v. ſeq. probat ex peccati effecto, videl. morte. Syrus modo planè contrario reddidit & genuinum ſenſum invertit. *Usque enim ad legem peccatum cum eſſet in mundo, non reputabatur peccatum, propterea quòd non eſſet lex*. Atqui 1. quamvis tum nondum fuerit lex promulgata, tamen fuit omnium cordibus inſcripta. 2. quomodo peccatum cùm non fuiſſet imputatum, cùm propter peccatū omnes fuerint mortui? Verba illa ἄχρι νόμου accipienda ſunt excluſivè, pro eo, quod eſt *ante legem*, nō verò incluſivè, *i.e. usque ad finem legis, & Chriſti adventum*, ut Origines exiſtimavit.

Οὐκ ἐλλογεῖται i.e. ἐν λόγῳ οὐκ ἔστι, non habetur ejus ratio. Quod ergo peccatum dicitur *non imputari, cùm nulla eſt lex*, ſignificat, vim & efficaciam ejus abſque lege non facilè animadverti. Luth. **Da achtet man der Sünde nicht.** ſed oſtendimus ſuperiùs, rectè accipi de *imputatione divinâ*, in quâ ſignificatione hæc vox occurrit Rom 4. v. 3. 4 5. & 6.

v. 14. Ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος.

Mortem illam, quæ etiam ante Moſen i.e. ante legis promulgationem Moſaicā in mundo fuit dominata, non eſſe ab actuali

aliquo ſingulorum peccato profectam, ſed eſſe peccati originalis, ab Adamo propagati ſtipendium, probat ex eo, quòd etiam infantes, qui legem naturalem, actualiter & voluntariè eo modo, quo Adam, non fuêre transgreſſi, fuerint mortui. Senſus igitur eſt. *Quicquid ſit de illâ objectione, quòd ante Moſen non fuerit lex, proinde nec peccatum, effectus ipſe, videlicet mors teſtatur, etiam ante legem à Moſe promulgatam, peccatum in mundo fuiſſe.*

Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος. Mors inſtar Regis, qui hoſtes devicit, in homines ſæviit. Quia verò Diabolus habet *mortis imperium*, Hebr. 2. v. 14. conſequenter intelligitur, quòd Diabolus per mortem regnaverit.

Καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. Marloratus intelligendum ſtatuit de iis, *qui ſine lege peccaverunt*, Rom. 2. verſ. 12. At conjunctio καὶ, quæ h. l. reddenda per *etiam*, illi expoſitioni adverſatur, ſiquidem illa ſubinfert aliquam diſtinctionem inter homines. Si autem verborum Pauli hic eſſet ſenſus, Mors regnavit etiam in eos, qui non habuerant ut Adam revelatam certo oraculo Dei voluntatem, ſed duntaxat conſcientiæ teſtimonium, tunc conjunctio καὶ redundabit: nullá enim diſtinctione hic erit opus, quia omnibus & ſingulis hominibus à lapſu Adami usque ad latam legem competit τὸ ſine lege peccaſſe, i. e. nullam legis Moſaicæ notitiam habuiſſe, neque illam, ut ſcriptis tabulis publicè tradita eſt, violaſſe.

Joh. Driedo contendit, *Græcum textum hoc loco eſſe corruptum, quia Ambroſius contendit, legendum potiùs ſublatâ negatione, in eos qui peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ. Et ſic legiſſe olim Tertullianum, Victorinum, Cyprianum, etſi repugnent exemplaria Græca corrupta, poſtquam verſa ſunt in Latinum, remanentibus verſionis Codicibus purioribus propter ſimplicitatem temporum.*

Reſp. 1. Omnia exemplaria Latina hodie legunt additâ negatione. Ergo omnia eſſent corrupta.

2. Syrus itidem habet negationem additam.

3. Contextus ſuffragatur huic lectioni. Docet Apoſtolus ab eventu, omnes homines eſſe peccati reos, etiam infantes, qui non

non peccarunt ſicut Adam, i. e. προαιρετικῶς. Id enim inſtitutum eſt Pauli, è mortis pœnâ evincere peccati culpam, quod non faceret, ſi mortem diceret regnaſſe in omnes, qui peccaſſent ad ſimilitudinem Adæ, quia excipi poſſent infantes, in quos regnavit eadem mors, etſi non ſimilitudo peccati.

At quomodo de infantibus dici poteſt, quod non peccaverint ad ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ, cùm peccatum originis etiam in infantibus pariat actualia peccata? Reſp. peccata actualia quædam ἐκ προαιρέσεως ſunt; quædam ἄνευ προαιρέσεως committuntur. De illis propriè loquitur Apoſtolus, quando negat, *infantes peccare ad ſimilitudinem Adæ*, i. e. ἐκ προαιρέσεως.

Ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος, i. e. *Chriſti*. Syr. *illius, qui futurus erat*. Typum hunc poſtea Apoſtolus latiùs declarat hoc modo. *Ut Adamus omnibus ex ſe natis peccatum & mortem: ſic Chriſtus omnibus fide ſibi inſitis juſtitiam & vitam communicat.*

Τύπος h. l. non uſurpatur eâ ratione, quâ aliàs figuræ V. T. dicuntur typi. Inſtituitur enim inter Adamum & Chriſtum quædam tantùm comparatio, & quidem diſſimilium magis, quàm ſimilium, cujus ſimilitudinis πρότασις proponitur in v. 12. ἀπόδοσις verbis expreſſis non additur, ſed tantùm inſinuatur.

Τύπος ergo hîc tantùm notat *ſimilitudinem*, quo modo etiam Syrus reddidit, דְּמוּתֵה.

V. 15. Ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε.

Docuerat, *Adamum eſſe ſimilitudinem Chriſti*. Jam ſubjungit diſſimilitudinem utriusque. Similitudo in eo conſiſtit, quòd uterque quod ſuum eſt, in ſuos propaget. Diſſimilitudo in eo eſt primò, quòd ille quidem *culpam per naturam in poſteros in exitium propaget*: hic verò *per gratiam juſtitiam in ſuorum ſalutem communicet*. Hanc continere vim comparationis, oſtendit vox χάρισμα. Secundò, quòd virtus juſtificandi ac ſalvandi in credentes à Chriſto deſcendens efficacior ſit, quàm virtus peccati & mortis, ab Adamo in poſteros propagata. Hanc enim eſſe comparationis vim, docent particulæ πολλῷ μᾶλλον, & ἐπερίσσευσε.

τὸ χάρισμα eſt, quod ex Dei gratiâ deſcendit, quod Deus homini gratificatur. Luth. Gabe. In ſeq. verſiculo vocat τὸ δώρημα beneficium. Utroq; nomine intelligit juſtitiam, Chriſti morte partam, quæ credentibus in ipſum ex gratiâ per imputationẽ communicatur. Syrus utrobique habet nomen מוהבתא donum.

Ex eo, quòd multi dicuntur unius transgreſſione mortui, colligebant olim Pelagiani, & hodie Photiniani, Adæ peccatũ exemplo tantùm & imitatione poſteris nocere. Si enim propagatione noceret, omnibus utique, non tantùm multis noceret. Reſp. 1. Apoſtolus ipſe vocabulum πολλοὶ explicat Univerſaliter. v. 12. peccatum in mundum intravit, ac per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, eo quòd omnes peccaverunt. v. 18. per unam transgreſſionem reatus venit in omnes homines. 2. Ergo vocula multi indefinitè poſita, non eſt hoc loco reſtringenda ſed amplianda. Multi conſtituti ſunt peccatores, i. e. omnes, qui reverâ ſunt multi. Auguſt. lib. 6. contra Julian. c. 16. confert has duas propoſitiones Patrem multarum gentium conſtitui te. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Poſtea addit. Sanus intellectus eſt, ideò ſic locutam Scripturam, quia poſſunt eſſe aliqua omnia, quæ non ſunt multa, & rurſus poſſunt eſſe aliqua multa, quæ non ſunt omnia.

Ἀπέθανον. Unius lapſu multi ſunt mortui, i. e. propter lapſum unius ſc. Adæ, omnes homines morti ſunt addicti. Verba Hebræorum ſæpè non actum, ſed debitum ſignificant. Pſal. 32. v. 9. viam, qua ibis, debes ire. Hebr. 5. v. 4. nemo ſibi ſumet, ſumere debet. Reſpicit autem Apoſtolus ad primævam comminationem Gen. 2. v. 17.

Ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, ἡ δωρεὰ eſt donum ex gratiâ Dei deſcendens, videlicet juſtitia, morte Chriſti parta, quam Deus ex gratiâ donat credentibus.

Ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Lutherus reddidit: Durch JEſum Chriſtum / der einige Menſch in Gnaden war. Eodem fere modo Syrus reddidit, propter unum Filium hominis Jeſum Chriſtum. In aliis exemplaribus ſic habetur Durch die einige Gnade des Menſchen Jeſu Chriſti / h. e. per Chriſti meritum, quod ex gratia nobis imputatur.

Ἐπερίσσευσε redundavit, copiosè effuſa eſt, ut ſit metaphora à fluminibus exundantibus. Syrus habet verbũ יתר quod de quantitate & qualitate uſurpatur, abundavit, excelluit.

16. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα· τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων, εἰς δικαίωμα.

Tertiam diſſimilitudinem exponit, videlicet quòd ex Adæ peccato reatus in omnes poſteros provenerit; Chriſti autem juſtitia gratis per imputationem data, non ſolùm ab illo originalis peccati reatu, ſed etiam ab omnibus aliis actualium peccatorum reatibus credentes abſolvat.

Cæteræ ſunt in hoc verſiculo ellipſes. καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ δώρημα. *Neque ut illud, quod introiit per unum, qui peccavit,* [illegible] i. e. non ita ſe res habet cum dono, *ſicut cum eo, quod per* [illegible] *peccavit,* videlicet Adamum, *in mundum intravit*, i.e. ſicut cum peccato & morte ab Adamo in nos omnes propagato. καὶ hoc loco eſt adverſativa, juxta uſitatum Hebraiſmum.

Τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα. *Nam judicium*, i. e. reatus [illegible] *eſt ex uno* ſc. lapſu, ex unâ offenſâ, *in condemnationem* [illegible] *gratia autem* ſive donum per gratiam, quod Deus hominibus gratificatur, *ex multis lapſibus*, i. e. non ſolùm ex lapſu Adami, ſed etiam ſingulorum hominum propriis lapſibus, *ad juſtificationem* ſcil. datur. Syrus addidit הֲוָה *fuit ad juſtitiam.*

Δικαίωμα definit Ariſtoteles τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. 5. Ethic. Nicom. cap. 7. ea verò *emendatio* ſive correctio injuriæ eſt vel activa, vel paſſiva. *Activa*, quæ fit per actionem legitimam & per ſententiæ judiciariæ executionem. *Paſſiva* eſt, cùm reus, [illegible] injuriam, luit pœnas debitas & porrò ad obœdientiam [illegible] Mich. Ephes. c. 9. Ethic. δικαιοῦν *jus accipere dicitur, &* [illegible] *quod ſibi ablatum fuit ab injuſto, & dicitur de eo quoque,* [illegible] Hoc loco δικαίωμα eſt tùm illud, propter quod [illegible] tranſgreſſione ſive ἀδικία, per tranſgreſſionem contracta [illegible] videl. Chriſti juſtitia per fidem imputata, tùm [illegible] propter juſtitiam Chriſti, fide imputatam, [illegible] quæ propriè eſt δικαίωσις.

17. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασι-

ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ χριστοῦ.

Ex monſtratis hactenus diſſimilitudinis membris colligit, Chriſti juſtitiam fide imputatam efficaciorem eſſe ad vitam credentibus afferendam, quàm fuit Adæ injuſtitia per carnalem generationem in ipſos propagata ad mortem ipſis afferendam.

Τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι. Per & propter illam, unius ſcil. primi hominis, transgreſſionem mors regnavit.

Per τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης intelligit juſtitiam Chriſti morte partam, quæ ex gratiâ datur credentibus & abundat ſupra peccatum.

Pontificii per *gratiam* intelligunt *juſtitiam inhærentem, quæ eſt donum in anima inhærens, cùm Apoſtolus addat vocem* δωρεᾶς. Inde Bellarmin. *abundantiam donationis* mutat in *abundantiam donorum*.

Reſp. 1. Apoſtolus ipſe ſatis perſpicuè exponit, quid per illam *abundantiam gratiæ*, & *donationis juſtitiæ*, ſive *donatæ ex gratiâ* intellectum velit, videl. gratuitam *cum Deo reconciliationem factam per Chriſtum* verſ. 10. *juſtificationem per ipſius ſanguinem*, verſ. 9. *plenitudinem gratiæ ad juſtitiam* v. 15. *juſtificationem vitæ per obedientiam & juſtitiam Chriſti*, verſ. 15. 2. Περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης vocat ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος, Epheſ. 2. verſ. 7. at hæc περισσεία, hic πλοῦτος χάριτος non poteſt de infuſis qualitatibus, ſive inhærente juſtitia accipi, quia donorum ſpiritualium non eſt talis περισσεία in ſanctis, cùm primitias tantùm Spiritus accipiant. Rom. 8. v. 23. 3. In v. 20. additur, *ubi abundavit delictum, ibi* ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις: ubi eadem vox περισσείας uſurpatur. Illa vero gratiæ abundantia non niſi perquam abſurdè poteſt de infuſis donis accipi. 4. Vocula δωρεᾶς non ſtatim infert donum juſtitiæ inhærentis, quia etiam Chriſtus eſt Dei donum, etiam juſtitia Chriſti eſt Dei donum, nec tamen Chriſtus vel Chriſti juſtitia formaliter nobis inhærent. 5. Illud, ex multis offenſis, eſt idem, quod ex omnibus.

Nam

Nam ſi non omnes condemnarentur, nulla eſſet ſalus, quandoquidem, qui in uno delinquit, eſt omnium reus. At infuſio juſtitiæ non opponitur omnibus delictis. *Si enim dixerimus, nos non habere peccatum.* Itaque hæc abundantia juſtitiæ, quæ opponitur omnibus delictis, non eſt infuſio juſtitiæ.

v. 18. Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα: οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς.

Ἀνακεφαλαίωσις hæc eſt omnium præcedentium. Ut in ſummam, inquit, breviter redigam, quæ de Adæ & Chriſti comparatione dixi hactenus, res eo redit. Sicut reatus ex unâ Adæ transgreſſione contractus omnes morti addicit: ſic Chriſti juſtitia per fidem credentibus imputata eos juſtificat, ut vitæ æternæ in Adamo & per Adamū amiſſæ iterū participes reddantur.

Ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς κατάκριμα. *Sicut per unam offenſam*, ſc. venit reatus *in omnes homines ad condemnationem*. Syrus reddidit *Sicut per delictū fuit cōdemnatio omnib9 filiis hominum.* Opponit Apoſtolus τὸ παράπτωμα Adami, ac τὸ δικαίωμα Chriſti. κατάκριμα ex Adæ transgreſſione in omnes propagatum, & δικαίωσιν ζωῆς, ex Chriſti δικαιώματι originem ducens, in omnes dimanans.

Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους, εἰς δικαίωσιν ζωῆς. *Sic per unius juſtitiam*, ſc. redundavit beneficium *in omnes homines ad juſtificationem vitæ*, i. e. ſalvificam. Vocatur enim *juſtificatio vitæ*, quia eius finis ac conſequens eſt vita & ſalus æterna.

Quomodo vero δικαίωμα Chriſti redundavit in omnes homines in juſtificationem, cum non omnes juſtificentur? Reſp. Apoſtolus non de applicatione, ſed de acquiſitione beneficii loquitur. Si ad applicationem deſcendere velimus, univerſalitas illa reſtringenda ad eos, qui Chriſto per fidem inſeruntur. Ut enim injuſtitia Adæ omnibus illis cōmunicatur, qui per carnalē generationem ab ipſo deſcendūt: ita Chriſti juſtitia cōmunicatur illis omnib9, qui per fidem & ſpiritualem regenerationem ipſi inſeruntur.

v. 19. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί.

Oſtendit antegreſſæ comparationis fundamentum, in eo conſiſtens, quòd duo iſti homines conſtituti ſint velut duo ſtipites, ex quibus juſtitia & vita in alios propagetur. Adamus enim in primâ creatione conſtitutus fuit ſtipes, à quo juſtitia & vita in omnes poſteros propagaretur, ſed quia per peccatum à Deo ſe avertit, inde injuſtitia & mors ab eo in omnes poſteros propagantur. Deus ergo humani generis ex gratia miſertus, alium juſtitiæ & vitæ fontem nobis aperuit, miſit Chriſtum mediatorem, à quo velut ſtipite ac arbore vitæ juſtitia & vita omnibus communicaretur, qui fide ei inſeruntur. Quod priùs vocaverat *παράπτωμα transgresſionem*, jam vocat *παρακοὴν inobœdientiam*, quia origo & fons transgresſionis fuit inobœdientia; ac quod priùs vocaverat *δικαίωμα, juſtitiam*, jam vocat *ὑπακοὴν obœdientiam*, quia Chriſtus, *obœdiendo Patri ſuo cœleſti ad mortem usque crucis*, juſtitiam illam nobis acquiſivit. Phil. 2. v. 9. Viciſſim quod priùs dixerat, *ex unâ transgresſione κατάκριμα viniſſe in omnes*, illud hoc loco ſic effert, quòd *peccatores conſtituti ſint multi*, quia illa peccati propagatio ac reat9 contractio eſt cauſa condemnationis; ac quod priùs dixerat, *per unius juſtitiam beneficium redundaſſe in omnes εἰς δικαίωσιν*, illud hoc loco ſic effert, quod *per unius obœdientiam juſti conſtituti ſint multi*. Utitur autem verbo futuri temporis propter *τοὺς μέλλοντας πιστεύειν*. De hac Adæ & Chriſti oppoſitione pii veteres ſic loqvuntur. Irenæus lib. 5. cap. 18. p. 342. *Quemádmodum per hominem victum deſcendit in mortem genus noſtrum: ſic iterum per hominem victorem aſcendimus in vitam. Et quemadmodum accepit palmam mors per hominem adverſus nos, ſic iterum nos adverſus mortem per hominem accepimus palmam.* Auguſtin. Epiſt. 57. ad Dardan. q. 2. *In illo patuit, quid hominis arbitrium valeret ad mortem, in iſto, quid Dei adjutorium valeret ad vitam.* Idem lib. 2. de peccat. orig. cap. 24. *In horum duorum hominum cauſa propriè fides Chriſtiana conſiſtit, quorū per unum venundati ſumus ſub peccato, per alterum redimimur à peccatis, quorum ille nos in ſe perdidit faciendo voluntatem ſuam, non ejus, à quo factus eſt; iſte nos in ſe ſalvos fecit, non faciendo voluntatē ſuam, ſed ejus, à quo miſſus eſt.* Lyranus in h. l. *Sicut per obœdientiam Adæ poſteri facti ſunt injuſti, ſic per obœdientiam Chriſti, in ligno crucis paſſi, multi ſunt juſtificati.*

Ponti-

Pontificii ex h. l. evincere conantur, *nos juſtificari per juſtitiam infuſam & inhærentem.*

Pererius in h. l. *Non dixit Paulus, inobœdientiâ Adami conſtitutos eſſe peccatores, ne quis putaret, per inobœdientiam imputatam, ſed dixit per inobedientiam, videlicet per peccatum intrinſecè manens in ipſis, ab Adami inobedientiâ profectam. Similiter ergo, non quòd Chriſti obœdientia conſtituat juſtos, quaſi fiant homines juſti non per juſtitiam inhærentem, ſed per imputationem: ſed per obœdientiam Chriſti conſtitui juſtos, quia hæc cauſa ſit meritoria.*

Reſp. præſupponit, phraſin illam *juſtitiâ juſtos, & injuſtitiâ injuſtos fieri*, non niſi formaliter; alteram verò *per juſtitiam juſtos, & per injuſtitiam injuſtos fieri*, non niſi meritoriè ſignificare. Atqui huic hypotheſi cogitur Pererius ipſe renunciare, quando τὸ διὰ πίστεως Rom.3.v.22.& 30. interpretatur formaliter. Sic 2.Tim.3. v.15. *fides* non eſt cauſa, propter quam quis meretur fieri ſapiens ad ſalutem, ſed eſt ipſa potiùs illius ſapientiæ forma. Sic quando Gal.5. v.6. *fides per caritatem* dicitur *operari*, non poteſt *intelligi ſed cauſa meritoria, cur fides operetur.* Bellarm. ipſe lib.2. de Juſtif. cap.3. *Juſtificamur per gratiam ipſius, i.e. per juſtitiam ab illo donatam & infuſam, & hæc eſt cauſa formalis.*

Bellarm. lib.2. de juſtif. cap.3. *Per injuſtitiam Adæ injuſti ſumus conſtituti, injuſtitiâ nobis verè & realiter inhærente, non autem imputatâ. Ergo eodem modo per obœdientiam Chriſti conſtituimur juſti, juſtitiâ nobis inhærente.* Becanus part.1.de Juſtif.cap.2.ſect.14. *Quemadmodum per inobœdientiam Adæ injuſti ſumus conſtituti, ita per obœdientiam Chriſti conſtituimur juſti. At per Adæ inobœdientiam non formaliter, ſed efficienter & meritoriè duntaxat conſtituimur injuſti. Ergo etiam per obœdientiam Chriſti non formaliter, ſed efficienter & meritoriè duntaxat juſti efficimur.*

Reſp.1. Comparatio inter inobœdientiam Adæ, & obœdientiam Chriſti non ſimpliciter & abſolutè inſtituitur, ſed ſecundum quid. conſiderat enim Apoſtolus tùm ſalutis ac condemnationis noſtræ cauſas, quòd ſicut condemnatio ab Adami inobœdientiâ, ita ſalus noſtra à Chriſti obœdientiâ originem trahat: tùm obœdientiæ ac inobœdientiæ illius propagationē & effecta, quòd ſicut per unius inobœdientiam peccatores conſtituti ſint

multi ita per obœdientiam Chriſti juſti conſtituantur. 2. Nequaquam verò ad propagationis ac communicationis modum hæc comparatio extendenda, quippe de quo Apoſtolus hoc loco nō agit, ſed de eo in præcedentibus egerat, docens, juſtitiam Chriſti fide nobis imputari, peccatū verò Adæ carnali generatione in nos propagari. 3. Quòd ſi ultra terminos Apoſtolicæ comparationis progredi velimus, poſſet quis ex eadem inferre, Chriſti juſtitiam per carnalem generationem in nos propagari, cùm Adæ injuſtitia eo modo nobis communicetur: Item in omnes omninò homines, citra ullum fidei vel incredulitatis reſpectū, juſtitiam Chriſti propagari, cùm per carnalē generationem peccatū Adæ in omnes propagetur. 4. Id verò cùm ſit abſurdum, diſtinguendum omninò inter *meriti Chriſti acquiſitionem & applicationem*; ſive inter beneficium ipſum & beneficii participationem. *Acquiſitio meriti*, ſive beneficiū ipſum Chriſti morte partum, eſt generale. Ut enim Adamus in obœdientiâ omnes poſteros peccati reatu involvit: ſic Chriſtus pro omnium peccatis paſſus ac mortuus, liberationem ab hoc reatu, & juſtitiam omnibus promeruit & acquiſivit. Sed hoc beneficium illis tantùm applicatur, & illi tantùm hujus beneficii participes fiunt, qui per fidem Chriſto inſeruntur. 5. Manifeſta eſt in hoc textu Apoſtolico oppoſitio inter juſtificationē, & condemnationem, v.16. & 18. Cùm autem oppoſita ſint ſub eodem genere, & verò condemnatio ſit actus judicialis, ex eo conſequitur, etiam juſtificationem eſſe actum judicialem, ac proinde eam non in juſtitiæ infuſione, ſed in abſolutione à peccatis conſiſtere. Nimirum, ut per Adami delictum in omnes homines peccatum propagatur, quod illis cedit in condemnationem, i. e. propter quod juſto Dei judicio damnantur, niſi fiat reconciliatio & remiſſio: ſic per Chriſti meritum omnibus parta eſt juſtitia & ſalus, ut ex fide juſtificentur i. e. juſti pronuncientur, à peccatis abſolvantur & a condemnatione liberentur. 6. *Juſtum conſtitui & juſtificari* habentur ab Apoſtolo pro ἰσοδυναμοῦσι. Ergo *ut juſtum conſtitui* opponitur *condemnationi* in v. 19. ita quoque *juſtificari* in v. 18. ac proinde utrumque habet forenſem ſignificationem. Verbum κατασταθήσονται indicat, hæc coram Dei juſti judicis tribunali per-

pelagi, qui poſteros Adæ propter peccatum condemnat, credentes autem in Chriſtum ab illâ damnatione abſolvit & juſtos conſtituit. Rom. 10. v. 3. 2 Cor. 5. v. 21. 7. nullâ veritatis ſpecie negari poteſt, peccatum Adæ ipſius poſteris imputari. Quamvis enim corruptio Naturæ, ex Adæ peccato orta, poſteris inhærens, negari tamen nequit peccatum Adæ, ex quo corruptio Naturæ ortum ipſis imputari, Exo. 20. v. 5. Rom. 5. 13. Quamprimum enim peccarunt primi parentes, in quorum lumbis erat totum genus humanum, quiq; dona non tantùm pro ſe, ſed etiam pro ſuis poſteris acceperant, ipſorum transgreſſio reputata fuit totius humani generis transgreſſio, ac proinde illis omnibus imputata, ut eſſent damnati, antequã nati. Inde Bellarm. ipſe lib. 4. de amiſſ. gratiæ c 10. ſcribit, *peccatum Adæ ita omnibus poſteris imputatum, ac ſi omnes idem peccatum patravissent*: & adducit dictum Bernhardi: *Noſtra eſt Adami culpa, quia etſi in alio, nos tamen peccavimus; & nobis juſto Dei judicio imputabatur, licet occulto.*

Stapletonus in Antidoto h. l. urget verbum κατασταθήσονται. *Et dictio hæc*, inquit, *ad inhærentem juſtitiam explicandam aptiſſimum, quod ubique ſcriptura doceat, non imputationem ſignificare, ſed veram & inhærentium acquiſitionem & poſſeſſionem.* Luc. 12. *ſuper omnia bona conſtituet eum* Pſ. 8. Hebr. 2: *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.* Jes. 2. *minister Dei conſtituitur.*

Reſp. 1. Quidam verbum *conſtituendi* ſtatuunt reſpectum habere ad ſtatum fidelium in futuro ſeculo, in quo inhærente juſtitiâ eademq. perfectiſſimâ juſti conſtituentur. Beneficia vero Chriſti non terminantur cum hac vitâ, ſed etiam in futuram vitam ſeſe extendunt. Sic ergo hæc phraſis deſignaret effectum juſtificationis. Huc faciunt verba illa Apoſtoli: *Qui abundantiam gratiæ & doni juſtitiæ accipiunt, in vita regnabunt.* Nam videntes enim iſta tempora, abundantiam doni accipiunt, in hâc vitâ jam poſſunt, ac in vitâ non *regnant*, ſed *regnabunt*, ſcilicet olim, & in futuro ſeculo.

2. In juſtificatione per juſtitiam Chriſti imputatam credentes verè conſtituuntur juſti, nec veriùs, aut à Domino ſuo quenquam unquam ſervum cõſtitutum ſuper omnia bona ejus, neq; à Deo hominem ſuper omnia opera manuum ejus, ſed non ſequi-

quitur, ſi ex veritate inhærentiam juſtitiæ quis inferre velit. Nec in exemplis adductis inhærentia neceſſariò ſtatuitur. Homo conſtituitur Dominus creaturarum non per inhærentiam, ſed per σχέσιν; conſtituitur homo Dei amicus non per affectum aliquem ipſi homini inhærentem, quia Deus dilexit non exiſtentes.

v. 20. Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα· οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.

Occurrit Apoſtolus objectioni, quæ adverſus ea, quæ hactenus dicta, moveri poterat. Si jam inde ab Adamo peccatum in mundo fuit, ac mors in omnes ab Adamo deſcendentes dominata fuit, ut nemo propriâ ſuâ juſtitiâ coram Deo conſiſtere poſſit, quare ergo poſt lapſum Adæ lex promulgata eſt? Reſp. Apoſtolus, legem promulgatam eſſe, ut non peccatum aboleret, ſed ut peccatum monſtraret, ſicque gratia magis commendaretur. Quò enim magis conſpicitur peccatum, eò illuſtrius eſt beneficium in Chriſto nobis exhibitum.

Νόμος παρεισῆλθε i. e. διὰ τὴν ἐπαγγελίαν εἰσῆλθε, *propter promiſſionem gratiæ introiit. Quidam referunt ad Adamum & Chriſtum*, ut ſit ſenſus. *Inter Adamum & Chriſtum introiit.*

Syrus ſimpliciter reddidit. מַעְלְנָא εἴσοδος *ſ. introitus, qui fuit legi, ſc. fuit*, ut augeret peccatum. Rad. עלל quod Syris ſignificat, *ingreſſus eſt*. Luth. **das Geſetz iſt neben einkommen.**

Per νόμον Origenes intelligit *legem membrorum*, i. e. *legem peccati in membris inhærentem*. Rom.7.23.

Sed Chryſoſtomus & Ambroſius rectiùs intelligunt *legem per Moſen promulgatam*, de quâ Apoſtolus Rom.3.v.20. dixerat, quod *per eam ſit peccati agnitio*.

ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα *ut abundaret peccatum* i. e. ut eò meliùs agnoſceretur peccatum, & ejus vis magis ſentiretur: ubi enim non eſt lex, ibi peccatum non agnoſcitur, nec æſtimatur. Huc pertinet regula: *Verba activa apud Hebræos ſæpe accipiuntur declarative*. Lev.13.v.14. טִמֵּא *immundum fecit* i. e. declaravit 1.Samuel.15.v.4. Proverb.17.v.15. הִצְדִּיק *juſtum fecit* i, e. juſtum de-

cla-

[illegible] Job.10.v.2. Prov.17.v.15. הִרְשִׁיעַ *fecit impium* i.e. pro[illegible] impium.

Chryſoſtomus monet, *particulam ἵνα non eſſe αἰτιολογικὴν, ſed* [illegible]*, non reddere cauſam, ſed notare eventum.* Verùm poteſt [illegible] αἰτιολογικῶς accipi, quia poſt lapſum præcipuus promulgatæ legis finis eſt, *ut peccatum oſtendat & arguat.* Rom.3.v.20. [illegible] 7. v.7. Galat.3. v.21. &c. Hieron.q.8.ad Algaſiam. *Lex* [illegible] *peccatorum venena monſtraret.* Ambroſ. in cap.7. Rom. [illegible] *lex eſt, non genitrix, reos faciens peccatores.* Auguſt. de [illegible] cap.1. *Ad hæc data lex eſt, ut vulnera oſtenderet pecca*[illegible] *benedictione ſanaret.* Οὐ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑ[illegible] ἡ χάρις. Verbum ὑπερπερίσσευσεν eſt emphaticum, [illegible], quod non perinde valet, ac ſi dicas, *ſic abundare* [illegible] *abundatur, quod ſuperfluum eſt, ſed quaſi dicas vehementer* [illegible] *abundare.* auget enim apud Græcos ſignificationem [illegible] Rom.8. verſ.37. ὑπερνικῶμεν. 2. Corinth.12. verſ.7 [illegible] 2 Theſſal.1.v.3. ὑπεραυξάνει. Eſt aliàs in verbo πε[illegible] ſignificatio copiæ declaratæ, metaphora à *fluminibus ex*[illegible], ea augetur per particulam ὑπὲρ 2.Cor.7.v.4. ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ. Marc.7. verſ.37. ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο.

[illegible] *eſt horum uſus*, inquiunt Lexicographi, ut ſic ubertas illa [illegible] ipſa nominis raritate commendetur.

Gratiam Chriſti dicit *efficaciorem eſſe & abundantiorem lapſu Adæ.* 1. quia non tantum tollit peccatum originis, ſed etiam omnia [illegible] actualia eorum, qui in Chriſtum credunt. 2. quia injuſtitia Adæ eſt infinitum malum duntaxat ratione objecti, quia commiſſa eſt contra infinitum bonum; & ratione effecti, quia [illegible] & æternas pœnas: ſed Chriſti juſtitia eſt infinita, non ſolum ratione objecti, quia Patri cœleſti, qui eſt bonum infinitum, præſtita; & ratione effecti, quia vitam æternam, quæ eſt infinitum bonum, promeruit, ſed etiam ratione ſubjecti, quia à perſona infinita proficiſcitur, ex quo infiniti pretii valorem ac vim ſortitur.

Abun-

Abundantia gratiæ Chriſti cum lapſu Adæ collata 1. non conſideratur ratione objecti, ſed ratione materiæ & effecti, i. e. non ratione hominum, ſed ratione rerum, quæ utrobiq; conferuntur: ubi longè abundantior theſaurus occurrit in reſtauratione per Chriſtum factâ, quàm abyſſus malorum in corruptione per Adamum introductâ. 2. Nec ratione actus, ſed potentiæ ſeu ſufficientiæ. Etſi enim actu non fruuntur omnes merito Chriſti, tamen pro omnibus eſt præſtitum, ad omnium redemtionem ſufficit, & omnibus in verbo Evangelii offertur.

Obſerv. Ut Chriſti gratia ſuperabundat ſuper Adæ lapſum & originale peccatum, ita quoque ſuper omnia actualia peccata exuberat.

Peccatum eſt opus Diaboli & hominis, gratia vero eſt opus immenſæ & infinitæ majeſtatis divinæ. Quomodo jam id, quod à Diabolo & homine eſt, majus eſſet eo, quod eſt in Deo & à Deo.

Chryſoſtomus homil. 19. in Geneſ. tom. 1. f. 132. οὐδὲν ἐστιν ἁμάρτημα, κἂν σφόδρα μέγα, ὃ νικᾷν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐὰν ἡμεῖς ἐν καιρῷ τῷ δέοντι τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν συγγνώμην αἰτῶμεν. *Nullum peccatum eſt, quantumcunque grave ſit, quod illius miſericordiam vincat, modò tempore debito pœnitentiam agamus, & veniam petamus.*

Homil. 2 in Pſal. 51. fol. 706. τί ἐστιν ἁμαρτία πρὸς τὴν τοῦ δεσπότου φιλανθρωπίαν, ἀράχνη. ἄνεμος φυσᾷ καὶ διασκεδάννυται ἀράχνη. θεὸς βούλεται, καὶ οὐ διαλύεται ἁμαρτία; *Quid eſt peccatum ad Domini miſericordiam? aranea. Ventus ſpirat, & diſſipatur aranea. Deus vult, & peccatum non diſſolvatur?*

Homil. 3. de pœnit. *Quantum ſcintilla ſe habet ad mare, tantum hominis malitia ad Dei clementiam. Pelagus tametſi magnum eſt, menſuram recipit; Dei verò clementia finem non habet.* Bernhardus ſerm. 3. de S. Andr. f. 332. *Major eſt Domini pietas, quàm quævis hominum iniquitas.* Caſſiodorus in Pſal. 61. *Multitudo indulgentiæ divinæ magnitudinem peccatorum quamlibet exuperat.*

V. 21. Ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

Dixerat v. 14. *mortem propter peccatum regnâſſe*, hoc loco dicit, *peccatum regnaſſe in mortem ac per mortem, quia peccatum eſt mortis cauſa & ſtimulus*, 1. Cor. 15. v. 56. Sed huic peccati & mortis dominio opponit dominiũ gratiæ per juſtitiam in vitam æternam, quod beneficium gratiæ & vitæ à Chriſto ad nos deſcendit, ſicut veneficium peccati & mortis ab Adamo in nos dimanavit. Syrus emphaticè, *per manum Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

Ἐν θανάτῳ. Reddendum hoc eſſe, *in mortem*, patet ex ſubjecta ἀντιθέσει, εἰς ζωήν.

CAP. VI.

v. 1. Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ;

QVia regeneratio & renovatio; juſtificatio & ſanctificatio in credentibus individuo nexu ſunt conjuncta, ideò poſtquam de priore Chriſti beneficio hactenus egerat, ad poſterius ejusdem beneficium jam progreditur. Utitur autem eleganti tranſitione. Dixerat in v. 20. cap. præced. *gratiam abundare ſuper peccatum.* Subjicit ergo per modum occupationis. *Si gratia abundat ſupra peccatum, ergone maneamus in peccato, ut dicunt impii, ut magis abundet gratia.*

Oecumenius in h. l. *Quia ſuprà dixerat, ubi abundavit peccatum, abundavit gratia: ne quibusdam non ſanæ mentis ea videretur eſſe adhortatio ad peccatum, refutat, dicens: Abſit: quod de iis uſurpari ſolet, quæ in confeſſo eſt eſſe abſurda.*

Ἐπιμένειν τῇ ἁμαρτίᾳ eſt, *indulgere & inſiſtere peccato, laxare frena peccato, manere in ſervitio peccati, prætextu gratuitæ veniæ absque pœnitentia peccato indulgere.* Luth. **in der Sünde beharren.**

v. 2. Μὴ γένοιτο, οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;

Reſpondet Apoſtolus propoſitæ objectioni per ſimplicem inficiationem. Qui peccato mortui ſunt, non debent in peccato vivere, eique indulgere. Credentes in Chriſtum ſunt peccato mortui. Ergo.

Ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ. Græca Scholia ſic explicant, οὐκέτι ἐνεργοὶ ἐσμεν, οἱ γὰρ ἀποθάνοντες οὐδὲν ἐνεργοῦσι.

Mori peccato, h.l. *eſt liberari à peccato, valedicere peccato &c.* *Vivere peccato* eſt, *eo delectari*, idque quotidianis actionibus uſurpare.

Quomodo verò credentes ſunt mortui peccato?

Reſp. in juſtificatione ac regeneratione accipiunt Spiritum ſanctum, qui Naturam peccato corruptam incipit renovare, & peccatum in carne ipſorum mortificare, quâ ratione dicuntur peccato mortui. Diſtinctæ igitur ſunt phraſes. *Mortuum eſſe peccato* in Dativo, & *mortuum eſſe peccato* in Ablativo, Epheſ. 2. v. 1. vel quod idem eſt, *mortuum eſſe in peccato*, Col. 2. v. 13. Prius denotat beatam illam mortem, quâ peccatum in nobis moritur ſive mortificatur, quæ eſt veræ vitæ principium: poſterius denotat infelicem illam mortem, quâ peccatum in nobis vivit ac nos mortificat, quæ eſt æternæ mortis initium.

V. 3. Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν;

Oſtendit Apoſtolus medium illud ſalutare, per quod ſanctificatio, i. e. corruptæ noſtræ Naturæ renovatio, Chriſti morte parta, nobis confertur, quod eſt *Baptiſmus*, quippe qui *lavacrum* eſt *non ſolùm regenerationis, ſed etiam renovationis*, Tit. 3. v. 5.

Baptizari in Chriſti mortem, non ſolùm ſignificat, *profesſionem fidei de morte & ſepulturâ Chriſti edere*, quod olim à Catechumenis ante ſuſceptum Baptiſmum requirebatur; nec ſolùm ſignificat, *polliceri Deo peccati mortificationem*, quæ promisſio itidem à baptizandis exigebatur, ſed etiam ac vel maximè ſignificat, *participem fieri beneficiorum, pasſione & morte Chriſti partorum, per Baptiſmum*, qui eſt Nov. Teſtam. Sacramentum, beneficia Chriſti hominibus offerens, & credentibus ea conferens, obſignans & confirmans.

Complectitur igitur hæc phraſis utrumque beneficium per mortem Chriſti nobis partum, & per Baptiſmum nobis collatum, videl. tùm regenerationem ſive peccati remisſionem, tùm renovationẽ ſive peccati mortificationem, quæ in Baptiſmo incipit, ac poſtea quotidie continuari & augeri debet. In Baptiſmo enim

enim percipimus efficaciam mortis Chriſti, non ſolùm eâ ratione, quia peccatorum remisſio, morte Chriſti parta, fide nobis obtingit, ſed etiam, quia participes reddimur Spiritus Sancti, quem itidem Chriſtus ſuâ pasſione & morte nobis promeruit, qui Naturam peccato corruptam incipit renovare, ac peccatum in carne mortificare.

v. 4. Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν.

Cum morte Chriſti conjuncta fuit ſepultura, eamque proximè inſecuta. Quia ergo Apoſtolus dixerat, *nos in Chriſti mortem baptizatos, ſicque peccato ſpiritualiter mortuos eſſe*, ideò addit, *nos etiam unà cum Chriſto per Baptiſmum in mortem ſepultos eſſe.* Olim enim baptizati toto corpore aquis imergebantur, & hâc ratione quaſi ſepeliebantur, mox verò ex aquis velut ex ſepulchro iterum extrahebantur. Illud Apoſtolus ſic explicat, quòd hic ritus Baptiſmi nos commonefaciat, nos in Baptiſmo, & per Baptiſmum ſpiritualiter *cum Chriſto mori, ſepeliri & reſurgere* i. e. participes fieri beneficiorum, Chriſti pasſione, morte, ſepultura & reſurrectione nobis partorum, inter quæ etiam donatio Spiritus ſancti, per quem peccatum in nobis mortificatur, ut juxta veterem hominem *cum Chriſto moriamur*, juxta novum hominem *cum ipſo reſurgamus.*

Obſerva I. mortem Chriſti renovationem in nobis efficere tùm meritoriè, quia promeruit nobis ſua morte Spiritum ſanctum, qui Naturam noſtram renovat; tùm typicè & exemplariter, quia in morte Chriſti proponitur nobis exemplar mortificationis carnis, in reſurrectione verò exemplar renovationis Spiritus.

2. Chriſtum dici *reſuſcitatum* διὰ δόξας τοῦ πατρὸς, tùm quia εἰς δόξαν καὶ εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς *reſuſcitatus eſt*, 2.Pet.I. v.3. tùm quia glorioſâ Dei potentiâ reſuſcitatus eſt.

3. Chriſtum dici *reſuſcitatum per gloriam Patris*, non excluſivè, quia etiam *ſeipſum ex morte ſuſcitavit*, Joh.2. v.19. cap. 10.v.18. ſed incluſivè, ut Filius & Spiritus ſanctus ab hac reſuſcitatione minimè excludantur. Tribuitur autem Patri *reſuſcitatio Chri-*

ſti, tum quia Pater eſt fons divinitatis, quam ab æterno communicavit Filio per generationem, & Spiritui ſancto per ſpirationem: tum quia miſſio Filii, & officii ejus confirmatio divinâ voce cœlitus facta, & miracula in diebus carnis à Chriſto facta, Deo Patri aſſignari ſolent, ac tota obœdientia Chriſti Deo Patri dicitur præſtita: tùm ut ſignificetur, Patrem per Chriſti ſatisfactionem plenè eſſe placatum.

4. In Baptiſmo perpetuum memoriale mortificationis carnis & renovationis Spiritus nobis proponi. Origenes lib. 4. in Epiſt. Rom. cap. 4. *Si ſurreximus cum Chriſto, qui eſt juſtitia, & in vitæ novitate ambulamus; & ſecundùm juſtitiam vivimus, reſurrexit nobis Chriſtus ad juſtificationem noſtram. Si verò nondum depoſuimus veterem hominem cum actibus ſuis, ſed in injuſtitia vivimus, audeo dicere, quòd nondum ſurrexit nobis Chriſtus ad juſtificationem, nec traditus eſt propter peccata noſtra. Juſtificat enim eos, qui novam vitam exemplo reſurrectionis ipſius ſuſceperunt & vetuſta injuſtitiæ atque iniquitatis indumenta veluti cauſam mortis abjiciunt.*

V. 5. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

Sicut mors & reſurrectio in Chriſto fuêre conjuncta, ita requirit, ut in nobis quoque mors peccati & vita Spiritus, adeoque coalitio cum Chriſto in morte & in vita ſint conjunctæ. Si ipſi implantati ſumus, ut ſimus ipſi ſimiles in morte, etiam implantati & ſimiles ipſi erimus, ſive eſſe debemus in reſurrectione.

Σύμφυτοι *inſititii* ac *participes facti.* Alludit ad inſitionem plantæ, quæ reſpondet cõmunioni noſtræ ſpirituali cum Chriſto. Quemadmodum enim ſurculus decerptus ex ſua arbore nativa & alii inſertus, fit particeps humoris illius arboris, cui inſeritur: ſic qui per Baptiſmum corpori Chriſti inſeruntur, participes fiunt beneficiorum, ipſiùs paſſione & morte partorum. Videtur tamen inſitio in Chriſtum modo contrario potiùs ſe habere, quàm inſitio ſurculi in arborem. quia ſurculus ſuccum trunci, cui inſeritur, in ſe transmutat, Chriſtus vero cui inſerimur, nos potiùs in ſe transformat.

V. 6. Τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος

συν-

συνεςαυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ.

Vetus noſter homo concrucifixus eſt, ſc. cum Chriſto, quia Chriſtus crucifixione ſua impetravit nobis non ſolùm peccatorum remiſſionem, ſed etiam Spiritus Sancti donationem, cujus virtute vetus noſter homo, i. e. peccatum in carne adhuc hærens, mortificetur & enervetur.

Τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, *i.e. peccatum ipſum*; quod vocatur *corpus*. 1. Ratione *ſubjecti*, quia eſt ſentina & colluvies multorum in homine peccatorum, quæ & omnes animæ vires & totum hominis corpus, velut ſpiritualis quædam lepra occupavit & infecit, ita ut *in toto hominis corpore non ſit ſanitas à vertice usq; ad plantam pedum*. Eſai. 1. v. 6. 2. Ratione *effecti*, quia tantas in nobis vires exerit, ac ſi eſſet corpus, ac res quædam per ſe ſubſiſtens. 3. Ratione *ſpecierum*. Ut enim corpus habet ſua membra, ita peccatum habet ſuas ſpecies. Vocatur ergo corpus peccati, quia peccatum originale in corpore hærens eſt omni peccatorum genere fœcundum ac plenum. Quod enim hæc peccatorum varietas per corpus peccati intelligatur, docet Apoſtolus Col. 3. v. 5. *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, ſcortationem, impuritatem, libidinem præpoſteram, concupiſcentiam malam & avaritiam*.

Quod quidam per *corpus peccati* intelligunt *legem ſive impetum peccati in membris hærentem*, Rom. 7. v. 23. cum hac expoſitione non pugnat, & ad ſecundam denominationis rationem reduci poteſt.

Flacius ex eo colligere voluit, *peccatum originis eſſe ipſam hominis ſubſtantiam*. Reſp. 1. Si eſt *ſubſtantia* quicquid quoquo modo verbis ſubſtantialibus deſcribitur, concludendum foret, peccatum orig. eſſe ſimul *ſubſtantiam & accidens*, quia in Scripturis non ſolùm verbis ſubſtantialibus, ſed etiam accidentalibus deſcribitur. 2. Limitanda ergo major propoſitio. *Quicquid proprie & formaliter per verba ſubſtantialia exprimitur, illud eſt ſubſtantia*. Nam & Chriſtus deſcribitur verbis accidentalibus, quando vocatur via, reſurrectio &c. nec tamen eſt accidens. 3. Peccatum in concreto & ratione ſui ſubjecti, in quo ineſt, deſcribitur verbis ſubſtantialibus, propter arctam & in hac vita indiſſolubilem peccati originalis & Naturæ humanæ conjunctionem. Sed in abſtracto

& in ſuâ naturâ deſcribitur verbis accidentalibus, quando vocatur *καλὸν παρακείμενον καὶ εὐπερίστατον*.

Quia *vetus homo* non dicitur ratione *ſubſtantiæ*, ſed *ratione vitioſarum qualitatum*, ideo *deſtructio corporis peccati* non eſt ſubſtantialis, ſed accidentium, pravæ ſc. concupiſcentiæ, in membris hærentis.

v. 7. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.

Quidam intelligunt de *morte ſpirituali*. *Qui mortuus eſt, ſc. peccato, juſtificatus i. e. liberatus & abſolutus eſt peccato.* Huic expoſitioni inſervit v. 2. *Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo.* Quidam intelligunt de *morte civili*, hoc ſenſu. *Civiliter mortui nullis ſervitiis ſunt obſtricti, At juſtificati per Chriſti crucifixionem, mortui ſunt peccato. Ergo nullis ſervitiis amplius peccato ſunt obſtricti.*

Quidam putant, *Apoſtolum alluſiſſe ad judiciorum capitalium ſententias, quibus condemnati ad mortem ulterius non delinqvunt. Quemadmodum enim hi ejusmodi ſcelera, ob quæ morti adjudicantur, non amplius patrare poſſunt: Sic qui peccato mortuus eſt, liberatus eſt à peccato, ut amplius peccare non posſit, nec debeat.* Simpliciſſimè accipitur de *morte naturali*. In eâ enim anima à corpore ſeparatur, & ſic mortui ab actionibus hujus vitæ, & conſequenter à peccato ceſſant. In morte etiam fit liberatio ab omni ſervitute. Proinde cùm per crucifixionem Chriſti mortui ſimus peccato, ceſſare debemus à peccato & à peccati ſervitute,

Δεδικαίωται. Phraſi Hebraicâ pro ἠλευθέρωται: qui enim *juſtificatur i. e.* in judicio abſolvitur, à pœnâ liberatur. Luth. **der iſt gerechtfertiget.**

Baſilius in orat. de Bapt. Chriſti tom. 1. p. 460. *Juſtificatus eſt à peccato i. e. abſolutus eſt, liberatus eſt, ab omni peccato repurgatus eſt, non ſolùm eo, quod operibus & verbis, ſed etiam eo, quod ipſis cogitationum affectibus ſit commiſſum.*

Syrus habet verbum אתחרר *liberatus, manumiſſus fuit.*

v. 8. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν, ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ.

Si mortui ſumus cum Chriſto i, e. Si per Spiritum Chriſti, in cujus mor-

mortem baptizati ſumus, & cui per fidem implantati ſumus, acceperimus virtutem moriendi peccato, per eundem etiam Spiritum *accipiemus virtutem, ut reſuſcitemur ad vitæ novitatem.* Ut enim mors & reſurrectio Chriſti fuére conjuncta, ita quoque *mori peccato, & reſurgere ad vitæ novitatem* in nobis conjuncta eſſe debent.

v. 9. Εἰδότες, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει,

Sicut Chriſtus ex mortuis reſuſcitatus, non ampliùs moritur: ita quoque poſtquam cum Chriſto ſpiritualiter ex morte peccati *ſuſcitati ſumus, non amplius debemus peccato indulgere*, cùm peccatum ſit ſpiritualis mors animæ.

θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. *Ergonè mors antea Chriſto dominata eſt?* Ita ſtatuit Vrbanus Pierius Calvinianus in Diſput. contra collat. Aug. Confeſſ. Mentzerianam. Sed reſp. 1. *Chriſtus per mortem deſtruxit eum, qui habebat mortis imperium,* Hebr. 2. verſ. 14. Ergo non fuit ſub imperio mortis. 2. Impoſſibile fuit, eum κρατεῖσθαι *a morte.* Actor. 2. v. 24. Ergo mors ei non fuit dominata. 3. In media morte fuit & manſit ἀρχηγὸς ζωῆς, Actor. 3. v. 15. ac *princeps mundi habens mortis imperium, non habuit in eum quicquam,* Joh. 14. v. 30. Ergo mors non fuit, ei dominata. 4. Ne quidem piis in Chriſtum credentibus mors ſimpliciter dominatur, ſed ſunt *Reges ac vivunt Deo,* Apocal. 1. v. 6. 5. Chriſtus ſponte mortem adiit, ac mori eum fecit voluntas propria, non poteſtas aliena.

Cur ergo Apoſtolus ſic loquitur. Mors ei non ampliùs dominatur? Reſp. quidam volunt, *Apoſtolum reſpicere tantùm ad externam ſpeciem, quòd exteriùs ita apparuerit, ac ſi mors ipſi dominaretur. Scriptura enim interdum de rebus loquitur non quales ſunt, ſed quales videntur.* Simpliciùs reſpondetur, excludi tempus ſubſequens, ut non includatur antecedens, ac proinde quod negatur, *mors in poſterum Chriſto dominatura*, ex eo inferrri nequit, *quòd priùs ei fuerit dominata.* Clariſſimum hujus rei documentum extat Actor. 13. verſ. 34. ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, μηκέτι

μέλ-

μέλλοντα ὑποςρέφειν εἰς διαφθοράν. Nec tamen ex eo inferri poteſt, *quòd aliquando corruptionem viderit.*

V. 10. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν, ἐφάπαξ, ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ.

In his verbis proponitur tum ratio verſiculi præcedentis, *quare Chriſtus non ampliùs ſit moriturus*, tùm antecedens collationis, quæ in verſu proximè ſequente ſubjungitur. Debuiſſet enim aliàs repeti πρότασις comparationis. Sicut igitur Chriſtus ipſe *mortuus eſt quidem peccato, vivit autem Deo*: ita & vos ſtatuite, *vos ipſos mortuos eſſe peccato, vivere autem Chriſto.*

Peccato mortuus eſt i. e. propter peccatum videl. noſtrum. Rom. 4. v. 25. videlicet ut pro eo ſatisfaceret, ac illud *aboleret*, Hebr. 9. v. 26. Aliter ergò Chriſtus *mortuus eſt peccato*; aliter nos dicimur *mori peccato*. 1. Ille mortuus eſt peccato, illud ſuâ morte expiando, & perfectam pro eo ſatisfactionem præſtando: nos morimur peccato, illud in carne mortificando & crucifigendo. 2. Chriſtus mortuus eſt peccato alieno, nos morimur peccato proprio. 3. Chriſtus mortuus eſt peccato ſibi imputato: nos morimur peccato nobis inhærente.

Vivit Deo. 1. excitatus à mortuis in gloriam Dei patris. 2. ut ipſe tanquam caput Eccleſiæ apud Deum patrem in perpetuâ felicitate & gloriâ regnet. 3. non amplius vivit vitâ animali, ut in his terris ante mortem, ſed vitâ cœleſti ac merè divinâ.

V. 11. Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

Peccato mortui ſumus, quando virtute Spiritus Sancti, â Chriſto & propter Chriſtum nobis donati, peccatum in nobis eſt mortificatum.

V. 12. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ.

Infert exhortationem ex præcedentibus. Quia peccato mortui eſtis, ergo peccato non debetis permittere Dominium.

Sicut

Sicut mors naturalis Chriſto non dominatur: ita quoque peccati mors ſpiritualis non debet vobis dominari.

Μὴ βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία, quod poſtea v. 14. dicit, ὐ κυριεύσει, *non dominetur*, eo ſc. modo, ut velitis illi ſervire. Per *peccatum* intelligit reliquias peccati, poſt regeneratione in carne adhuc hærentes, in quibus mortificandis & expurgandis Spiritus renovationis perpetuò debet eſſe occupatus. Auguſt. tract. 61. in Joh. *Non ait, non ſit; ſed non regnet. Quamdiu enim vivit, peccatum neceſſe eſt eſſe in membris tuis, ſaltem illi regnum auferatur, ne fiat quod jubet.*

Theodoret. in comm. obſervat, *Paulum non tribuere peccato Tyrannidem, ſed regnum. Tyrannus enim invitis ſubditis imperat, Rex verò iis volentibus, quibus imperatur.*

Quando corpus noſtrum vocat *mortale*. 1. oſtendit, peccatum non eſſe in nobis plenè ſublatū, cùm propter illud corpus noſtrū adhuc ſit morti obnoxium. 2. inſerit exhortationis argumentū. *Circumferimus mortale corpus. Ergò non indulgeamus pravis concupiſcentiis, quæ æternæ morti nos obnoxios reddunt, ſi ſecurè illis indulgeamus.*

Ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτȣ̃, ſc. σώματος. Tribuit corpori pravas concupiſcentias, non quod anima ab eis ſit immunis & libera, ſed quia in corpore ac per corpus ſeſe maximè exerunt.

V. 13. Μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ: ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτȣ̀ς τῷ θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ.

Explicat, quid per *βασιλείαν peccati* in v. præced. intellectum velit.

Sicut Chriſtus poſt ſuam ex mortuis reſuſcitationē παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα, Act. 1. v. 3. ita quoq; ſi ſpiritualiter cum Chriſto reſurrexiſtis, convenit, ut vos ipſos ex mortuis vivos DEO παραστήσατε.

Per τὰ ὅπλα phraſi Hebraicâ intelliguntur *organa*. כֵּלִים ſunt *inſtrumenta, vaſa, utenſilia, arma*, quibus aliquid conſummatur & perficitur. 1. Sam. 21. v. 5. *Vaſa puerorum ſancta* i. e. corpora, per metaphoram. Senſus enim eſt, quòd membra noſtra, quæ ſunt animæ in corpore habitantis organa, non debeamus peccati ſervitio addicere. Interim non ſine emphaſi, membra noſtra vocat *arma*; inſinuat enim, totam noſtram in his terris vitam debere eſſe continuam pugnam adverſus peccatum, in membris adhuc hærens.

Arma juſtitiæ Deo, in Dei ſervitium. Syrus reddidit *arma juſtitiæ Dei*, i. e. quæ Deo probatur.

V. 14. Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει, οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν.

Occurrit Apoſtolus objectioni. Potuiſſent enim pii dicere, *quomodo in hac carnis infirmitate, quam adhuc nobiſcum circumferimus, membra noſtra in arma juſtitiæ Deo conſecrare & offerre valemus.* Reſpondet Apoſtolus, *non eſt u ſub ſtricto legis rigore, perfectam & numeris omnibus abſolutam obædientiam exigente, ſed ſub gratia Evangelii, quod inchoatam obædientiam, per fidem Deo gratam eſſe docet, ſi perſona ipſi ſit reconciliata.* Promittit renatis victoriam adverſus peccatum, ex eo, quod *donati ſint ſub gratiâ*, quæ efficit, ut carnis concupiſcentias mortificent, & adhærentes peccati infirmitates ipſis remittantur.

Pererius *ſub gratia eſſe*, ſic explicat, *quòd homo à peccatis liberatus, Deiq; gratia donatus, & ſub ejus præſidio ac protectione manens, velit & poſſit univerſam legem implere, atque inpoſterum à peccatis cavere.* At ſi de perfecta legis obœdientia & omnimoda peccati carentia hoc intelligatur, repugnat fidei analogiæ, & huic ipſi textui Apoſtolico. Quidam *ſub gratia eſſe*, accipiunt cōparatè dictum de *iis, qui tempore N.T. vivunt in ſtatu gratiæ, quæ longè uberior & abundantior eſt in N. quàm in V.T. Sancti, qui tēpore V.T. vivebant, reſpectu ſanctorum, qui in N.T vivunt, erant ſub lege terrēte, cùm hi vivāt ſub gratia erigente & vivificante.*

Simpliciſſimè accipitur de gratiâ regenerationis & renovationis, ſanctis ſub utroq; Teſtamento viventibus cōmuni, ſervatis tamen gratiæ illius gradibus. *Sub gratia* igitur *eſſe*, eſt Deo per fidem in Chriſtum reconciliatū eſſe, à maledictione & coactione legis eſſe liberatum, per Spiritum ſanctū̄ eſſe renovatum. Intelligenda ergò non tantùm gratia renovationis, ſed etiam gratia remiſſionis. Tunc enim omnia Dei mandata facta deputantur, quando, quicquid non fit, ignoſcitur.

V. 15. Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο.

Quod Apoſtolus negaverat, renatos *eſſe ſub lege* i. e. ſub legis maledictione, coactione & ſtricto rigore, illud ne quis eo accipiat ſenſu, quaſi renati etiam non ſint ſub legis obœdientia, ideò occurrit Apoſtolus huic objectioni.

V. 16. Οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε ᾧ ὑπακούετε; ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην;

Reſpon-

Reſpondet Apoſtolus ad objectionẽ, in verſ. præced. propoſitam, ac concludit hoc modo. *Cui quis inſervitium ſe addixit, illi ſeſe obſequentem præſtare tenetur. Jam verò renati Chriſto, qui à peccato & morte ipſos liberavit, inſervitium ſeſe addixerunt. Ergo.*

Opponit ſibi invicem ἁμαρτίαν & ὑπακοὴν, quia peccatum propriè eſt *inobœdientia.* Item θάνατον καὶ δικαιοσύνην, quia peccatum affert mortem, cui obœdientia & juſtitia opponuntur. Ubi tamen notandum, quòd Apoſtolus non agat de juſtitia perſonæ coram Deo, ſed de juſtitia bonæ conſcientiæ: ut ſit ſenſus, *ſervi eſtis obœdientiæ ad juſtitiam* i. e. Chriſto liberatori obſtricti eſtis, ut in juſtitia & ſanctitate, quam à ſervis ſuis requirit, ipſi ſerviatis & obœdiatis. Syrus reddidit: *Sive obœdientiæ juſtitiæ.*

v. 17. Χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς.

Oſtendit fontem hujus beneficii, *quod non ampliùs ſint ſervi peccati,* ſed à peccati jugo liberati. nimirum, quia beneficia Chriſti in verbo Evangelii ſibi oblata fide receperunt.

Χάρις τῷ θεῷ. Non agit Apoſtolus Deo gratias, quòd Romani olim fuerint ſervi peccati, ſed quòd, poſtquam peccato olim ſervierunt, nunc obœdierint doctrinæ cœleſti. Eſt ergò enunciatum diſcretum. *Gratias ago Deo,* vel gratia ſit Deo, *quòd fuiſtis quidem ſervi peccati,* ſed ex corde obœdiſtis illi formæ doctrinæ; vel, quod cùm olim eſſetis ſervi peccati, jam ex corde obœdiviſtis.

Quidam hûc referunt locum Matth. 11. v. 25. *Confiteor tibi, Pater, quod abſconderis hæc à prudentibus, & revelaveris ea parvulis.* Sed in utroque Chriſtus patrem cœleſtem ibi celebrat, tum quòd ex gratiâ myſteria Evangelii revelaverit parvulis, tum quòd ex juſto judicio ea à prudentibus abſconderit.

Obſerva. 1. nos Naturâ eſſe ſervos peccati & liberos juſtitiæ, Dei autem gratiâ eſſe liberos à peccato, & juſtitiæ ſervos.

2. Liberum eſſe juſtitiæ, crimen eſt; ſervum eſſe juſtitiæ, laudabile eſt. Invenitur ergò libertas culpabilis, & ſervitus laudabilis.

Per τύπον διδαχῆς intelligit *doctrinam Evangelii,* in qua Deus formã & normam obœdientiæ nobis præſcripſit, videlicet ut fidei obœdientiâ Evangeliũ amplectamur, & *Evangelio dignè vivamus.* Phil. 1. v. 27.

Τύπος non ſolùm *formam,* ſed etiam *regulam* ſignificat. Gloſſarium vetus. Τύπος *formula, forma, norma.* Rom. 2. v. 20. τύπος exponitur per

 μόρφωσιν.

μόρφωσιν. Ut enim hoc loco dicit, *traditi eſtis* εἰς τύπον διδαχῆς, ita ibi dicit, *haberi in lege* μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας, *veræ doctrinæ & cognitionis*. Syrus τύπον hoc loco reddidit per דמותא *ſimilitudinem*, μόρφωσιν reddidit per דומיא, quod eſt priori cognatum.

Senſus ergò Apoſtoli eſt, fidelibus Romanis, cùm tranſlati ſint ab eo ſtatu, in quo priùs ſerviebant peccato, certam doctrinæ rationem ac formam eſſe propoſitam, quâ illi inpoſterum pro fidei ac vitæ regulâ uterentur, ad eam ſeſe conformarent, & fide ac vita ad amuſſim exprimerent.

Notandum verò, quod non dicit, *fidelibus illam normam eſſe traditam*, ſed *fideles ipſos in hanc normam eſſe traditos*, ut vim verbi ὑπακούειν magis exprimeret, ac ſignificaret, fidelibus propoſitam eſſe in verbo Evangelii illam fidei & vitæ normam, non ut eam pro arbitrio inflecterent, eamque fingerent & refingerent, ſed ut ei ſemetipſos conformarent.

V. 18. Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ.

Quia peccatum & juſtitia ſunt ſibi invicem oppoſita, ideò liberatio à peccato affert ſecum obligationem ad ſerviendum juſtitiæ.

Ἐλευθερωθέντες tum per peccati remiſſionem; tum per Spiritus ſancti donationem, & ex ea ortam peccati mortificationem.

Ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ, *juſtitiæ*, eſt caſus tertius emphaticus. Cùm quis dicit, *ſe factum eſſe alicujus ſervum*, innuit, ſe non ſpontè, ſed per vim factum eſſe illius ſervum. Cùm verò dicit, *ſe factum eſſe illi ſervum*, ultroneam & ſpontaneam ſubjectionem in ſervitium exprimit.

V. 19. Ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν.

Ἀνθρώπινον *ſeſe* λέγειν *velle* aſſerit, quia ſimilitudine ex rebus terrenis petita exhortationem ſuam exornare voluit.

Hanc προθεραπείαν. 1. quidam referunt ad *modeſtiam & civilitatem Apoſtoli. Nam quia paulò antè Romanos ſervos Juſtitiæ nominaverat, ne offendere ipſos videretur, quaſi ex ingenuis ſervos faceret,* miti-

mitigat illud verbum, oſtendens, ſe non de infami, ſed honeſta ſervitute loqui.

2. Quidam eam referunt *ad propoſitam ſimilitudinem de ſervitute & libertate, cum qua fugam peccati, & obœdientiam juſtitiæ comparaverat, rem ſc. cœleſtem & ſpiritualem cum terrena & civili more humano, quamvis ſimilitudo illa non exactè congruat.*

3. Quidam eam referunt *ad qualitatem præcepti, quaſi dicere voluiſſet Apoſtolus Poſſem majorem à vobis exigere alacritatem in ſervitute juſtitiæ, quàm olim exhibuiſtis in ſervitute peccati. Sed quia mihi nota eſt veſtra infirmitas, ſufficit vobis, qui homines eſtis, ſi tale ſtudium adhibeatis jam in bono, quale olim adhibuiſtis in malo.*

4. Quidam illud ἀνθρώπινον accipiunt pro *non impoſſibili, nec nimis duro, quaſi nihil requirere ſe dicat à Romanis, quod vires humanæ Naturæ excedat.*

Per ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς intelligit carnalem & rudem ipſorum intellectum.

Ἀλλὰ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν. Exprimit emphaticè ſtudium peccandi, quod ex unâ iniquitate ad aliam patrandam progreſſi fuerint.

v. 20. Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ.

Liberi eratis juſtitiæ, non de Jure, ſed de facto; tales vos gerebatis, ac ſi mandata Dei ad vos nihil attinerent.

v. 21. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ᾽ οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων, θάνατος.

Concludit exhortatione ad ad peccati odium & juſtitiæ ſtudium, propoſito utriusque exitu contrario.

Ἐφ᾽ οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε. Per ea, *quorum jam Romanos pudeat*, intelligit enormia flagitia, in gentilitate ab ipſis commiſſa. Oratio eſt ἐλλειπτική. Quem fructum habebatis tunc ex iis, de quibus nunc erubeſcitis.

Τέλος ἐκείνων, θάνατος. Aliâ ratione τέλος *peccatorum* h. l. dicitur *mors æterna*; aliâ ratione τέλος fidei dicitur *vita æterna*. 1. Petr. 1. v. 9. τέλος *peccatorum* dicitur *mors* ratione meriti, quia ſcil. *peccatorum debitum eſt ſtipendium* ex meritis datum. Sed τέλος fidei eſt vita æterna ratione ſequelæ, quia vita æterna perſeverantiam in fide, ſive perſeverantem fidem conſequitur.

Obſerva, *mortem* dici *peccatorum finem*, non quòd peccans hunc finem intendat, ſed quòd ad illum finem, peccantem ſervitus peccati adducat.

v. 22. Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν. τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον.

Antitheſis eſt verſiculorum duorum præcedentium. Priùs quidem nondum ad Chriſtum converſi, eratis ſervi peccati, cujus finis mors; ac liberi juſtitiæ, non niſi pudendos operum veſtrorũ fructus habebatis: nunc verò liberati à peccato, mancipati autem Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctimoniam, finem autem vitam æternam.

v. 23. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν.

τὰ ὀψώνια dicuntur tum *pecuniæ*, tum *annona & cibaria, quæ militibus dantur*. 1. Cor. 9. v. 7. Luc. 3. v. 14. Polybius: τῶν ὀψωνίων παρελκομένων καὶ καθυστερούντων. *Cùm annonæ militares & frumentum ad diem non præberentur, ſed differrentur.* Reſpicit igitur Apoſtolus ad id, quod v. 19. dixerat, παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ & v. 13. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας. Deinde loquitur in plurali τὰ ὀψώνια, eò quòd uno *mortis* vocabulo innuantur multæ pœnæ, ac varii cruciatus impiorum. Tertiò eo ipſo, quòd peccati præmium vocatur ὀψώνιον, inſinuat peccati fœditatem. Erant enim *obſonia, cibaria* quædam & lautitiæ, quibus milites alliciebantur, ut ſic gulæ & ventris causâ vitam venalem exponerent: ita quoque peccatores re levi ſæpè conducuntur ad perpetranda peccata, quæ tamen mortem temporalem & æternam habent comitem.

Per τὸ χάρισμα intelligit Piſcator, *ſtudium ſanctitatis, quod proficiſcitur ex Dei dono,* per μετωνυμίαν. *Hoc ſtudium,* dicit, *eſſe vitam æternam, h. e. afferre ſecum vitam æternam. Illam verò reliquorum Interpp ſententiam, quòd vita æterna dicatur donum Dei gratuitum,* exiſtimat, *à textu eſſe alienam. 1. quia ſubjecti loco ponitur τὸ χάρισμα. 2. quia articulus huic voci additur. 3. quia antitheſis textûs id poſtulat, ut per χάρισμα ſtudium ſanctitatis intelligatur.*

Sed hæ ratiunculæ ſunt infirmiores, quàm ut ſententiam communiter receptam expugnare posſint. Expoſitio enim illa, quòd *vita æterna* dicatur *donum Dei gratuitum*, optimè congruit connexioni textus. Cum enim Apoſtolus dixiſſet v. 22. Romanos, ante ſuam ad Chri-

Chriſtum converſionem, *habuiſſe τέλος peccatorum ſuorum mortem*, ſubjungit hanc antitheſin, ne quis putet eſſe parem utriusque membri rationem.

1. Petr. 3. v. 8. mulieres dicuntur συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς *gratiæ vitæ* i. e. vitæ, quæ ex gratuita miſericordia credentibus in Chriſtum datur. 1. Tim. 6. v. 2. credentes dicuntur τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, ubi per *beneficentiam*, utique gratuitam, intelligitur vitæ æternæ hereditas.

Chryſoſt. ſerm. 10. in Epiſt. *Vita æterna neque debitum eſt, neque laborum retributio, ſed divini muneris donum gratuitum.*

Excipit. 1. Pererius diſp. 4. in cap. 6. Rom. *vitam æternam à Paulo vocari τέλος vectigal ſive mercedem. v.22.* Reſp. 1. τέλος ibi non ponitur politicè ſive ethicè, ſed phyſicè i. e. non pro præmio, mercede vel tributo, ſed pro ultimo rei exitu, quemadmodum clauſula finalis in peccato eſt mors & interitus: ita opera juſtitiæ ſubſequetur tandem velut ultima & exoptata clauſula, ſc. vita æterna. 2. Quòd ſi vel maximè pro *mercede* poneretur, ut Eraſmus ſtatuit, tamen acciperetur non in ſenſu ſtrictiore pro *mercede meriti*, ubi proportio eſt inter *mercedem* & *meritum*, qualem proportionem inter opera noſtra in ſe conſiderata & vitam æternam non eſſe, concedit Pererius diſp. 11. in cap 6. Rom. n. 54. Sed in ſignificatione latiore pro mercede gratiæ, ut notet gratuitam compenſationem, profectam à promiſſione Dei, quo ſenſu merces hereditatis vocatur. Col. 3. v. 24.

Lyranus in cap. 10. Ioh. *Gloria cœleſtis non propriè dicitur merces, ſed tantummodo largè, in quantum omne, quod redditur in præmium laboris, dicitur merces. Ratio autem hujus eſt, quia hereditas diſtinguitur à mercede propriè dictâ, ſicut filius, cui debetur hereditas, diſtinguitur ab operario conductitio, cui debetur merces. Gloria autem cœleſtis redditur fidelibus, ſicut hereditas liberis, propter quod non habet rationem mercedis.*

2. Bellarm. lib. 5. de Juſtit. cap. 5. *vitam æternam vocari gratiam, non quia non eſt merces meriti, ſed quia ipſa merita habemus ex gratia.* Reſp. 1. textus Apoſtolicus ſatis clarus eſt & perſpicuus. Quæ enim cauſa, quòd mors vocatur *peccati ſtipendium*, vita æterna non *ſtipendium bonorum operum*, ſed *gratuitum Dei donum*, niſi ut ſignificetur, eſſe diſparem rationem inter mortem reſpectu peccatorum, & vitam æternam reſpectu operum bonorum. 2. notanter addit Apoſtolus,

Vitam

Vitam æternam eſſe gratiam Dei in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Clariſſimè igitur oſtendit, donum illud dari nobis non propter operum noſtrorum merita, ſed in Chriſto fide apprehenſo. Iohan. 3. v. 36. 1. Iohan. 5. v. 11. & 12. Actor. 4. v. 12. 3. quam emphaſin dicti Apoſtolici expenderunt quidam ex veteribus. Origenes in h. l. *Deo non erat dignum, militibus ſuis ſtipendia quaſi debitum aliquod dare, ſed donum & gratiam, quæ eſt vita æterna in Chriſto Jeſu.* Chryſoſt. homil. 12. in Epiſt. Rom. *Peccati ſtipendia cum nominaſſet, de bonis verba faciens non eundem ſervavit ordinem, neque enim dixit, merces rectè factorum veſtrorum; ſed gratiam Dei, oſtendens, illos ſuo Marte liberatos non eſſe, neque quod debitum eſſet accepiſſe, nec id, quod datum eſt illis, eſſe aut retributionem aut remunerationem laborum, ſed omnia gratiâ obveniſſe, & quòd ea per Filium dederit.* Auguſt. de grat. & lib. arbit. cap. 9. *Cùm poſſet dicere, & rectè dicere, ſtipendium autem juſtitiæ vita æterna, maluit dicere, gratia autem Dei vita æterna, ut hinc intelligeremus, non meritis noſtris Deum nos ad vitam æternam, ſed pro ſuâ miſericordiâ perducere.* Theodoretus in h. l. *Cùm loquitur de vitâ æternâ, quæ redditur juſtitiæ, non dixit, eam eſſe mercedem, ſed gratiam: eſt enim donum Dei vita æterna. Etſi enim quis ſummam vel abſolutam juſtitiam præſtiterit, temporalibus laboribus æterna in æquilibrio non reſpondent.* Hieron. tom. 1. Epiſt. 8. *Ubi gratia, non operum retributio, ſed donantis eſt largitas.* Fulgent. lib. 1. ad Monim. p. 41. *Ex gratiâ datur non ſolùm juſtificatis vita bona, ſed etiam glorificatis vita æterna. Cur autem mors ſtipendium, vita verò æterna gratia dicitur, niſi quia illa redditur, hæc donatur.* 4. ex adverſariis ipſe Cajetanus in h. l. ſic commentatur. *Non dicit propter ſtipendia juſtitiæ vita æterna, ſed donum Dei vita æterna, ut intelligamus, non ex operum meritis, ſed ex gratuito Dei dono aſſequi nos pro fine vitam æternam, propter quod ſubdit, in Chriſto Domino noſtro. Ecce meritum, ecce juſtitiam, cujus ſtipendium eſt vita æterna, nobis autem donum ratione ipſius Jeſu Chriſti.*

§ (o) §

ANNOTATIONES POSTHUMÆ
D. JOH. GERHARDI,
in reliqua Capp. Ep. ad Rom. inſertis Analectis
DN. JOH. ERN. GERHARDI.

CAP. VII.

OStendit Apoſtolus in hoc capite, quòd juſtificati non ſint ſub lege, ſed liberari à maledictione legis. Ne verò quis exiſtimet, quaſi lex propterea mala ſit, explicat ulteriùs, quòd lex in ſe bona ſit ac utilis, nominatim ad peccati manifeſtationem. Concludit verò, quòd lex non exteriorem ſolùm, ſed & interiorem obedientiam requirat, adeoq; nec à renatis perfectè impleri queat.

v. 1. Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ) ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ.

v. 2. Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται &c. Eraſmus ſequutus Origenem lib. 6. in Ep. ad Rom. verbum *vivit* refert ad legem, ut ita *lex* ponatur loco *viri*, & *homo* vice *uxoris*. Ut morte viri liberatur uxor, ita antiquatâ lege liberatur homo, legi priùs obnoxius. [illegible] B. Bellarm. lib. 1. de Matrim. c. [illegible], ubi pro eadem adducit quoq; Chryſoſtomum. [illegible] quod Guilielmus Eſtius, Profeſſor Duacenus, [illegible] *liquere*, an Chryſoſtomus ad *legem* retulerit. [illegible] pro eadem ſententiâ & Ambroſius ſolet, item [illegible] quemadmodum eandem & ex noſtratibus approbat B. D. Balduinus Comment. hujus loci; ex Pontificiis [illegible] Corn. à Lapide, Guilielmus Eſtius, Jac. Tirinus, alii.) * [illegible] videtur verbum *vivit* referri ad hominem, ut ſit ſenſus, legem dominari homini, quamdiu ipſe vixerit. *) Atq; [illegible] exponunt è veteribus S. Auguſtinus l. 83. Qq. Q. 66. [illegible], Theodoretus ac Theophylactus. E recentioribus, [illegible] noſtratibus B. D. Winckelmannus, B. D. Caliſtus,

 alii;

alii, è Pontificiis Thomas de Aquino, Thomas de Vio Cajetanus, alii, Comm. h. l. Quod Orientales concernit interpretes, videtur Æthiops ambiguus, ſiquidem nomen ሕግ፡ *lex*, æque Maſc. generis eſt ac nomen ሰብእ፡ *homo*, adeò ut [illegible] perſpici nequeat, ad quod ſequentia ሕያው፡ ውእቱ፡ *vivit ipſe*, referenda ex ejus ſententia ſint. Arabs verò [illegible] ad hominem refert, vertit enim [illegible] *vivit ipſe*, nomen [illegible] الشريعة i. e. *lex* fœm. gen. eſt. Syrus pro nomine generali *hominis* adhibet ſpeciale, nempe ܓܒܪܐ *viri*, & ad hoc verbum *vivit* refert, adeoque de lege matrimoniali locum hunc accipere videtur: ita enim vertit: *An neſcitis &c. legem dominari viro, quamdiu vixerit? ſicuti mulier, quæ devincta eſt* [illegible] Videtur autem eodem res recidere, ſive ad legem, ſive ad hominem τὸ vivere referatur. Neque enim incommoda eorum videtur obſervatio, qui ſtatuunt, Apoſtolum [illegible], quod homines legi mortificatos dicit, intelligendum [illegible], legem ipſam illis mortuam eſſe, quæ priùs illis vivebat, quandiu nempe adhuc tenebat ſubjectos. Cur verò non clarè Apoſtolus verſ. ſeq. 4. dicere voluerit, *legem illis*, nempe renatis Judæis, *eſſe mortuam*, ſed potiùs, *illos legi eſſe jam mortuos*, ejus vel hæc eſſe cauſa videtur, ne ipſi offendantur. Unde etiam nonnulli hypallagen hîc ſtatuunt, & hunc v. 4. eſſe ſenſum volunt: mortificati eſtis legi, i. e. lex, quæ erat quaſi maritus veſter, jam per Chriſtum mortificata & mortua eſt, quia ſcil. in vobis mortuum eſt & deſiit legis illud imperium, quo lex minatur, damnat &c.) * Toletus ad legem matrimonii arctat, ſed ſine ratione. * (Sed quæritur, quomodo Apoſtolus apud Judæos hanc legem, quòd nempe mulier ſit alligata legi, ita ut vivente marito non poſſit alteri nubere, urgere poſſit, cùm tamen Moſes Deut. 24. viro poteſtatem fecerit, dato libello repudii dimittendi uxorem. Reſp. 1. quidam putant, reſpectum haberi ad Jer. 3. 31. 2. quidam cenſent, quòd poteſtas illa dandi libellum repudii, ſaltem viris facta ſit, non uxoribus. (qua de re vid. Anal. ad Matth. 19, 8.) 3. tutiſſimum ac probabiliſſimum, ut quòd Apoſtolus reſpiciat ad legem illam primævam, Gen. 2.

cujus

[illegible] genuinum ſenſum exponit Salvator Matth. 19. 6. Quod [illegible] legem de libello repudii, manifeſtum eſt, quòd [illegible] *permittitur*, non *approbatur*, multò minus *præcipitur*. [illegible] matrimonium in ſe ſpectatum juxta primævam inſtitutionem [illegible] *nisi mors ſolvit.*)* [illegible] non tantùm eſt *dominari*, [illegible] *habere.* (ut intelligas eum, qui legem non [illegible] ſervat, contra jus legis facere, eique autoritatem [illegible] detrahere.)

v. 2. Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ [illegible] ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός.

[illegible] dicitur ita uxor, quia eſt ſub poteſtate viri. *(Conf. Gen. 3. 16. Col. 3, 18. 1. Petr. 3, 1. Tim. 2, 12. add. [illegible] Sirac. 25. 10.)*

[illegible] δέδεται νόμῳ, *viventi marito lege eſt alligata.* Luth. [illegible] Mann lebet / iſt ſie verbunden an das Geſetz. *(Sicut [illegible] l. contra Catharos, Montaniſtas, Cataphrygas, [illegible] &c. de quibus videri poſſunt S. Auguſt. ad [illegible] 28. & 86. Theodoretus l. 3. de hæret. fab. p. 973. Epiphanius, Irenæus contra hæres. alii, evicerunt, ſecundas [illegible] honeſtas, ita minùs rectè.) * Pontificii ex h. l. concludunt, *nullo caſu matrimonium ſolvi poſſe quoad vinculum, niſi per mortem.* Bellarm. l. 1. de matrim. c. 16. §. Ex his: [illegible] (puta præſenti ac Matth. 5, 32. item Marc. 10, 11. 12.) [illegible] *ſolvi vinculum conjugale, niſi per mortem: & [illegible], manere etiam poſt divortium, quacunque de cauſa* [illegible] *(Eod. modo colligunt Greg. de Valentia t. 4. Oper. [illegible] Bened. Pererius Diſp. 1 in c. 7. ep. ad Rom. n. 4. ſeqq. [illegible] Inſtit. Cathol. l. 3. c. 64. p. 727. Adamus Tanne[illegible] Theol. Scholaſt. Diſp. 8. de Matrim. q. 5. dub. 3. n. 41. [illegible] Contrregister. p. 596. aliique Pontificii communiter.) Verùm notandum, quòd aliud ſit, loqui de matrimonio [illegible] accepto, quale eſt ex primæva inſtitutione; aliud [illegible] de eodem, quale eſt ob *vitium aliquod ſuperveniens*, quod per accidens illi contingit. Aliud eſt loqui de iis, quæ [illegible] *& regulariter* fiunt, ac juxta legem inſtitutionis etiam

fieri debent in conjugio: aliud verò, loqui de *caſu exceptionis extraordinario*. Cajetanus illud ſic effert, *verba Apoſtoli eſſe accipienda* regulariter, *non autem* in caſu.

* (Eadem reſponſio arridet quoque B. D. Tarnovio l. 3 de Conjug. c. 25. p. 875. & c. 27. p. 895. it. B. D. Balduino, Dn. D. Wellero in h. l. aliis. B. Par. L. de Conjug. §. 584. reſponſionem hanc confirmat 1. *ex contextus conſideratione*. 2 *ex loci parall. Matth. 5,19. collatione*. Sanè ſi Apoſtolus abſolutè ac ſimpliciter ſtatuiſſet, vinculum conjugii ita eſſe inſolubile, ut nec propter fornicationem poſſit ſolvi, ſuſtuliſſet vel abrogaſſet exceptionem Chriſti de fornicatione, quod abſurdum. Chriſtus verò in propria hujus doctrinæ ſede, Matth. 5, 19. conjugii vinculum ex primæva ejusdem inſtitutione ita inſolubile eſſe docet, ut tamen adjungat exceptionem de divortio, ob cauſam fornicationis facto. Videantur plura in hanc rem §. cit. ac ſeqq. Hoc loco ſaltem adhuc notandum eſt, 1. quod licet nonnulli ex Patribus nullam divortii cauſam præter alterutrius mortem admiſerint, ceu de Origene in c. 18. Matth. Auguſtino l. de ſerm. Domini in monte c. 25. Hieronymo ep. 147. ad Amandum, locum hunc cumprimis urgentibus, concedit B. D. Bald. in h. l. q. 1. alii tamen Patres aliter ſenſerint, quos minimè pro hæreticis proclamare auſi illi fuerunt. 2. quod primum eò progreſſum fuerit Concilium Trident. ſeſſ. 24. can. 7. 3. quod Cardin. Cajetanus in cap. 19. Matth. Ambroſius Catharinus lib. 5. Annot. contra Cajetanum, ac Eraſmus Roterodamus (quem Leo X. in epiſt. verſioni N. T. præfixâ, *dilectum ſuum filium* vocat) planè nobiscum ſtatuant, ceu ultrò largitur Jeſuita Tannerus loco ſupra allegato, n. 40. nempe quòd Apoſtolus loquatur de *regula ordinaria*, non de *caſu extraordinario*. item quòd Guilielmus Eſtius Theol. D. & Prof. in Acad. Duac. pariter exceptioni locum det, ita enim ad h. l. commentatur: *Apoſtolus non negat indiſſolubilitatem matrimonii habere aliquam exceptionem, ſed de eo, quod ordinarium eſt in lege matrimonii, comparationem aſſumit. Neq; hîc attinebat, exceptionis alicujus meminiſſe, præſertim cum rari ſint & privilegiarii caſus, ut dum infidelis cum conjuge converſâ cohabitare non ſuſtinet, absq; injuriâ Chriſti, & dum inconſum-*

mate

[illegible] *alter ingreditur religionem, quarum excepti[illegible] ipſe Paulus oſtendit*, 1. *Cor.* 7. *poſteriorem habemus [illegible] traditione.* Hactenus Eſtius, è quibus rectè infert [illegible] Confeſſ. Cathol. l. 2. ſpec. part. 3. art. 19. c. 2. p. 285. [illegible] *Pontificii quasdam exceptiones addunt regulæ huic Apoſtolicæ, [illegible] traditione, quanto ergo minus ipſius Christi [illegible] in Evangelio annotata, per eam excluditur.* Conf. plura [illegible] apud B. D. Bald. h. l.)*

[illegible] Lyra in h. l. *Si vir reſurgeret, non [illegible] eum recipere, niſi de condecentia, & ſuperveniente [illegible]*

v. 3. *Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, [illegible] ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν [illegible] τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ.*

* [illegible] *vocabitur*, i. e. *erit*. Conf. Eſ. 1, 26. c. 4, [illegible] 624. Matth. 1, 23. c. 5, 9. Jer. 3, 17. c. 23, 6. [illegible] Johan. 3, 1. videſis Annot. ad Matth. 1. 23. ac [illegible] 259. it. B. D. Glaſſii Gramm. Sacr. p. 275. & 631. [illegible] Orientales Interpretes verbum *χρηματίζειν* h. l. [illegible] Syrus quidem reddidit: ܗܘܬ ܠܗ ܓܝܪܬܐ [illegible] Arabs ſimiliter: تعد صارت فاجرة Æthiops: ዘማዊት፡ ይትሐሰብ፡ ኃጢአተ፡ i. e. *adultera erit* (vel *imputa*[illegible]) ubi inſuper notandum, quòd Syrus & Arabs [illegible] *adultera vocabitur*, poſt illa verba, ſi fuerit cum [illegible] collocent. Contrà ac Græcus textus habet, quem [illegible] ſequitur.) *

[illegible] ſi ſit alterius mariti, i. e. ſi alteri nu[illegible] Wo ſie bey einem andern Manne iſt. * (Æthiops: ለእመ፡ ቀረበት፡ ካልእ፡ ብእሲ፡ *ſi ipſa acceſſerit*, vel *ap*[illegible] *alteri marito.* i. e. ſi nupſerit alteri. conf. de phr. [illegible] Judic. 14. 10)*

* [illegible] *μοιχαλίδα* &c. Rectè ex h. l. colligunt Or[illegible] Pontificios, quòd ſecundæ nuptiæ minimè cul-

pabiles ſint. Etenim ſi Paulus tantillum habuiſſet, quod in ſecundis nuptiis, in ſe ſpectatis, reprehenderet, ſanè id ipſum hoc loco indicaſſet, nec viduam ab omni crimine abſolveret, ſi ad ſecunda tranſierit vota. Quàm injurioſi verò Pontificii in ſecundas nuptias ſint, patet tum ex eo, quòd eum, qui plures uxores ſucceſſivè duxit, non admittant ad ordines ſacros, juxta c. Si quis diſt. 34. Imò Bellarm. l. de Clericis c. 24. diſertè ſcribit, *majus eſſe impedimentum ad electionem Epiſcopi, ſi bis maritus fuerit, quàm ſi adulterium aut ſcortationem commiſerit.* Tum quòd ſecundis nuptiis Eccleſiaſticam benedictionem denegent. Juxta c. Vir autem ext. de ſec. nuptiis. Quod attinet præceptum Apoſtoli 1. Tim. 5, 9. fruſtra ex eo ſententiam ſuam probare conantur, uti in Annot. ad illum locum oſtendetur. Urgenda vero contra Pontificios ſunt tum primæva conjugii inſtitutio, Gen. 2, 24. tum Apoſtolica ſanctio, 1. Cor. 7, 8. 28. ſeqq. De ſenſu dictorum 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 6. ſuo dicetur loco. Quæ Tertullianus lib. de Monogam. c. 13. & 14. excipit, diſcuſſa videantur apud B. D. Tarnovium lib. 1. de conjug. c. 29 Porrò, ut ut mulier, mortuo viro, liberata ſit à jure viri, ita ut ad ſecunda transire vota posſit, absque ullâ adulterii nota: prudenter tamen ab Impp. Rom. Valentino atque Theodoſio conſtitutum eſt, ut intra annum luctus à novo conjugio abſtineat. Cujus quidem conſtitutionis licet minimè rationem habendam eſſe, Urbanus III. ad Epiſc. Exor. c. ſuper illa Extrav. de ſec. nuptiis cenſeat, fretus oraculo hoc Apoſtolico, ſciendum tamen eſt, quòd Apoſtolus hîc non agat tam de nubendi tempore, quàm de perſonâ ſive facultate ac libertate, uti rectè monet B. D. Waltherus Cent. Miſcell. Theol. p. 216. Conf. omninò in hanc rem Dn. D. Carpzovius Jurisprud. Conſiſt. lib. 2. tit. 9. defin. 159. n. 1. ſeqq. B. Par. L. de Conj. § 198. 199. B. D. Tarnov. lib. 2. de Conjug. c. 34. p. 700] *

v. 4. Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ.

v. 4. ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ lex non habet in vos quicquam ju-

ris

[illegible] eſſetis mortui, vel fœmina, cujus maritus [illegible]. Pererius in h. l. per inſignem calumniam nobis tri-[illegible], quod ſtatuamus, *omnes qui per Chriſtum juſtificati ſunt, à [illegible] & obligatione ſoluto eſſe.* * (Diſting. enim inter li-[illegible] *à legis obſervatione*, & ab ejuſdem *maledictione.*) * [illegible] bonorum operum ſtudium, quod etiam Apoſtolus [illegible], cujus hæc mens eſt. Mortui eſtis legi veteri per Chri-[illegible] & per corpus ejus crucifixum, ut ſint animæ [illegible] uxores ipſius Chriſti, ut fructificetis i. e. fructum [illegible] bonorum operum faciatis Deo. Ducit vir uxorem, [illegible] prolem ſuſcipiat: ſic Chriſtus animam velut uxorem [illegible] Conf. Hoſ. 2, 19. Eph. 5, 32.) * ut prolem generet i. e. [illegible].

Q. *Quomodo mortificati ſimus legi per Chriſti corpus?* Reſp. [illegible] eſt pro nobis mortificatum & in mortem tradi-[illegible] Chriſtus nobis meruit remiſſionem peccatorum & [illegible], per quem mortificamus carnem noſtram, ut hâc [illegible] quaſi mortuos vim ſuam exercere nequeat. [illegible] enim noſtrum ſimul cum Chriſto cruci affixum, [illegible] Apoſtolus, *nos mortuos in Chriſti corpore*, ut [illegible] intelligamus, ſubjective non in nobis, ſed in [illegible], nobis vero imputatam. * (Notant igitur In-[illegible] hoc loco notare *in.* quomodo etiam accipitur [illegible] cap. 4, 11. Gal. 4, 13. 1. Tom. 2, 15. conf. B. D. [illegible] p. 538.) *

* [illegible] Chriſtus modò dicitur *excitatus à* [illegible], nempe à Deo Patre & Sp. Sancto. vid. Actor. 2, 24. 32 [illegible] c. 5, 30. c. 10, 40. c. 13, 30. Rom. 6, 4 c. 8, 11. [illegible] Col. 2, 12. Ebr. 13, 20. modo *ſeipſum reſuſcitaſſe*, uti Joh. [illegible] 10, 18. conf. Actor. 1, 3. Ratio vero hujus rei eſt, [illegible] reſuſcitatio eſt opus Dei ad extra, adeoque com-[illegible] Trinitatis perſonis. Cur verò utplurimum Pa-[illegible], exponit B. Par. Diſpp. Academ. p. 1416.) *

v. 5. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁ-μαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ.

v. 5. ὅτε

v. 5. ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκί. *eſſe in carne*, eſt nondum eſſe renatum & in Chriſtum transplantatum. *Caro* enim in Sc. Sacr. ſæpè ſignificat ſtatum hominis ante acceptam gratiam. In hoc ſtatu τὰ παθήματα (Vulg. vertit *paſſiones*, Syrus *perturbationes*, rectiùs redditur *affectus* i. e. motus, qui inducunt ad peccatum) erant in nobis non potentiâ, ſed *actu*. ita vigebant (Vulg. *operabantur*, Syrus *efficaces erant*) & quidem *in nobis*, non in vobis tantùm Romanis Ethnicis, ſed & in nobis Judæis, i.e. in omnibus hominibus.

τὰ διὰ τοῦ νόμου, ſc. γενόμενα. dicuntur autem affectus ſive concupiſcentiæ peccatorum per legem exiſtere, quia lex per accidens eas auget, quatenus corruptæ naturæ vitio magis nitimur in vetitum. *Per legem* ſunt, non ratione *cauſæ*, ſed ratione *occaſionis*. * (Quemadmodum etiam Ambroſius ſcribit: *Lex peccati index eſt, non genetrix.* Faciunt quoque huc illa Hieronymi l. 3. q. 8. ad Algaſiam: *Quomodo medicina non eſt cauſa mortis, ſi oſtendat venena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, vel ſe interficiant, vel inſidientur inimicis: ſic & lex data eſt, ut peccatorum venena monſtret &c. Quod ſi intrante lege, quæ docet, quid facere, & prohibet, quid non debeamus, vitio noſtro & incontinentiâ feramur contra ſcita legalia, videtur lex eſſe cauſa peccati, quæ dum prohibet concupiſcentiam, quodammodo eam inflammare cognoſcitur &c.* Conf. notata ad v. 8.) *

Εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ, ut faceremus talia opera, per quæ mortem æternam merebamur.

v. 6. Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.

v. 6. κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου. quidam intelligunt de *maledictione legis*, à quâ per Chriſtum ſumus liberati. quidam de *tyranno peccato*, in carne hærentis & ad inobedientiam nos impellentis. *Soluti* ſumus *à lege*, 1. quoad *juſtificationem*. 2. quoad *maledictionem*. 3. quoad *rigidam exactionem*. 4. quoad *ſervilem coactionem*. * (Non verò abſoluti ſunt Chriſtiani à lege quoad ejus *obſervationem*, ceu Antinomi ac Libertini ſibi perſuaſerunt.

[illegible] quarum ſententiam ſolidè refutarunt ſimulque
[illegible] ſententiam probarunt B. D. Bald. in h. l. p. 5. B. D.
[illegible] Chr. J. C. p. 490. ſeqq. Dn. D. Chemnitius Diſp.
[illegible] Si enim Chriſtus à legis maledictione nos liberando
[illegible] ſequitur, quod non ſit novus legislator, con-
[illegible] ac Pontificios. Vid. Analect. ad Matth. 5. it.
[illegible] in Socin. proflig. B. D. Fevvrb. in Antiſtor.
[illegible] in Photin. p. 350.)*

[illegible] *mortuo eo, in quo detinebamur*, &c.
[illegible] homine ſive carne noſtrâ, per Sp. S. mortificatâ,
[illegible] Chryſoſtomus, Beza *(B. D. Bald. monet. Vulgatum
[illegible] reddere, *ſoluto à lege mortis* ſeu *mortiſeræ*, quæ
[illegible] præſtari non poterat, mortem & maledictionem
[illegible] obligat vel ad obedientiam, vel ad pœnam, &
[illegible] detinebamur extra Chriſtum.)* Quædam exempla-
[illegible] *poſtquàm mortui ſumus* illi, qui nos captivos
[illegible] *(Et hæc lectio, ſicuti probatiſſimorum Codd.
[illegible] eſt, nec non Interpp. Orientalium, Syri, Arabis,
[illegible] ita meritò priori præferenda, quemadmodum et-
[illegible] approbant B. Lutherus, Dn. D. Wellerus, alii.)*
[illegible] *in novitate vitæ*, quam Sp. S. per Evange-
[illegible] *Novitate Spiritus* intelligitur & vita nova rege-
[illegible] & ipſa gratia Evangelii, per novitatem ſe oſtendens.
[illegible] i. e. impiâ vitâ, quam duximus an-
[illegible] cùm lex nobis eſſet tantùm littera externa,
[illegible] DEI digitum jamdum cordi noſtro inſcripta, 2. Cor.
[illegible] intelligitur & vita impia non regeneratorum,
[illegible] Moſis, in vetuſtate litteræ ſe oſtendens.

[illegible] ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ
[illegible] ἔγνων εἰ μὴ διὰ νόμου. τήν τε γὰρ ἐπιθυ-
[illegible] εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, Οὐκ ἐπιθυμήσεις.

[illegible] *peccatum eſt*? id eſt. num cauſa peccati per ſe &
[illegible] peccati cognitio, Ergò lex non eſt peccati
[illegible] *index peccati lex eſt, non genitrix.* Reſpicit
[illegible] ad v. 5.

*(*εἰ μὴ διὰ νόμου*, manifeſtum eſt, intelligi h. l. legem moralem. Cùm verò articulus voci *νόμου* h. l. non præmittatur, eluceſcit inde, non eſſe firmam rationem Origenis, ſtatuentis, quòd ſuprà C. 3,21. *νόμος* in priori membro accipi debeat de lege naturali, in poſteriori de lege Moſis, idque eò quòd additus ſit in hoc poſteriori articulus, in priori verò non.)*

Concupiſcentiam non noviſſem, ſc. *eſſe peccatum*, quod ſubintelligi hic debere, fruſtra impugnat Joh. à Daventria in Harm. Evangelii p. 22. quem refutant alii etiam Pontificii, ut Gerhardus Matthiſius ſuper Cap. 7. Rom. pag. 291. & Cornel. à Lapide pag. ... *(Quòd verò prava concupiſcentia, in renatis adhuc poſt baptiſmum reliqua, peccatum verè & propriè ſic dictum ſit, etiam antequam ad eam accedat conſenſus, communiter quidem Pontificii negant. Vid. Concil. Trident. Seſſione 5. Bellarm. l. 5. de amiſſ. gr. C. 5. §. 1. C. 7. §. 2. C. 10. §. Itaque. Pereerius in h. l. Coſterus in augm. Enchir. p. 168. Becanus in manual. Controv. l. 1. c. 17. q. 1. Gottonus in Inſtit. Cathol. l. 3. c. 8. Tirinus in h. l. ad v. 9. Capitonus in Explic. Cathol. p. 981. Verùm contrarium tùm ex h. l. tum ex aliis Sc. S. dictis patet, cumprimis ex hâc ipsâ Epiſtolâ. Vid. C. 6, 2. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 16. ſeqq. C. 7, 8. 9. 11. 14. 17. 20. 23. 25. c. 8, 23. 10. Prolixius verò ſententiam hanc orthodoxam contra Pontificios (cum quibus etiam Photiniani hic conſpirant, vid. Socinus in libr. quod Evangel. pag. 59. Val. Smalc. contra Frantz. p. 293.) adſtruunt noſtrates paſſim. vid. B. D. Chemnitius part. 2. Exam. Concilii Trid. p. 169. ſeqq. B. D. Gravverus in Prælect. ad art. 2. A. C. p. 10. ſeqq. B. D. Konig Caſ. Catech. p. 85. ſeqq. B. D. Hutterus in Explic. F. C. art. 1. p. 98. ſeqq. B. Par. Confeſſ. Cathol. lib. 2. Spec. part. 3. art. 21. c. 5. §. 1. B. D. Hulſeman. in Manuali A. C. Diſp. 2. p. 60. ſeqq. item p. 732. Urget contra nos Jeſuita Tirinus Comm. h. l. ad v. 9. cumprimis dictum Jacobi 1, 15. ubi *concupiſcentia* dicitur *parere peccatum*. Verùm ſi hæc conſequentia eſſet legitima, ſequeretur etiam, quòd nec in irregenitis prava concupiſcentia peccatum eſſet, quia etiam in illis parit peccatum, tùm quòd nec originale peccatum eſſet peccatum, quia producit peccata actualia. Sed de dicto loc. pluribus in Annot. ad illum.)*

Pau-

[illegible] Loquitur Apoſtolus de *plenâ & perfectâ pec-* [illegible] nisi per legem, interiores motus pra- [illegible] *) Minùs rectè verò legem illam DEI de non [illegible] Judæorum Magiſtri exponebant, ac ſi nempe [illegible] concupiſcentia prava haudquaquàm prohibeatur, vel [illegible] niſi aliquo modo in actus prorumpat externos, [illegible] Nicolaus de Lyra, è Judæo factus Chriſtia- [illegible] Cap. 20. Exodi. Idem quoque patet ex Joſepho lib. 10. [illegible] C. 13. Et ita quoque Apoſtolus, quando in [illegible] hærebat, legem illam intellexit.)*

[illegible] nempe Exod. 20, 17. Deut. 5, 21. Utiq; [illegible] in V. T. prava concupiſcentia prohibita fuit. Nec [illegible] poteſt, quòd Chriſtus ſit novus legiſlator, quia [illegible] concupiſcentiam prohibuit, ſive quis adulterium com- [illegible] qui alterius uxorem deſideraverit, Matth. 5, [illegible] in V. T. prava concupiſcentia prohibita fuit. [illegible] contra Photinianos obſervandum. De quo So- [illegible] errore alibi etiam actum. Vid. Anal. ad Matt. 5. 28. [illegible] Calovii Socinismum proflig. p. 306. B. D. Meiſn. [illegible] Conſid. B. D. Fevvrb. Antioſtor. Diſput. 22. [illegible] *ſi per legem demum, à Moſe ſc. traditam, pecca-* [illegible] *ante eam homines nullam habuerunt peccati co-* [illegible] *contrarium patet ex Caini fratricidæ pavore,* [illegible] *pro Sodomitis, quorum facta utique peccata eſſe co-* [illegible] *fervore, Joſephi & Abimelechi, adulterium com-* [illegible] *nempe Dei metuentium, timore.* Vid. [illegible] Reſpondet Auguſtinus t. 4. libr. 83. Qu- [illegible] de ſpir. & litt. cap. 4. Apoſtolum agere vel in [illegible] prorſus ignorantium, qui abſque ullo ſupplicii [illegible] vel agere de accurata peccati ejusq; poten- [illegible] proinde licet ante legem, à Moſe traditam ho- [illegible] cognitionem aliquam habuerint, qualis tamen [illegible] peccatum eſſet Dei offenſa, ac quæ pœna ſcelus com- [illegible] ſolam legem declarare. Melior videtur e- [illegible] ad Apoſtoli ſcopum faciens, eorum expoſitio, [illegible] Apoſtolum non agere generatim de omnibus pec-

catis, ſed de internâ tantum concupiſcentiâ, h. e. de concupiſcentiâ habituali, (id quod pulcrè oſtendit B. D. Calixtus in [illegible] poſ. litt. h. l.) vel de peccandi ſaltem voluntate. Sanè concupiſcentia prava, intra hominem latens, neminemque extrinſecè offendens gentilibus non videbatur eſſe peccatum: at lex [illegible] perveniens, & animi quoq. integritatem expoſcens, perfectamque tam internam quàm externam proximi dilectionem [illegible], pravas quoque cordis concupiſcentias prohibuit. Sicut proinde in ſexto & ſeptimo præcepto exterior fornicationis & furti actus prohibetur, ita in decimo præcepto interna earum rerum concupiſcentia cohibetur ac prohibetur. Eſt enim lex Dei, non manum tantùm, ſed & animum cohibendum eſſe monet, adeòque, quòd per propria noſtra opera ſive per legis impletionem, utpote quæ nobis poſt lapſum impoſſibilis eſt, [illegible] vita æterna obtineri nequeat, clarè docet.)*

v. 8. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα, ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν· χωρὶς γὰρ νόμου, ἁμαρτία νεκρά.

ἀφορμὴ propriè non eſt *cauſa*, ſed *circumſtantia*, ex accidente invitans & irritans cauſam per ſe ad agendum. *(Quomodo verò lex occaſio *peccandi* dicitur? Reſp. non impunitatem peccato conciliando vel promittendo, uti Hugo Grotius vult (contrarium enim patet ex Deut. 27, ult.) ſed ejus gravitatem indicando, illudque ſeverè prohibendo, juxta illud:

Nitimur in vetitum, ſemper cupimusq; negata.

Pulcrè Joh. Chryſoſtomus in h. l. *Cùm, quod concupiſcimus, prohibetur, eo redditur validior concupiſcentiæ flamma: verùm non à lege eſt iſtud, ipſa quippe concupiſcentiam prohibuit, ut ab eâ nos abducat: peccatum verò, h. e. ſocordia tua animusq; malus eo, quod bonum eſt, in contrarium [illegible] utitur. Culpa autem non adſcribenda eſt Medico, ſed ægroto, qui pharmaco malè uſus eſt.* Sic licet nox latronibus, ac tenebræ adulteris aliisque occaſionem præbeant ad peccata perpetranda, non tamen profectò Deo hæc imputari debent, eo [illegible] noctem & tenebras fieri ordinavit. nempe abuſus bonæ [illegible] rei adſcribendus eſt abutenti re bonâ, non creatori. Uſus legis

per

[illegible] ad peccati agnitionem, ac porrò ad Christum [illegible] 3,24. 2, conſcientias terreat. Ab-[illegible] peccatum ejusque pœnas augere, quando nempe homo [illegible] & cùm voluntatem Domini ſcit, nihilo ta-[illegible] contra illam agit, vid. Luc. 12, 47. Licet proinde [illegible] legem dederit de non comedendo fructu ar-[illegible] legem præſcivit, eos non eſſe ſervaturos, non [illegible] colligi poteſt vel debet, Adamum ad lapſum ſu-[illegible] vel *coactum*, quod Zuinglius voluit. A quo *cogen*-[illegible] rectè alii Calviniani omnes, ſi fides habenda [illegible] 34. §. 19. eſt, *abhorrent*, ita operam perdit [illegible] quando d. l. evincere conatur, quaſi Zuin-[illegible] ſententiâ, quam autor Diſput. 4. Anti-[illegible] exhibuit, ac ſi ſtatuat, *Adamum ad peccatum fuiſſe* [illegible] Wendelinus, Zuinglium ibi non loqui de [illegible] Verùm reſp. 1. par ratio utriusque eſt; ſi [illegible] Deus latronem cogit, ad occidendum [illegible] ad mortem, quomodo Zuinglii ver-[illegible] L. de Provid. §. 111, ſequitur quòd juxta [illegible] coëgerit vel moverit ad peccatum. Neq; [illegible] dici poteſt, quòd à Deo coactus inter-[illegible] de Adamo, quòd à Deo coactus fuerit [illegible] Utrumque certè æquè contra Dei juſtitiam & [illegible] nec alii Calviniani phraſin illam reformi-[illegible] Deus homines ad peccatum impellat. Ita enim [illegible] Præd. Liche in Wetter. Ant. [illegible] *Si eum intelligis autorem, qui ſuadet aliquid* [illegible] *Deum ſanè autorem peccati dicere poteris.* [illegible] Wendel. d. l. p. 30. Deum peccandi occa-[illegible] præbere, adeoque quòd homines occaſione [illegible] peccent, per accidens eſſe, nec occaſionem il-[illegible] datam eſſe homini, ſed acceptam ab homine, atq; [illegible] eſſe accipiendam. Non tamen inepta [illegible] autoris Diſp. alleg. Anti Wend. quando [illegible] *dum quod de lege Dei, quod Wendel. occaſio ſit* [illegible] *dicatur, etiam trahat ad hominem integrum.*

Sanè diſpar eſt ratio, etiam quoniam ad præſens, inter hominem lapſum, & integrum. Licet enim Deus utrique legis, h. e. tùm homini integro, tùm per peccatum corrupto datæ, fuerit autor, negatur tamen, quòd quoad utrumque lex occaſio peccandi dici poſſit. quòd enim homini lapſo occaſio peccandi lex ſit, inde provenit, quia talis ad peccatum proclivis eſt, ac ſemper in vetitum nititur. id quod de homine integro hautquaquam dici poteſt. Sed de hac re alibi pluribus.)*

Peccatum genuit in me omnem concupiſcentiam. Per *peccatum* intelligitur corruptio naturæ noſtræ, quæ ad malum eò magis propendet, quò magis à lege coërcetur. Diſtinguit Apoſtolus *concupiſcentiam à peccato*, non quaſi ea peccatum non ſit, ſed quia ex peccato originali oritur. Q. verò, *quomodo hæc conveniant cum eo, quod Jacobus C. 1, 15. dicit, cupiditatem parere peccatum?* Reſp. Vitioſitatem illam naturæ, quam Paulus h.l. vocat *peccatum*, Jacobus appellat *concupiſcentiam*. Nomine verò *concupiſcentiæ* Apoſtolus hic intelligit actuales concupiſcentias. *(Manifeſtum porrò eſt, quòd Apoſtolus h.l. non loquatur de concupiſcentiâ *Phyſicè* conſiderata, ſeu pro facultate concupiſcendi, ea enim à Deo eſt, ſed de concupiſcentiâ *ethicè* ſumtâ, & quidem rurſus non de *ordinata* ſive quæ legi & honeſtati conſentanea eſt, de qua 2. Tim. 3. 1, ſed de concup. *inordinata* ac *legi DEI contraria*, quæ omnino peccatum eſt, licet ſit involuntaria vid. not. ad v. præced. it. Dn. D. Wellerum ac B. D. Bald. in h. l.)*

χωρὶς γὰρ νόμου, ἁμαρτία νεκρά. non ita exerit vires, irritando pravam concupiſcentiam, in carne latentem. *Mortuum eſt peccatum*, non quoad *eſſe*, ſed quoad *cognoſci*, v. 7. & 13.

v. 9. Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ: ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν.

Ego verò vivebam, id eſt vivere mihi videbar, eram ſecurus, confidebam de juſtitiâ absque lege, i.e. absque accurata legis conſideratione. *(Quòd h. l. τὸ *vivebam* exprimi debeat per τὸ *vivere mihi videbar*, quomodo communiter Interpp. exponunt, vid. Dn. D. Wellerus Annot. in h. l. Camero Myroth. Evang. p. 184, jampridem monuit S. Auguſtinus, nititurque expoſitio hac regulâ, quòd in Scr. S. multa κατὰ δόξαν dicantur.

De

[illegible] Flaciuspart. 2. Clav. Sc. S. tract. 4. f. 405. [illegible] Sacræ Disp. 15. Q. 6. p. 24. [illegible] Conf. [illegible] Analecta ad Matth. 9, 12.) *

[illegible] Apoſtolus erat ſine lege, 1. quia interiores cor[illegible] in lege prohiberi ignorabat, ideò externam quidem [illegible] præſtabat, plura autem in lege requiri, non [illegible] hanc qualemcunque obedientiam exiſtimabat le[illegible] 2. quia quicquid præſtabat, non proficiſceba[illegible] obedientiâ, ſed ex ſervili obſequio; non [illegible] ſed odio pœnæ. Auguſt. lib. 1. ad Bonifac. c. 9. [illegible] qualicunque illâ diſciplinâ legis meritum collocabat [illegible] : talis verò lex data non erat, quæ poſ[illegible] Gal. 3. Loquitur Apoſtolus non de ſe puero, nec [illegible] Emmel. neque etiam eorum, qui ante Moſen & le[illegible] ſed de ſe adulto, in Phariſæiſmo conſtituto. D. [illegible] *(Atque ita facilè intelligi poteſt, quomodo [illegible] Philipp. 3. 6. ſcribat, ſe converſatum fuiſſe ſine [illegible] juſtitiam, quæ in lege eſt. Vivebat nempe [illegible] legis quoad *obedientiam externam*, non *inter*[illegible] enim ſine lege erat, quia eam requiri, non [illegible] *

[illegible] Reſpicit ad præcedens verbum [illegible] de non-concupiſcendo rectè intelligere inci[illegible] peccatum cœpit vivere, & in lucem emergere, ad [illegible] Id *ſibi veniſſe* dicit Apoſtolus, non quod [illegible] ſed quòd priùs non intellexerit. *(conf. [illegible] Rhetor. S. 17. c. 9. p. 211.)*

[illegible] δὲ ἀπέθανον: καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν [illegible]

[illegible] *Ego moriebar*, i. e. agnoſcebam, me pro[illegible] eſſe morti obnoxium. *(conf. Geneſ. 2. 3.) * [illegible] mea lethaliter vulnerabatur, cum antè ſecu[illegible] Jch ſahe anders nichts / als den Tod für Augen. [illegible] regula, de qua paullò poſt, ad v. 11.)*

[illegible] *ad mortem*, quia nempe, cùm in carne infirma ſit [illegible] impleri non poſſit, nec animam juſtificare ac ſanctifica-

ficare poteſt, contra prius eum terret. Huic terrori opponenda eſt ἐπαγγελία Evangelica. Ebr. 10,19. Accuratè vero notandum, quòd prædicatum illud dicatur de lege, non per ſe, quomodo eſt *verbum vitæ*, Actor. 7,38. ſed *ex accidenti*, propter naturæ nempe noſtræ per peccatum [illegible] corruptionem. Atque eo modo accipienda quoque ſimilia prædicata alibi. Vide Act. 15,10. Gal. 3,24. c. 4,v. 24. c. 5,4. 2. Cor. 3,6.7.)*

v. 11. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινε.

ἐξηπάτησέ με, *ſeducebat me*, ut agerem contra legis prohibitionem. Peccato tribuit Apoſtolus propriè, quod paulò antè legi adſcripſerat per accidens. * (Sunt qui h. m. exponunt, decepit me i. e. *oſtendit*, *me eſſe deceptum*. juxta regulam nempe illam, quòd in R. S. ea quæ *fieri*, *eſſe* vel *agere* quid ſignificant, ſæpe verò non tam *eſſentiam* vel *actum*, quam ejuſdem *manifeſtationem* notent. quam regulam pluribus exemplis confirmat B. D. Glaſſius Gr. S. p. 266. cum primis huc facere videntur loca 2. Sam. 15,4. Job. 9,31 c. 10,2. Luc. 7,29. 1 Tim. 3,16. Jac. 1,21. Cœterum ex eo, quod Apoſtolus h. l. legi per proſopopœiam tribuit, quòd ipſum *deceperit*, cùm tamen decipere ſit perſonæ proprium, conantur Photiniani evincere, quòd etiam, quando Sp. S. propria perſonæ tribuuntur, per proſopopœiam id fiat, nec concludi ex hujuſmodi attributis queat, quòd ipſe perſona ſit. ceu videre eſt ex Socin. in Refut. Bellarm. & VVieki p. 488. Catech. Racov. p. 248. Enjedino in Explic. L. L. ac S. Verum notandum, quòd 1. Sp. S. non ſolum perſonæ prædicata tribuantur, ſed etiam nomina perſonæ. dicitur enim אֵל, it. יְהוָה, ceu patet ex collatione Exod. 4,11.12. 2 Sam. 23,3. cum 2. Sam. 23,2. Zach. 7,12. Actor. 28,26. 2. Petr. 1,21. [illegible] Eſ. 63,11 & 14, cum Deut. 32,12. At legi nullibi tribuitur nomen perſonæ. 2. non aliquæ, ſed omnes omninò perſonæ proprietates Sp. Sancto tribuantur, ceu patet ex Joh. 14,26. c. 15,26. c. 16, 8. 13. 14. Act. 20,28. Rom. 8,26. 3. etiam ea tribuuntur Sp. S., quæ unicè perſonis propriè conveniunt, utpote quòd procedat à Patre, quòd mittatur à Patre & Filio, quòd non loquatur à ſemetipſo, ſed quæ audivit, quòd omnia ſcrutetur,

[illegible]

[illegible] Photinianus Crellius lib. de uno Deo Patre pag. [illegible] Contra [illegible] hac facientia apud B. Par. Diſp. Iſag. I. [illegible])*

v. 12. [illegible] ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία [illegible]

[illegible] vocat legem ratione cauſæ efficien[illegible] *juſtam* ratione formalis, *bonam* ratione finalis [illegible]

v. 13. Τὸ [illegible] ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; Μὴ γένοιτο [illegible] ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη [illegible], ἵνα γένηται καθ᾽ ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία [illegible] τῆς ἐντολῆς.

[illegible] καθ᾽ ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία, *ut peccatum* [illegible] i. e. ut peccati atrocitas & magnitudo illuſtris [illegible] tota natura noſtra ſit corrupta & ad malum [illegible] *(Repetenda hic regula, cujus paullò ante ad [illegible] eſt.)*

v. 14. [illegible] γὰρ ὅτι νόμος πνευματικός ἐστιν: ἐγὼ δὲ [illegible] πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

[illegible] i. e. poſtulat non ſolùm exteriorem, ſed & [illegible] membrorum ſolùm, ſed etiam cordis & ſpiri[illegible] Spiritualis eſt ratio *intelligentiæ & obedientiæ.* [illegible], quia 1. autorem habet Sp. S. 2. habet manda[illegible] 3. requirit ſpiritum ſive cor hominis. 4. pro[illegible] 5. non niſi ſpiritu DEI ejus perfectio [illegible]

[illegible] Quòd Apoſtolus in hoc verſu 14. & ſeqq. de ſe[illegible], & non hominis non-renati perſonam in[illegible] à clarâ littera, à connexione textus, à no[illegible], à proprietate renatorum. *(vid. v. 15. 22. [illegible] 3, 16. 2. Cor. 4, 16. Errant igitur *Pontificii* [illegible] Capito in Expl. Cathol. h. l. p. 983. [illegible] Erasmus Roterodamus, Faber Stapu[illegible] in Panoplia, Peltanus lib. de pecc. orig. tr. [illegible], vid. Fauſtus Socinus in defenſ. explic.

hujus cap. 7. it. in prælect. c. 4. & 26. de ſervat. part. 1. c. 4. Valent. Smalcius in Refut. Theſ. D. Frantzii p. 438. ſeqq. 3. Arminiani. vid. ipſe Jac. Arminius in pecul. diſſert. de hoc capite quæ habetur in Oper. Ejusd. Lugd. edit. pag. 825. 4. *Moſheimius* aliique, qui ſtatuuunt, *Paulum loqui hic in perſonâ hominis irregeniti.* Quos contra videri omnino poſſunt B. D. Lutherus t. 3. Op. Lat. Jenenſ. f. 312. Dn. D. Wellerus in Proleg. hujus capitis (qui non ſolùm orthodoxam noſtram ſententiã ſolidè ibi probavit, verùm etiam omnes elabandi rimas adverſariis obſtruxit.) B. D. Meiſnerus Ανθρωπ. Sacræ Diſp. 8. q. 1. it. Theol. Phetin. p. 123. B. D. Calixtus in Expoſ. h. l. B. Parens in Diſpp. Acad. p. 667. Hîc illud addo, quòd Jeſuita Tirinus Comm. h. l. moneat, licet Origenes, Baſilius, Hieronymus, quin ipſe Auguſtinus hîc & ad Simpl. l. 1 q. 1. cenſeant, Paulum loqui *in perſona peccatoris*, ſub lege adhuc gementis: alio tamen loco, puta l. 1. Retr. c. 23. &c. eundem Auguſtinum retractare, & juxta cum Hilario, Nazianzeno & Ambroſio dicere, S. Paulum loqui de ſe ipſo, & in perſona hominis juſti, q. d. *Ego jam liber à lege & ſub gratia conſtitutus, & tot privilegiis à Deo dotatus, tantos tamen concupiſcentiæ ſtimulos atq; incitamenta in malum ſentio, ut inſtar ſervi emtitii, ſæpiùs cogar invitus illi parere, illiusq; motus & impetus velim nolim ſentire.* Atque ita etiam, addit, explicare S. Gregorium, lib. 8. Moral. c. 6. Anſelmum, Primaſium, S. Thomam, Sasbout, Pererium, Cornelium à Lapide, Menochium & plures alios in h. l. Cumprimis quoque huc referri poteſt Ludovicus de Ponte, qui Comm. in Cant. p. 442. verba Apoſtoli v. 2. confert cum verbis Sponſæ Cant. 1, 4. *nigra ſum, ſed formoſa.* Niſi igitur velit concedere, Sponſam Chriſti fuiſſe irregenitam, concedere quoque cogitur, Apoſtolum hîc non ſub perſonâ hominis irregeniti, ſed de ſe renato loqui)*

Carnalis ſum. Apoſtolus vocat ſe *carnalem*, *non ex toto*, nam qui toti carnales ſunt, non pugnant adverſus carnem, quod Paulus faciebat, ſed deſideriis carnis obſeqvuntur, iisque indulgent, Rom. 8, 5. verùm *ex parte*, quia experiebatur in ſe luctam carnis adverſus Spiritum, quam luctam graphicè deſcribit. Sciendum igitur eſt, quòd *carnalis* dicatur 1. qui peccato ſervi-

2. qui

e, qui deſideria carnis illicita ſentit. Poſteriori ſenſu Apoſto-
lum accipiendum. Vocat enim ſe *carnalem* 1. propter carnalem *conceptionem*, Pſ. 51, 7. 2. propter carnalem *nativitatem*, Joh. 3, 6. 3. propter *carnis reliquias*, 1. Cor. 3, 1, ſeqq. 4. propter *carnis* [illegible], quas et renatis facesſit, Rom. 7, 24. 5. propter futuram [illegible] peccati totalem *depoſitionem*. 1. Cor. 15, 44. * (Huc [illegible] quoque obſervatio de diverſâ vocis *carnis* in Sc. S. acceptione. Adhibetur enim vox illa (ut alias plures ſignificationes [illegible] hanc memoremus, de quibus conſulantur Flacius in Clav. Sc. S. B. D. Chemn. Harm. Evang. edit. in fol. p. 43. 44. [illegible] B. D. Hütterus in LL. Maj. 123. 6. B. Par. H. E. edit. in [illegible] 1625. 1702. &c. Hugo Grot. in Evang. p. 295. 325. [illegible] Thom. Gatakerus Londinas in de ſtylo N. J. Diſſert. p. 5[illegible]) vel quando *ſubſtantialiter*, pro *ipſa* nempe *ſubſtantia* ſeu eſſentia hominis, vel certè alterâ hominis parte eſſentiali, *corpore nempe humano*. Sic dicitur reſurrectio carnis futura in die extremo, quia nempe homines mortui reſuſcitabuntur ac reviviſcent: aliquando etiam *accidentaliter*, pro *natura* ſcil. humanæ corruptione, ſive pro primâ illa ac proclivi carnis & peccati affectione ad concupiſcentias pravas. In hâc ſignificatione vocabulum *carnis* ſumitur, quando *caro* & *ſpiritus* in Sc. S. tanquàm partes pugnantes invicem opponuntur. Unde B. Lutherus ſuper *Magnificat* monet, quòd diviſio hominis in *carnem* & *ſpiritum*, non ſit naturæ, cùm ſingulæ etiam eſſentiales hominis partes dici queant aut *ſpiritus*, aut *caro*: ex eâ ſc. parte, quâ regenerati ſunt, *ſpiritus*, ex alterâ verò parte, quâ adhuc delectantur concupiſcentiis carnalibus, *caro*. In priori ſignificatu caro eſt à Deo, quia Deus hominem creavit, conſervat &c. in poſteriori non. Atque in hâc demum ſignificatione *caro contra ſpiritum concupiſcere dicitur*, Gal. 5, 15. quatenus nempe malitia illa homini ab initio adverſatur regenerationis gratiæ, quæ *Spiritus* dicitur, à cauſa ejus efficiente Spiritu Sancto. Sic *opera carnis* dicuntur *adulterium, ſcortatio, idololatria, hæreſis* &c. Gal. 5, 19. Unde S. Auguſt. l. de nat. & gratia c. 3. de loco hoc Paulino: *Non carnis ſubſtantia, ſed carnalia vitia accuſantur.* Confer. omninò B. D. Gerhardus in Explic. F. C. p. 52. ſeqq. B. D. Bald. Comm. in Ep.

Paul. in fol. p. 139. ll. D. Grawer. prælect. ad art. 2. A. C. p. 261. add. etiam Ann. ad Matt. p. 716. 1164. Deniq; notandum quod Theologi noſtrates obſerrent, quòd carnalis dupliciter qui dici poſſit. 1. *ex toto.* quomodo illi dicuntur *carnales*, in quibus caro regnat, ſeu qui ſecundùm carnem ambulant & deſideria carnis perficiunt, Rom. 8,5. ſeqq. 2. *ex parte*, qua ratione illi etiam carnales dici ſolent, in quibus lucta eſt carnis & ſpiritus, & hoc poſter. ſenſu Apoſtolus dicit, ſe *carnalem* eſſe. Atq; hi ipſi qui ita carnales dicuntur, vocari quoq; *ſpirituales* poſſunt, nempe *ex parte*, quia ſpiritus luctatur contra carnem, eamq; mortificat, ne regnet peccatum. Quando verò demum in vita æterna futuri dicimur *ſpirituales*, accipiendum id h. modo, quòd toti tales futuri ſimus. conf. 1. Cor. 15, 44. 24. 54. 57. Atque ita facile conciliari hic locus poteſt cum effato Salvatoris, Joh. 3, 6. qui enim ex carne natus, h. e. nondum renatus eſt, adhuc ex toto carnalis eſt; qui verò renatus eſt, ſive ex ſpiritu genitus, ſpiritualis eſt, ita tamen ut ex parte adhuc carnalis ſit, quia renovatio in hâc vita nondum eſt perfecta. conf. Act. 3, 21. Rom. 8, 23.) * Simili ſenſu vocat ſe *venundatum ſub peccato*, propter adhærentem ſibi pravitatem naturæ, quâ ſubinde infeſtabatur tanquàm à quodam Tyranno, à cujus poteſtate ut eximeretur, magno ſtudio nitebatur, ſed expellere tn. penitùs in hâc vitâ non potuit. Vid. Mentzerus in Exeg. Aug. Confeſs. art. de Juſtif. p. 219. Poſſunt igitur verba hujus verſiculi duplicem habere reſpectum. Sunt enim partim probatio præcedentium, quòd nimirùm lex bona ſit, quia ſpiritualis eſt, partim confirmatio ſequentium, quòd legis perfecta obſervatio ſit impoſſibilis, quia lex ſpiritualis eſt, homo autem carnalis. *(Atque hinc etiam ſatis manifeſtum evadit, 1. quòd opera noſtra à juſtificationis actu excludantur, nec fiducia in illis collocari poſſit. Conf. Exod. 34, 7. Job. 9, 2. Pſ. 130, 2. Pſalm. 143, 2. Eſ. 64, 6. Daniel. 6, 6. 1. Joh. 1, 8. Exceptionibus Pontificiorum pridem ſatisfactum à noſtratibus eſt. Vid. B. Par. ſuprà ad c. 3, 20. c. 4, 1. 2. quòd cùm Paulus, qui utique jamtum renatus fuit, nihilominus conqueratur, quòd carnalis ſit, *remiſſio peccatorum* in hoc mundo non fiat per *totalem peccatorum deletionem*, ſive ita, ut nullæ penitùs in carne renatorum
renia-

[illegible] peccatorum reliquiæ: ſed per *plenam & perfectam re-[illegible]*. Tollitur nempe peccatum in renatis, non ut non [illegible] ſit, ſed ne noceat. Id quod patet etiam ex *ſpiritus & [illegible]*, Gal. 5,17. ex *quotidiana renovatione*, quâ interior [illegible] adhuc opus habet, 2. Cor. 4,16. ex *peccatorum de-[illegible]*, quâ non minus renati quàm irregeniti opus habent, [illegible] Matth. 6, 12. &c. Conf. plura huc facientia apud B. Par. [illegible] Annot. ad c. 4, 8. it. Confeſs. Cathol. l. 2. Spec. part. 3. [illegible] 8 §. 1. &c. Objicit Felicianus Capitonus Narnienſis, Archiepiſcopus Avinionenſis in Explic. Cathol. p. 984. *Quod [illegible] remanens poſt baptiſmum, realiter peccatum eſt, ſequatur, [illegible] hominis poſt baptiſmum deleri, ſive remitti à Deo; quod [illegible]. Siquidem per Ezechielem Prophetam dicat* DEUS: [illegible] per vos aquam mundam, & mundabimini ab omni-[illegible] *veſtris*, C. 36 *& Paulus Rom. 5. de peccato origi-[illegible], quod eſt baptiſmus, differens dicat*: Ubi abunda-[illegible] delictum, ſuperabundavit & gratia, ut ſicuti regnavit pecca-[illegible], ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æter-[illegible] Chriſtum. *Quemadmodum*, pergit Capitonus, *[illegible] peccatum in homine, nihil erat ibi gratiæ; ſic cùm [illegible] eſt ibi peccati; imò gratiam ſuperabundare oportet [illegible]. Ergo concupiſcentia remanens, peccatum eſſe non poteſt: alio-[illegible] regnaret in homine, neque ſuperabundaret delicto.* Ve-[illegible] 1. concedendo, quòd peccatum per Baptiſmum verè [illegible], nempe per remiſſionem. atque ita gratia ſuperabun-[illegible]. quia reatus peccati in renatis aufertur ac tollitur, [illegible] condemnationis, h. e. quod actu illos damnet, in iis ſit, Rom. 8, 1. & ita dicuntur *ab omnibus inquinamentis purgari*, quia [illegible] imputantur. 2. ex eo verò non ſequitur, quod nulla [illegible] remaneat: cui per Sp. S. renati quotidiè debent [illegible]. quia verò vitioſitas illa in renatis per regeneratio-[illegible] & refracta eſt, inde patet quoque, quòd gratia [illegible] peccatum. 3. quòd concupiſcentia aliqua pra-[illegible] in renatis poſt baptiſmum remaneat, eademque verè [illegible] ſit, licet à Deo credentibus non imputetur, ſatis pa-[illegible] querelis, Pſal. 19, 15. Pſal. 32, 6. Pſal. 130, 1.

1. Joh. 1, 8. cohortationibus Apoſtolicis. Rom. 6, 4. 6. 12. &c. idq́; multis declarant B. Pat. Conf. Cath. l. 2. Spec. part. 1. art. 12. c 3. §. 1. B. D. Bald. h. l. q. 9. alii. 4. notandum, quòd ipſe Capitonus concedat, *remanere concupiſcentiæ ſomitem in regeneratu ad exercitationem virtutum, non ad damnationem hominis.* Ipſummet verò & nos largimur, quòd peccatum in renatis remanens, cui per Spiritum reſiſtitur, non actu eos damnet. exinde verò non ſequitur, quòd nec damnabile vel peccatum ſit. 5. quòd obſervatio legis, etiam quoad ſubſtantiam actûs, ſuperet naturam. conf. Rom. 8, 4. Quam ipſam ſententiam Jeſuitam quoque Suerezium contra Thomam de Aquino, aliosq́ue Scholaſticos, imò contra ipſum Concilium Tridentinum rectè defendere, accuratè obſervat B. D. Hulſem. Manuali A. C. p. 607. 5. quòd nec renati perfectè legem divinam, utpote quæ *ſpiritualis* eſt, adeoq; non ſolùm externam, ſed etiam internam perfectiſſimamque obedientiam requirit, ipſi vero adhuc *carnales*, implere poſſint. Notanter S. Auguſtinus l. 1. contra duas epiſtol. Pelagii c. 10. *Imperfectum bonum eſt, quando concupiſcit, etiamſi concupiſcentiæ non conſentit ad malum.* Contra *Pontificios* & *Photinianos*. quos contra, præter alios plurimos, cumprimis conſulantur B. D. Chemnitius in Exam. Concilii Tridentini part. 1. cap. 16. q. 3. p. 321. ſeqq. B. D. Hutterus in Locis maj. p. 378. ſeqq. B. Haſenreff. in LL. Th. p. 463. B. Par. Confeſſ. Cathol. l. 2. ſpec. part. 2. art. 13. c. 7. §. 3. Dn. D. Calov. Socin. proflig. p. 275. 276.)*

πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, venditus ſub peccatum. ſicut ſervi venditi Tyranno, eidem ſervire & obſequi coguntur, ſic homines naturâ ſunt ſervi peccati. * (Accuratè verò notandum, quòd cùm duplex ſit *venditio ſub peccatum*, alia *ſpontanea* & *libera*, ut ita loquar, quomodo Achabus venditus dicitur ad peccatum ſive ad faciendum malum, 1. Reg. 21, 25. ac quomodo Adam obtemperans malitioſo ſerpenti, ἐπώλησεν ἑαυτὸν τῷ διαβόλῳ, ut loquitur Macarius homil. 1. p. 12. & ſic quilibet impii dicuntur venditi ad pecc. Eſ. 55, 2. alia *invita*, quæ cum repugnantia quadam conjuncta. Hoc poſteriori, non priori modo renati, adeoq; & Apoſtolus hoc loco, ſub peccatum venundati dici poſſunt, quia licet per peccatum originale natura eorum corrupta ſit

[illegible] peccatum proclives, pravis tn. carnis deſideriis nunquam [illegible] permittunt, Rom. 6, 12. ſed fortiter illis per [illegible] reſiſtunt. Traditi ſunt concupiſcentiæ quaſi tyranno, [illegible] motus ejus ſentire, ut loquitur Bernhardus, ſed [illegible] conſentiunt.)* Et hæc venditio ſtare quoque poteſt cum [illegible] liberatione à peccato & ſervitute DEI, de quâ ſupra c. 6, 22.

v. 14 Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω· οὐ γὰρ ὃ θέλω, [illegible] ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ.

[illegible], *non agnoſco*, i. e. *non approbo*; ita enim phraſi [illegible] notitiæ accipiuntur. Deſcribit luctam carnis & [illegible] Quidam exponunt de ſenſu (*non video*) quidam de [illegible] (*non approbo.*) Turrianus l. 4. pro Epiſtol. decretalibus [illegible] de minoribus neſcio quibus peccatis. At [illegible] *οὐ γινώσκω. Quod perpetro, non a-* [illegible] B. D. Bald. in h. l. q. 3. exiſtimat, illud τὸ *non* [illegible], poſſe quoque accipi de *cognitione ſingula-* [illegible] renati cognoſcant univerſaliter, mala non [illegible] ſæpe tamen eorum intellectus cupiditate rei de- [illegible], ut in ipſo actu ſingularia mala, h. e. illud, [illegible] eſſe, cognoſcere nequeant. Id quod prolixè [illegible] B. D. Balduinus l. c. Quòd verò aliàs verba *cognoſcendi,* [illegible] ſæpè in Sp. S. accipiantur de *cognitione practica* ſive [illegible], *non ſimpliciter viſionis*, alibi oſtenſum. vid. Analect. ad [illegible] & conſtat quoque ex iis, quæ mox ſequuntur, [illegible] tali modo exponi debeat, ceu rectè monet Tho- [illegible] in [illegible] c. 6. p. 72. add. ejusd. differt. de ſtylo [illegible])*

[illegible] *ἀλλ' ὃ μισῶ*, ſc. perpetuo ac tam perfectè, atq; [illegible].

[illegible] &c. Si Apoſtolus malum illud ſibi adjacens [illegible], ſequitur, quòd multò magis DEus. Si igi- [illegible] illud malum h. e. pravam concupiſcentiam odio pro- [illegible], ſequitur, quod ea ipſa peccatum ſit, atque adeò *natu-* [illegible] condemnatione dignum, ſive damnabilis, licet

homo

homo renatus propter illam ipſam *adu non condemnetur*. Rom. 8. 1. neque enim propter involuntarios pravæ concupiſcentiæ motus renati iræ divinæ rei fiunt vel damnantur. Conf. omnino B. D. Hulſem. contra Hagerum p. [illegible] ſeqq.)*

v. 16. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι καλός.

σύμφημι τῷ νόμῳ Lutherus willige ich. Conſentio & ſimul reſtificor, legem eſſe bonam.

v. 17. Νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

Non jam ego operor illud, ſcil. quatenus renatus.

Q. vero *quomodo Apoſtolus ſe malum operari negat, quod tamen operari ſe, v. 15. confeſſus fuerat?* Reſp. quia Apoſtolus perſonam ſuam εἰς ἄλλον καὶ ἄλλον dividit, utrumque de eodem Apoſtolo κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο accipi poteſt. Negat igitur, ſe operari malum, quia totus non operetur, nam quâ parte renatus erat, totus ab eo abhorrebat, quod reliquâ tamen ſub parte deſignabat, quo modo ne quidem operationem mali ſuam eſſe ampliùs, ſed pro aliena planè habendam, oſtendit.

* (ἡ οἰκοῦσα &c. vid. de his annot. infrà ad v. 20. Sed ſi peccatum habitat in hominibus renatis, quomodo ipſi dici poſſunt templa Sp. Sancti, 1. Cor. 3, 16. c. 6, 19. add. Joh. 14, [illegible] Reſpondet B. D. Bald. in h. l. q. 4. peccatum habitare in homine, quat. carnalis eſt, ſive in ea parte, quâ caro eſt; Sp. Sanctum vero quat. ſpiritualis ſive qua ſpiritus eſt. Homo enim renatus ſicuti non ampliùs ex toto carnalis eſt, carnis nempe cupiditatibus ſecurè indulgens, ſed iis reſiſtit: ita nec ex toto, quamdiu tisper in hâc vita eſt, ſpiritualis h. e. à fomite peccati inhærentis prorſus liber eſt. Atque inde eſt illa pugna in renatis carnis & ſpiritus.)*

* (Errant ergo Flaciani, qui nugabantur, peccatum eſſe ipſam hominis ſubſtantiam. De quo craſſiſſimo errore conſulantur B. D. Hutterus in Explic. F. C. ad part. 1. cap. 1 pag. [illegible] ſeqq. B. Par. Diſpp. Iſagog. p. 882. ſeq. B. D. Mylius, B. D. Graweru, B. D. Lobechius aliique ad art. 2. A. C. Contra

Wei-

[illegible] Fanaticos, eundem errantes errorem, [illegible] vide E. [illegible] Diſpp. Acad. p. 817. 985. [illegible] *

v. 18. Οἶδα γὰρ, ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν· Τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὐχ εὑρίσκω.

[illegible] Caro hic accipitur pro toto homine, [illegible] Spiritu DEI nondum eſt renovatus, ut apparet ex [illegible] Sic paulò inferiùs opponit invicem membra, in [illegible] peccatum adhuc vires ſuas exerit, & mentem, ſcil. Spiritu [illegible] renovatam. Alibi enim renatorum corpora vocat [illegible] carnem ergo intelligit de totâ naturâ, quæ [illegible] corrupta & depravata. *(Hautquaquam verò per carnem [illegible] ſubſtantiam carnis, nec ſenſum duntaxat appetitum [illegible] quod non eſt regeneratum. Conf. Dn. D. [illegible] in h. l. p. 427. Atque hoc ipſum fatentur quoque [illegible] nonnulli. Sanè Bellarm. l. 5. de amiſſ. grat. c. 6. & [illegible] nomine carnis omnes potentias tum inferiores, [illegible] peccatum corruptas, adeoque totum hominem [illegible] ſine gratiâ DEI poſt lapſum Adæ, intelligi. [illegible] Conzen in h. l. q. 1. Tirinus ad c. 5. ep. ad [illegible] Pontificii, adducti à B. Par. Confeſſ. Cathol. [illegible] 5. in reſponſ. ad arg. 2. unde patet, quòd [illegible] quorundam Pontificiorum, qui ex h. l. [illegible] pravam concupiſcentiam non eſſe peccatum [illegible] dictum, eò quòd Paulus dicat, habitare eam in [illegible] caro non ſit capax peccati propriè dicti.) *

*([illegible] perficiam, non aſſequor. Colligitur hinc, [illegible] poſſe legem DEI perfectè implere, eò, quòd carnales [illegible] ſub peccatum venundati. Excipiunt Pontificii, [illegible] ſed de carentia motuum concupiſcentiæ [illegible] 1. [illegible] propoſitum Apoſtoli in hoc capite non eſt, [illegible] legis obſervatione diſputare, attamen ſatis ex [illegible] quòd lex ne à renatis quidem impleri poſſit, [illegible] quoque adhuc ſint carnales & ſub peccatum venundati

mundati. 2. notandum, quòd illi ipſi pravæ concupiſcentiæ mo-[illegible]
tus peccatum, & quidem propriè dictum ſint, cum ſint contra
legem DEI, quæ *ſpiritualis* eſt, hoc eſt non ſolum externam obedi-[illegible]
entiam, ſed etiam *mentis ſanctitatem*, cujus reſpectu etiam, juxta
Hug. Grotium in de Jure B. & P. p. 41. *ſpiritualis* dicatur, [illegible]
rit, cum quâ prava concupiſcentia adverſâ fronte pugnat. [illegible]

* (τὸ μὲν θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν
οὐχ εὑρίσκω. Conf. Matth. 26, 41. Notandum, quòd verbo κατερ-
γάζεσθαι LXXII. utantur de rei alicujus expolitione & abſoluti-[illegible]
ne, ceu notat Camero in Myrothec. Ev. p. 259. idque videre [illegible]
ex Exod. 35, 33. 1. Reg. 6, 3. Proinde τὸ θέλειν denotat
aliqualem ad bonum ſpirituale *inclinationem*, τὸ ἐργάζεσθαι [illegible]
boni ſpiritualis *perfectionem*. Utriusque autor & cauſa efficiens
ſola divina gratia eſt, Phil. 2, 13. minimè verò à propriis natu-
ralibus proficiſcitur aut dependet illud viribus. Etenim [illegible]
homo bonum merè ſpirituale non poteſt *efficere*, ſive perfectè le-
gem Dei implere, ita ne *primi quidem motus* ad bonum merè ſpiri-
tuale deſiderandū naturalibus adſcribendi viribus ſunt. [illegible]
de quod Apoſtolus hîc ſcribit, *velle quidem ſibi adeſſe*, haut quaquam
ita accipiendum, quaſi ex propriis & naturalibus viribus bonum
merè ſpirituale velit, vel velle queat, ſed loquitur de ſe renato,
adeoque quatenus novis a Sp. S. donatus viribus eſt. Conf. Rom.
10. c. 15, 14. Gal 4, 6. Quòd verò Apoſtolus hoc loco de [illegible]
velle loquatur, quod non in irregenitos, ſed ſaltem in renatos
cadit, probat B. D. Quiſtorpius in h. l. ex v. 7. 24. & 25.)*

v. 19. Οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθόν· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν,
τοῦτο πράσσω.

Non quod volo, facio, bonum. Loquitur Apoſtolus de [illegible]
tate regenerati: non renata enim nec bonum ſpirituale vult,
nec malum odit, cùm ſit prava.

v. 20. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κα-
τεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.

ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία, peccatum quod in me habitat, [illegible]
domicilium in meo corpore paravit. Ut incola jure domicilii [illegible]
itur, nec inde priùs emigrat, quàm de alio loco proviſum
ſit: ita peccatum inſidet homini, & ſuo jure fruitur, nec [illegible]

de-

[illegible] *tabernaculum* corporis deſtructum ſit. *Vid.* D. [illegible] h. l. Incola & hoſpes non eſt idem cum domo. [illegible]

[illegible] τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ [illegible]

[illegible] Vocabulo *legis*, ad præſentem de lege [illegible] & inflexo ſenſu utitur, *legem* [illegible] accipiens. Per *legem* intelligit impetum peccati, [illegible] caroe hærentis.

[illegible] *facere bonum.* Auguſt. lib. 1. contra duas Epiſt. [illegible] connectit cum *lege*, non cum verbo *facere*, [illegible] legem bonum quoddam eſſe mihi volen- [illegible] benè operari, & ſecundùm legem vivere: [illegible] *legem* invenio eſſe quoddam bonum, quoniam ma- [illegible] adjacet mihi. dum enim ab una parte ma- [illegible] ad peccatum, ab altera lex Domini bona [illegible] Eandem expoſitionem amplectitur quoq; [illegible] lib. 5. de amiſs. gratiæ & ſtatu peccati. [illegible] atque inde eludere ſatagit noſtratium argu- [illegible] evincunt, concupiſcentiam eſſe peccatum, [illegible] ſubjicitur, *malum adjacere.* Verùm 1. ſi vel ma- [illegible] expoſitio retineatur, nihil tamen exinde no- [illegible] quia manet oppoſitio inter *bonum*, & [illegible] Toletus ac Domin. à Soto in h. l. *per legem* [illegible] intelligunt *legem carnis & vim concupiſcentiæ*, *impe-* [illegible] *& in malum impellentem*, prout oſtendit B. [illegible] Cathol. art. 21, c. 5. in reſp. ad Except. Adverſ. ad arg. [illegible] modo exponit Jeſuita Tirinus comm. h. l. [illegible]

[illegible] *adjacentem ſit.* Notandum, quòd de uno & [illegible] Apoſtolus pronunciet, quòd volenti bonum face- [illegible] proinde non disjunctivè verba accipi- [illegible] intus velit, cujus contrarium foriuſecus ſta- [illegible] perpetret. Inutilis enim illa voluntas: ſed in [illegible] opere ſibi hoc evenire, ceu explicatio ſequitur.

[illegible] Si malum ſive peccatum eſt homini [illegible] [illegible] quòd non ſit ipſa hominis ſubſtantia. Contra

Flacianos, ac veteres Manichæos, de quibus Epiphanius. Conf. notata ad v. 20.)*

V. 22. Συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον.

* (*Delector lege DEI*, ergo homo renatus ſpontaneo ſpiritu DEO ſervit. Conf. Pſ. 110, 3. non enim amplius ſub lege eſt, ſed ſub gratia. add. F. C. p. 589. Neque tamen propterea [illegible] aut propter opera bona renati juſtificantur. Conf. [illegible] 20. & notas ad illum locum.)*

κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Per τὸν ἔσω ἄνθρωπον intelligi [illegible] *carni repugnantem* i. e. interiores hominis affectus & motus, quatenus ſunt per Sp. S. renovati. Legem excuſat Apoſtolus, carnem ſuam incuſat. *Homo externus* Paulo eſt homo non-renatus, conſtans corpore & animâ, non verò illius partes ſenſiciæ tam interiores, quàm exteriores, ut volunt Pontificii, nec corpus & ſenſus externi, ut quidam ex Calvinianis autumant. *Homo internus* eſt homo renatus, quatenus talis, non verò ratio hominis & voluntas, ut volunt Pontificii; nec anima & ſenſus interni, ut quidam ex Calvinianis volunt.

V. 23. Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου [illegible] τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με [illegible] τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.

* (Βλέπω i. e. *ſentio*. Notanda hîc regula, quòd in S. S. apprehenſio unius ſensûs ſæpè ponantur pro apprehenſione alterius ſenſus. Conf. 1. Cor. 1, 26. Gen. 27, 27. Exod. 20, 18. Jer. 2, 31. Apoc. 1, 12. Adde Analect. ad Matt. 14, 30. it. H. Grotium ad c. 20, 29. Joh.)*

* (ἐν τοῖς μέλεσί μου. per *membra corporis* intelligit Apoſtolus ſynecdochicè ſe totum, quà nempe *carnalis* eſt, v. 14. neque enim de corpore ſaltem, ſed de animâ potiſſimum, ut quæ *primus ſubjectum* peccati eſt, loquitur.) *

ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ, quaſi dicas, *commilitantem ac rebellantem*. Eſt metaphora, ducta à militiâ. 1. Petr. 2, 11. [illegible] Intercedit legi mentis & legi membrorum tam acris & arduus conflictus, atque in bello inter hoſtes infenſiſſimos eſſe ſolet. * (Conf. Gal. 5, 17. cap. ſeq. v. 7. Atq; hinc etiam patet, quale ſit hominis L. A. ante regeneratio-

onem

[illegible] ſpiritualibus. Si enim in Paulo renato Naturale [illegible] à lege divinæ repugnavit, quanto magis hoc fa[illegible] in irregenitis.)*

[illegible] *Lex moralis* eſt propenſio fidelis ani[illegible] ad obedientiam divinæ legis.

[illegible] Captivitas illa non ad *victoriam* pec[illegible] ſed ad *repugnantiam* inevitabilem & bellum [illegible] in carne ſemper manet. *(Licet enim pii quandoq; [illegible] & à pravis concupiſcentiæ motibus liberati vi[illegible] tamen caro inteſtinum bellum reſtaurat, adeò ut [illegible] bello ibi finem imponat, ſolidamque pacem piis [illegible] Auguſt. ſerm. 5. de verbis Apoſtoli.)*

[illegible] *quæ eſt in membris* &c. Socinus in Diſp. de h. l. [illegible] intelligit appetitum brutum, pravi rectique [illegible] aut negligentem. Per *legem mentis* ratio[illegible] carnis reſiſtentem, ac propter honeſti tur[illegible] conſenſum ſuum ſubtrahentem. Bellarminus [illegible] c. 13. Pererius Diſp. 15. in Rom. p. 448. per [illegible] inferiorem animæ partem, per *mentem* ſuperio[illegible] & voluntatem. Aſt loquitur Apoſtolus non [illegible] animæ facultatibus, ſed de duobus contrariis [illegible] exiſtentibus, adeoque per *legem membrorum* [illegible] concupiſcentiam, per *legem mentis* ſpiri[illegible] novum.

24. (Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ [illegible] θανάτου τούτου.

[illegible] In *Chriſto* redemtore noſtro ſumus [illegible] [illegible] corruptæ naturæ ſumus *miſeri*. *(In Græ[illegible] nomen [illegible], cujus emphaſin ex etymologiâ [illegible] Dn. D. Wellerus h. l. Æthiops habet verbum [illegible])*

[illegible] Exclamatio hæc non eſt deſperantis, ſed [illegible] Auguſtinus tr. 41. in Joh. *Ex parte libertas, ex parte* [illegible] *nondum plena libertas, quia nondum plena* [illegible] *ex parte infirmitatem, ex parte accepimus liber*[illegible] Optat verò Apoſtolus liberationem à corpore, non in

& ſpectato, natura enim [illegible] expetit conſervationem, ſed [illegible] nus per peccatum corruptum eſt. Patet verò hinc, quod [illegible] mo pius mortem expetere poſſit, modò deſiderium [illegible] de & ſpe profectum caritas temperet. qua de re probè [illegible] B. Par. L. de Morte §.67.)*

[illegible]. Pronomen [illegible] videtur [illegible] tiùs referendum ad [illegible], quàm ad [illegible]. Vocat autem [illegible] [illegible], quia eſt [illegible], eſt obnoxium peccato, [illegible] quæ morti attrahitur, habitant in illo peccatum & mors [illegible] damnati vermes. Eandem ſyntaxin obſervavit Syrus [illegible] pres. Mortem intelligit Apoſtolus peccatum inhabitans [illegible] *[illegible]*, quia ſc. eſt cauſa mortis, ſicut Eliſæi diſcipuli [illegible] mant *Mors in olla*. ut ſenſus ſit, quis me liberabit de [illegible] ræ corruptione, quæ mortem in me operatur. [illegible]
*(Hieronym. ad Ruffin. l. 1. c. 6. vocatur [illegible], quod [illegible] [illegible] perturbationibus [illegible] non morti ſubjacet.)**

De corpore mortis hujus, i. e. de hac morte, i. e. de [illegible] jus doloris ingentis, quam capio ex certamine Spiritus & [illegible] nis, ſicut Exod. 9, 17. orat Pharao Moſen, ut intercedat, [illegible] Deus auferat *mortem iſtam*, i. e. plagam locuſtarum. Ita Franciſc. [illegible] Ambroſius interpretatur *corpus mortis* de ipſo peccato, cujus membra enumerantur Col. 3, 5. Si de corpore mortali accipiatur, ſciendum eſt, liberationem animæ à corpore triplici nomine [illegible] peti poſſe. 1. *ſecundùm ſe & ſimpliciter*, & hoc eſt præter naturam, [illegible] non quærit ſui deſtructionem. 2. *per accidens*, reſpectu corruptionis, ubi quidem præter naturam eſt, expetere animæ & corporis in ſe conſideratæ diſſolutionem, naturale tamen eſt homini [illegible] exoptare liberationem à corpore corrupto, quod aggravat animam, Sap. 9, 14. 3. diſſolutio corporis & animæ exoptari [illegible] reſpectu melioris vitæ in altero ſeculo, ubi licet naturalis animæ à corpore diſceſſus naturæ in ſe conſideratæ ſit inimicus, [illegible] naturæ regeneratæ non eſt adverſus, quia ſcit, ad beatam [illegible] lam vitam abſque depoſitione corporis mortalis [illegible] patere. Ita Balduinus h. l. Corpore mortis intelligitur [illegible] ruptio corporis mortalis, reſpectu affectûs peccandi, vel [illegible] corpus moribundum, vel ipſa mors corporalis.

[illegible] Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ [illegible] [illegible] ἐγὼ [illegible] Θεοῦ [illegible]

[illegible]

[illegible] Deo [illegible] nomine gratias agit, tùm quòd libe-[illegible] diaboli & jugo peccati, tùm quòd certam ha-[illegible] liberationis ab omni fomite peccati in die [illegible] Quidam legunt χάρις τῷ Θεῷ, quidam εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ. [illegible] comprobandos (Dn. D. Wellerus in h. l. poſterio-[illegible] utrumq; meritò à Laur. Valla reprehendi monet, [illegible] Codd. Græcorum fidem. Addo, quòd ſit ex-[illegible] Interpp. Orientales, Syrum, Arabem & Æthiopem, [illegible] habent: *gratias ago.*)*

[illegible] Arabs habet: *gratias ago Deo Jeſu Chriſto domi-*[illegible]

[illegible] *legi DEI*, Conf. Gal. 5, 24.

[illegible] ita quoque habent Syrus & Arabs. minùs com-[illegible] ኣገለግል፡ ለሕገ፡ ኃጢአት፡ i. e. *animâ* [illegible]

CAP. IIX.

[illegible] talis eſt. Quamvis in renatis adhuc [illegible] peccatum, tamen ad damnationem illis non [illegible], quia ſunt in Chriſto. Non dicit Apo-[illegible], quòd nullum ſit peccatum in renatis, ſed quòd nulla condemnatio his, qui ſunt in Chriſto, [illegible] non ſunt damnabilia, quia reguntur ju-[illegible] fidelibus non imputantur. * (Quia tamen pii [illegible] calamitatibus in hoc mundo ſubjiciuntur, [illegible] eos Apoſtolus adverſ. eas multis conſolatio-[illegible] 1. à noſtrarum afflictionum cum fu-[illegible] v. 18. 2. ab ipſarum irrat. creatura-[illegible] liberationis expectatione, v. 19. ſeqq. 3. à [illegible], omnisque confuſionis remotione, v. 24. 25. [illegible] Sancti gratioſâ inhabitatione & corroboratione, [illegible] 5. à [illegible] ſanctificatione. operantur mortifi-[illegible], fervorem orationis &c. v. 28. 6. à pulcerri-

mâ

mâ cum Chriſto conformatione, v. 29. 7. ab æternâ DEI prædeſtinatione, v. 30. 8. à DEI clementiſſima promiſſione, v. 31. 32. 9. à conſtanti ejusd. in Chriſto fundatâ dilectione, à qua nihil nos poteſt ſeparare, v. 35. ſeqq.) *

v. 1. Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ Πνεῦμα.

Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα. Non negatur ἁμαρτία, ſed κατάκριμα [illegible] reſpectu eorum, qui per fidem ſunt in Chriſto. * (Apoſtolus non agit de *damnabilitate* ſive de *potentia* ad damnationem, ſed de *actu* ſive *ipſa damnatione*, nec negat, in iis, qui Chriſto inſiti ſunt, aliquid damnabile eſſe, ſed hoc ſaltem indicat, nihil [illegible] illis eſſe, quod actu damnationem inducat. Licet enim [illegible] natis ſit prava concupiſcentia, quæ utique tanquam peccatum, in ſe ſive in rigoroſo DEI judicio ſpectata damnabilis eſt, Deut. 27, 26. DEUS tamen illis, quippe Chriſto inſertis, nec [illegible] lege ampliùs, ſed ſub gratiâ, Rom. 6, 14. exiſtentibus, [illegible] cum hoc non vult imputare ad damnationem, modò illi [illegible] tes ſuas agnoſcant, deprecentur, reſiſtant &c. Atque [illegible] Apoſtoli mentem eſſe, ipſi Pontificii nonnulli concedunt. [illegible] ſuita Benedictus Juſtinianus Comm. in h. l. ita verba Apoſt. [illegible]: *Nullâ ratione metus illis impendet, qui à naturâ [illegible] habent, [illegible] vertuntur, nullaq; propterea [illegible]*. Qui ipſe tamen ibidem præter rationem reprehendit orthodoxam noſtratium expoſitionem, *quòd damnatio excludatur, non peccatum: ſiquidem licet injuſtis multa ſint peccata, Chriſti tamen [illegible] eis tegantur & quaſi velentur, ne damnationis ſententiam ſubeant.* Aliud enim eſt *non ineſſe*, aliud *non imputari*. vid. B. D. Huls. in P. C. [illegible]. Hanc, inquam, interpretationem præter rationem Jeſuita rejicit, nec valet contra inſtantia, quam jampridem [illegible] Pontificii, Tapperus, Roff. alii, Soto, Bellarminus, [illegible] *rum, quod [illegible] inſeparabilis ſit ab eo, quod ſua naturâ [illegible] [illegible] damnationi. Quod ſi igitur nulla damnatio in renatis [illegible] [illegible] in illis eſſe.* [illegible] rectè monet B. Pat. Conneſi. Cath. art. 22. c. 3. § 1. reſp. ad arg. 3. reatum non ſolum à concupiſcentiâ, ut ſit ipſa grata DEI filia, ſed ab homine [illegible] nato, qui per fidem eſt in Chriſto, adeoque ex Deo natum, [illegible]

1.13 Renati verò ſunt dilecti Dei filii, non propterea, quaſi concupiſcentia illis inhærens non ampliùs ſit peccatum, ſed quia Chriſtū, qui legis impletio eſt, verâ fide ſibi applicant. Unde ſunt in gratia apud Deum, & peccata eorum teguntur, iis condonantur &c. Conf. plura in hanc rem apud eundem d.l.it. apud B. D. König C. Catechet. pag. 89. B. D. Hûlſem. in AntiHag. p.51.52. ubi ex Auguſtino l.6. contra Julian. cap.6. præſens negotium hôc ſimili declarat. Cùm homicidium alicui condonatur, is quidem reatu abſolvitur: ſed tamen ipſum homicidium in ſe ſpectatum, eſt & manet ubicunque reum. Alius igitur concupiſcentiæ reatus eſt, quo concupiſcens reus fit; alius, quo ipſa rea eſt iræ & damnationis divinæ. Sed objiciat quis: *ſi per Baptiſmum & fidem in Chriſtum reatus peccati tollitur, ſequitur, quòd multò magis id, quod pro peccati reliquiis habetur, nempe concupiſcentia, tollatur.* Ratio conſeq. eſt, *quia reatus eſt proprium inſeparabile peccati.* Reſp. repetendo, quòd non reatus à concupiſcentia tollatur, ſed ab homine renato. Cur verò Deus permittat, ut prava concupiſcentia in renatis remaneat, illius cauſam exponit S. Bernhardus, qui ſerm. de Cœnâ Domini: *Licet*, ſcribit, *damnationem abſtulerit Chriſtus, tamen ad humiliandos nos peccatum adhuc patitur in nobis, & graviter nos affligere, ut ſentiamus, quid gratia nobis præſtet, & ſemper ad illius gratiæ auxilium recurramus.* Patet verò hinc etiam, quòd inepte ex h. l. Becanus in Manuali Controv. l. 1. cap. 18. qv. 1. §. 3. probare conetur, *juſtos benè & laudabiliter operari*, ſive, quod in quæſtione eſt, *perfectè legem Dei implere poſſe*, eò, *quòd non adſit impedimentum aliquod internum, quod impedire eos queat, ſiquidem nihil eis ſit damnationis.* Etenim aliud eſt, tolli à renatis peccati reatum, ſive cōdonari illis propter Chriſtum, cui firmâ adhærent fide, peccatum; aliud ita tolli impedimentum, ut perfectè operari, & legem Dei implere posſint. Prius concedimus, idque ex h. l. probari poteſt; poſterius negamus, quia licet Chriſtus reatū abſtulerit à renatis ſive fidelibus, tamen patitur in illis adhuc ſupereſſe peccatū ad eos humiliandos, h. e. ne in propriorum bonorum operum merito glorientur, ſed unicè ad Chriſtum, ſive ad gratiam Dei, in Chriſto promiſſam, recurrant. Remittitur vero fidelibus propter Chriſtum verâ fide apprehenſum, non

ſolùm pœna æterna, verùm etiã temporalis. Ut adeò ineptè idem memoratus Becanus in Man. Controv. l. 1. cap. 8. §. 40. præſens dictum ad æternæ ſolùm damnationis pœnam, ſive unam ſaltem condemnationis ſpeciem reſtringat, cùm Apoſtolus generatim loquatur. Porrò de fructu juſtificationis, de quo hîc agitur, conferri quoque ſeqq. dicta poſſunt, ſuprà cap. 5, 1.2. 1.Cor. 1, 30. Cœterùm licet expreſsè Apoſtolus h.l. pios in Chriſtũ credentes ab omni damnatione abſolvat; quippe cùm Chriſtus illis factus fuerit juſtitia &c. 1. Cor. 1, 30. ipſi ſint dealbati ſuper nivem, Pſal. 51, 9. Eſ. 1, 2. his tamen non obſtantibus horrendis Purgatorii cruciatibus eos, qui verâ in Chriſtum fide hinc diſcedunt, Pontificii mancipant, quo de errore pluribus conſuli poſſunt B. D. Chemnitius part. 3. Exam. Concil. Trid. B.D. Gerlach. t. 2. dispp. Theol. Disput. 28. B. D. Meiſn. in opuſc. Theol. pec. de purgatorio, B. P. L. de Morte, itemque in Confeſſ. Cathol. Adi quoque, ſi placet, Anal. ad Matth. pag. 293. 299 ſeqq. it. p. 294. 301. 307.) *

Τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Pii dicuntur eſſe in Chriſto, quia per fidem illi ſunt inſiti atque implantati: *qui non juxta carnem verſantur.* Syrus vertit h. m. *Non eſt condemnatio iis, qui non ambulant juxta carnem in Chriſto Jeſu*: Conjunxit enim articulum *τοῖς* cum participio *πνευματικῶν*. Non eſt verò hæc reſtrictio eorum, quibus, cùm ſint in Chriſto, nulla condemnatio, ſed eſt explicatio eorum, qui ſunt in Chriſto. Ut nihil condemnationis in Chriſto, ita extra Chriſtum vera eſt condemnatio. Deſcribitur à Paulo & juſtificationis cauſa, & juſtificatorum nota. Quod notandum contra Pontificios, negatam condemnationem regenerationi & bonis operibus tribuentes.

V. 2. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.

Nam lex Spiritus vitæ in Chriſto liberavit me à lege peccati & mortis, i. e. Spiritus ſanctus per corda credentium vivificat, quicquid in Chriſto tanquam capite reſidens, atque inde in nos tanquam membra influens, inſtar legis eſt, dictantis, quid agere vel omittere debeamus. Ille liberavit me à peccato inhabitante &

occi-

occidente, quod inſtar legis dictabat malas actiones, cujus impetus ad pravas actiones me impellebat. Poteſt etiam illud ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, referri ad verbum ἠλευθέρωσε, ut ſignificetur, Spiritum ſanctum per Chriſtum nobis impetratum eſſe. Per *legem Spiritûs* Chryſoſtomus intelligit *Spiritum ſanctum* : rectiùs Ambroſius de *lege fidei* ſeu *doctrina Evangelii* interpretatur; *legem peccati & mortis* de *lege Moſis*. * (Accipitur igitur priori loco vocabulum *legis* γενικῶς pro *doctrinâ divinitus revelatâ*, non εἰδικῶς pro *lege*. Eodemq; modo, nempe generaliter, ita ut etiam pro doctrinâ Evangelicâ, quæ tamen legi ſtrictè ac propriè ſic dictæ διηγημένως oppoſita eſt, alibi quoque accipitur, uti Pſal. 19,8. Eſ. 2, 3. Mich. 4, 2.) *

Liberavit me. Liberatio illa accipienda eſt modo eo, non quòd peccatum non amplius ſit in carne, ſed quod non dominetur.

A lege peccati. Lex ſpiritûs vitæ liberavit nos non à peccato, ſed à lege peccati. *Peccatum* enim eſt vitium in natura habitans. *Lex peccati & mortis* eſt dominium. Lex peccati & mortis eſt impetus corruptæ naturæ ad peccandum, cui qui obtemperat, is morti obnoxius redditur.

V. 3. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί:

Τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου. *Impoſſibile legis*, i. e. quod legi erat impoſſibile, ſubintellige, *præſtitit Deus*. * (Plura hujusmodi ellipſeos exempla exhibet B.D. Glasſius Gr. S. p. 402.) * Oſtendit Apoſtolus, quâ ratione Spiritus nos in Chriſto vivificet, videlicet, quia Chriſtus non ſolùm pro peccatis noſtris ſatisfecit, ſed etiam Spiritum ſanctum nobis promeruit, qui peccatum in nobis mortificat.

Imbecillis erat per carnem. Lex *infirmari* dicitur *per carnem* i. e. invalida & inefficax reddi, ſc. ad juſtificationē & vitam, non quidem in ſe, ſed reſpectu noſtri, quia non præſtamus illi perfectam obedientiam.

*(ὁ θεὸς τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ πέμψας. Ineptè hinc Photiani divinam Filii Dei naturam impugnant, *eò quòd Dei ſupremi non ſit mitti, ſed mittere.* Etenim 1. diſting. inter *miſſionem ſecundùm conſilium, ſecundùm imperium*, & *ſecundùm originem*; it. inter *miſſionem æquiparantiæ* & *diſquiparantiæ*. 2. Sciendum, quòd etiam æqualis æqualem mittat. Photin. ſtatuunt, Spiritum ſactum eſſe eſſentialem Dei virtutem, nec à Deo eſſe eſſentialiter diverſam, & tamen Scriptura Sacra paſſim teſtatur, quòd Spir. S. mittatur. Confer. plura huc facientia apud Dn. D. Calov. in Exam. libb. Crellii de Uno Deo Patre ſ.194 B. Par. Diſpp. Iſag. p. 342)*

ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας. *In forma ſimili carni, peccato obnoxiæ*, i.e. indutum carne, quæ ſimilis quidem peccatrici carni, non tamen peccatum erat. Vox *ſimilitudinis* pertinet non ad *carnem*, ſed ad *peccatum*; nec excludit humanæ naturæ *veritatem*, ſed peccati *fœditatem*. Tertullianus lib. de carne Chriſti: *Non quòd ſimilitudinem carnis acceperit, quaſi imaginem corporis, & non veritatis; ſed ſimilitudinem peccatricis carnis vult intelligi, quòd ipſa non peccatrix caro vera Chriſti ejus fuit par, cujus erat peccatum.* *(Idem l. 5. cont. Marcion. *Similitudo ad peccati titulum pertinet, non ad ſubſtantiæ mendacium.* Chryſoſtomus ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἁμαρτίας, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὁμοίωμα τέθηκεν, οὐδὲ γὰρ ἁμαρτωλὸν σάρκα εἶχεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὁμοίαν μὲν τῇ ἡμετέρᾳ τῇ ἁμαρτωλῇ, ἀναμάρτητον δέ. id eſt, *Quoniam dixit peccati, ideò & ſimilitudinem poſuit. Neque enim peccatricem carnem habuit Chriſtus: ſed ſimilem noſtræ peccatrici, absque peccato tamen.* Sedulius: *Nam naturam quidem corporis noſtri habuit: pollutionem peccati, quæ ex concupiſcentiæ motu conceptis traditur, omninò non habuit.* Primaſius: *Non caro peccati erat, quæ non carnali delectatione nata erat: tamen inerat ſimilitudo carnis peccati, quia mortalis caro erat.* Gemella habent Theodoretus, Thomas, Dominicus à Soto in h. l. Autor Dictorum & Interpret. Parabolarum Evangel. apud Athanaſium qvæſt. 95) * Ambroſius lib. 1. de pœnit. cap. 3. §. 1. pag. 153. *Non ſimilitudinem carnis ait, quia Chriſtus Veritatem ſuſcepit carnis humanæ. Non ſimilitudinem, neque in ſimilitudine peccati ait, quia peccatum non fecit, ſed peccatum pro nobis factus, ſed venit in ſimilitudinem carnis pecca-*

peccati, i. e. ſuſcepit ſimilitudinem carnis peccatricis. In infirmitatibus, * (vid. de Infirmitatibus à Chriſto ſuſceptis B. D. Feurb. t. 8. diſpp. Gieſſ. pag. 856. ad illas etiam reſpectus habetur, quando *ſervi formam adſumſiſſe* dicitur Phil. 2, 7.)* quibus humana natura obnoxia eſt propter peccatum, Chriſtus nobis fuit ὅμοιος, ſed in ipſa natura humana & ſecundùm eam eſt nobis ὁμοιούσιος. τὸ ὅμοιος enim qualitatum duntaxat congruentiam, ὁμοούσιος verò eſſentiæ identitatem notat. Vox ὁμοιώματος non ad carnem ſimpliciter, ſed ad determinationem ab Apoſtolo adjectam (*peccato obnoxiæ*) pertinet: unde in fine verſus pro ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ponitur ἐν τῇ σαρκί. *(Quòd verò Chriſtus in carne nobis fuerit ſimilis, peccato ſed disſimilis, illius cauſa à Primaſio non ineptè redditur hæc, *quia nec de concupiſcentia, nec de coitu, ſed de Virgine natus eſt.* addo, quòd Spir. S. venenum peccati ex guttulis illis ſanguinis, ex quibus corpus Chriſti formandum erat, exterſerit; & maſſam illam ſanctificarit; id quod innuitur Luc. 1, 36. Cùm igitur Chriſtus ſolus ſit ita conceptus ac natus, adeoque ſolus abſque peccato, vid. Dan. 9, 24. Luc. 1, 39. 2. Corinth. 5, 21. Ebr. 4, 15 cap. 7, 26. 1. Petr. 2, 22. 1. Joh, 3, 5. patet, quòd ineptè Pontificii, cumprimis Jeſuitæ ac Franciſcani, in illud ſanctitatis faſtigium Mariam, matrem Domini ἀειπάρθενον evehant. De quo illorum errore vid. Dnn. Theol. Saxon. in Fund. Papill. Defenſ. p. 20. 121. 385. B. D. Chemn. p. t. 1. Exam. Conc. Trident. p. 190. ſeqq. B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 21. cap. 4. item Dispp. Iſag. XV. cap. 5. §. 3. ſeq. Quibus add. è Calvinianis Dan. Chamierus t. 3. Panſtr. integro libro quinto. J. H. Hottingerus Part. 5. Eccl. Hiſtor. p. 1 82. 326. 355. 424.

περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. Quidam ſtatuunt, ἁμαρτίαν in membro priore poſitam pro *ſacrificio peccati expiatorio.* * (per eandem ſcil. metonymiam, per quam apud Ebr. dictio אשם quandoque pro *ſacrificio, quo peccatum expiatur*, adhibetur. Vid. 1. Sam. 6, 3. Exod. 29, 14. Lev. 4, 29.) * 2. Corinth. 5. v. ult. *eum, qui non novit peccatum, pro nobis fecit peccatum.* In Levitico uſitatum eſt, ἁμαρτίαν uſurpari pro θυσία. vid. Exod. 29, 14. cap. 30, 10. Pſal. 40, 7. Eſ. 53, 10. unde ſub περὶ ἁμαρτίας ſubintellectum volunt θυσία. ut ſit ſenſus,

hoſtia pro peccato damnavit peccatum, vel, per hoſtiam piacularem pro peccato oblatam damnavit peccatum in carne, i.e. non in pecudum, ſed ſui ipſius carne, ut ſit ſenſus, Filius Dei peccatum damnavit in propria ſuâ carne, quatenus eam pro peccato obtulit. Conf. not. ad c. 4, 25. Quidam ſic exponunt, *Deus condemnavit peccatum de peccato*, i.e. peccatū illud condemnavit propterea, quòd in Chriſtum peccavit, afferens illi mortem, cùm tamen eſſet innocens, ac proinde Deus adimit peccato jus ſuum adverſus credentes, ut non poſſit eos impoſterum damnare. Joh. 16, 9. *Spiritus ſanctus arguet mundum de peccato*, i. e. peccati. * (priorem explicationem amplectitur B. D. Glaſſ. Gr. S p. 581. ac pro eadem adducit quoque B. Lutherum t. 4. Lat. fol. 54. B. Par. Comm. in pr. epiſt. Petri p. 51. commodiſſimum loci hujus ſenſum profert, hunc ſcil. *Deus Pater Chriſtum in mortem tradendo punivit peccata noſtra in Chriſto, quæ ipſi ut ſponſori erant impoſita & imputata.* Eodem modo exponit quoq; D. Andr. Rivetus in expl. c. 53. Eſ. v. 10. nempe ut ſenſus ſit h. l. de peccato ſive per peccatum, i. e. per hoſtiam ſive victimam pro peccato, Chriſtum, damnavit i. e. abolevit, ſuſtulit, extinxit peccatum. Atque huc cumprimis faciunt dicta Lev. 16, 21. Johan. 1. v. 29. 2. Cor. 5, ult. 1. Petr. 2, 24.) *

Condemnavit peccatum. Nonnulli ſic exponunt: *abolevit* illud, quia judicis condemnatio facit, ut reus è medio tollatur. Abſtulit peccato dominium, quod in nos habebat: qui enim damnatur, unà cum vita amittit omnem poteſtatem & dominium.

In carne, i.e. in corrupta noſtra natura. Stapletonus in Antidot. p. 441. *damnavit peccatum in carne, i. e. dominio ſuo mulctavit, ne regnaret in carne.* At quamvis hoc fecerit Deus, tamen Apoſtolus non de mortificatione in nobis, ſed de condemnatione peccati in Chriſto factâ, loquitur. * (B. D. Meiſnerus Comm. in Hoſeæ cap. 6. part. 1. Qv. 1. p. 608. confirmat ex hoc loco regulam illam Theologorum, *quod Deus agat per media contraria.* Quemadmodum per mortem abolevit ac ſuperavit mortem, per ſtultitiam prædicationis Evangelicæ confudit ſapientes hujus mundi, eorundemque ſtultitiam, &c.)*

v. 4. Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

Ut juſtificatio legis in nobis impleatur. Q. *Quomodo δικαίωμα legis in nobis impleatur?* Reſp. dupliciter illud fit: primò *imputativè*, quando juſtificamur imputatâ nobis per fidem Chriſti juſtitia: ea enim eſt perfecta juſtitia, qualem lex requirit. Juſtificatio legis eſt perfecta legis impletio, ea verò hominibus, quorum natura peccato corrupta eſt, contingere non poteſt, niſi ex perfectisſima Chriſti ſatisfactione. Propriè igitur verba ita reddenda: *ut jus legis in nobis impleretur.* Secundò *inchoativè,* quando donati Spiritu ſancto incipimus legi divinæ obœdire. *Fidei eſſentia* eſt, quando legis juſtificatio impletur in nobis per fidem; *exiſtentia*, quondo fideles juſtificati ambulant in bonis operibus, non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum. * (quòd verò imputativè legis juſtificatio in nobis impleatur, pridem docuit Ambroſius, vel quicunque illorum Comm. autor, qui Ambroſii nomine gaudent, quando ita ſcribit: *Quomodo impletur in nobis juſtificatio, niſi cùm datur remisſio omniū peccatorum, ut ſublatis peccatis juſtificatus appareat, mente ſerviens legi Dei &c.* Conf. omninò & Oecum. in h. l.) *

Δικαίωμα τοῦ νόμου. Intelligitur jus legis, duobus comprehenſum capitibus, uno pœnas decernente adverſùs peccatores, altero etiā ſic plenam obœdientiam exigente, nec aliter quemquam abſolvente, quorum neutrum nos in hac carne peccati poteramus præſtare, ſed à Chriſto Mediatore utrumque impletum. Vid. Ambroſ. in h. l.

(Μὴ κατὰ σάρκα &c. *Caro* h. l. ſicuti & ſeqq. verſ. notat adhærentem carnis ſive hominis per peccatum corruptionem, quomodo etiam accipitur Gal. 5,17. De variâ carnis acceptione actum in Analect. ad cap. præced. add. Annot. ad c. 4, 1.)*

v. 5. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν· οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα, τὰ τοῦ πνεύματος.

Τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσι. Carnaliter affecti ſunt, i. e. carnalia ſapiunt, carnalia deſiderant, carnalibus unicè delectantur. Nondum

dum renati per Spir. Sanctum delectantur peccatis, neque aliud quicquam ſapiunt & cogitant.

At ſpirituales, i. e. renati per Spiritum S. ſpiritualia ſapiunt, delectantur ſanctis operibus.

V. 6. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος: τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη.

Φρόνημα τῆς σαρκὸς. Locus parall. eſt 1. Corinth. 2, 14. Quidam per φρόνημα τῆς σαρκὸς intelligunt tantùm *delectationẽ ac ſtudium peccandi*. Oecumenius: καλεῖ φρόνημα σαρκὸς τὴν γεώδη τῆς διανοίας ὁρμὴν καὶ τὴν εἰς αὐτὸ πρὸς πρᾶξεις ῥοπήν. Theophylactus: *affectum carnis pinguiorem cogitationem nominat, à pejori nomen ei indens, non enim ipſa per ſeipſam caro proprium affectum habet, ſed pinguis & craſſa cogitatio ſententiave eſt affectus carnis.* Calvinus: *Vox* φρόνημα *totam rationem comprehendit, ab intellectu ad voluntatem.* Beza: *Videtur Apoſtolus hoc verbum uſurpaſſe, quod de excellentiſſima animi parte propriè dicitur, ut hærere hoc peccatum in ipſo ἡγεμονικῷ intelligamus.* Sanè phraſi hâc notantur non ſolùm appetitûs ſenſitivi motus, * (id quod Bellarminus vult, meritò rejectus à B. D. Walthero in Quadr. Miſcell. Theol. cap. 7. §. 43. confer. idem d. l. p. 560.)* ſed omnes omninò *carnis* i. e. hominis nondum renati actiones. Intra v. 26. *(neque ſolùm illæ actiones, quæ cum delectatione cõjunctæ ſunt, ſeu *nimia illa cura providendi, quæ carni ſunt commoda, ſuavia & utilia*, ceu Bellarminus vult, verùm etiam prava concupiſcentia originalis, quæ à primâ infantiâ ineſt, Geneſ. 6, 8. adeoque illa quoque, ad quam non accedit conſenſus ſeu rationis approbatio, uti Pontificii quidem volunt. Siquidem peccatum à Johanne 1. epiſt. cap. 3, 4. definitur, quòd ſit. ἀνομία, nullá conſenſus mentione facta, quemadmodum nec hîc approbationis mentio ab Apoſtolo fit. Facit quoq; huc, quòd alibi quoque, uti ſuprà cap. 6, 2. 6. 7. 11. 12. 13. 14. 16. ſeqq. c. 6, 7. 8. 9. 11. 12. &c. concupiſcentia, intellige eam, quæ legi divinæ adverſatur, peccatum vocatur: Conf. not. ad c. præced. v. 7.)*

Τῆς σαρκὸς, non damnatur φρόνημα, quod eſt ex naturalibus & moralibus bonis, ſed φρόνημα τῆς σαρκὸς, quatenus à carnis pravitate fluit, & prava tantùm ſectatur. *Sapere carnis* notat affectum, amo-

amorem & ſtudium carnis ſeu rerum carnalium; *ſapere verò Spiritûs*, notat affectum, amorem & ſtudium Spiritûs ſeu rerum ſpiritualium. Corn. â Lapide: *Sapere, ſentire, prudentia, ſapientia carnis idem ſunt, & ſignificant amorem, ſtudium, affectum, curam carnis & rerum carnalium.* Bellarminus lib. 5. de amiſſ. grat. cap. 10. *Videtur vocabulum φρονεῖν apud Apoſtolum magis ad affectum, quàm ad cognitionem pertinere.* * (Verùm hautquaquam exiſtimandum eſt, ac ſi hominis nondum renati cogitationes non ſint Deo adverſæ. Conf. omninò Matth. 11, 25. 1. Corinth. 3, 18. 19. cap. -, 14. Unde etiam facilè apparet, quid tribuendum judicio rationis ſit in fidei myſteriis. Vid. quæ de uſu & abuſu Philoſophiæ notata in Anal. ad Coloſſ. 2, 8.) * *Caro* non ſubſtantiam hominis carneam, ſed pravitatem naturæ, ex peccato nobis adhærentem ſignificat.

θάνατος, i. e. mortem affert, ſive mortis cauſa eſt.

φρόνημα τοῦ πνεύματος dicitur id, quod vult ſpiritus.

V. 7. Διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν; τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται: οὐδὲ γὰρ δύναται.

Ἔχθρα εἰς Θεόν. Præclariſſimæ cogitationes & affectus in non renatis non ſolùm non ſunt laudabiles, ſed etiam ipſa inimicitia adverſus Deum. ἔμφασις eſt in ſubſtantivo ἔχθρα, quod ponitur pro adjectivo ἐχθρόν. Syrus vertit: *Dominus inimicitia eſt*, i. e. inimicitia eſt. * (Vulgatus reddit *inimica*, quod non ſatis textui Græco reſpondere, ipſe Jeſuita Salmero agnoſcit; rectius ſanè, quàm Soto, qui Græcos Codd. è corrupta. verſ. Vulg. emendandos hîc ſtatuit. Æthiops habet ፡ፀሮ፡ quod eſt à rad. አፀረረ፡ *bellum alicui intulit, bello aggreſſus eſt,* Arabs: عداوة الله *inimicitia Dei.*) * Deus eſt fons vitæ, qui ergo per peccatum à Deo ſeſe avertunt, ac faciunt id, quod Deo adverſum, in mortem incidunt. Caro eſt inimicitia adverſus Deum, quia voluntati ac mandatis Dei reſiſtit, agit id, quod Deus prohibuit. Non enim eſt inimica Deo ratione *eſſentiæ*, ſed circumſtantiæ innatæ ſeu *malitiæ*.

* (Patet ex h. l. quòd homo ex ſe & ſuâ natura non ſolùm nullas habeat vires naturales, ſalutariter ſeſe ad Deum convertendi, ſed inſtar trunci ſit, imò deterior trunco, quippe cùm truncus

Deo non repugnet, homo verò irregenitus voluntati divinæ adverſetur, utpote cùm etiam præclarisſimæ ejus cogitationes inimicitia ſint adversùs Deum. Conf. Rom.1,21. Joh.1, 18. 1. Corinth.1,21. 22.23. cap.2, 14. cap.3, 18. 2.Cor.3, 5. cap.10,4, 5. Coloſſ.2,8. Contra Synergiſtas, quos contra prolixiùs disputantem vide B. D. Hutter. in Expl. F. C. p. 125. ſeqq. add. B. D. Schlüſſelburg lib. 5. Catal. Hæret. B. Par. Diſpp. Iſag. Disp. 27. cap. 2.) *

v. 8. Οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.

Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Irenæus lib. 5. cap. 12. pag. 328. *Non ſubſtantiam carnis rejicit, ſed infuſionem ſpiritûs attrahit,* (neceſſariam ſtatuit.) * (Quandoquidem omnes homines naturâ in carne ſunt ac ſecundùm carnem ambulant, Eph. 2, 2.3. cap. 4, 17. & verò qui in carne ſunt, Deo placere nequeunt, rectè hinc concluditur, quòd nulla detur inclinatio naturalis ad bonum ſpirituale, adeoque nulla poſt lapſum adſit naturalis libertas ad bonum ſpirituale.) *

*(Cùm igitur *in carne eſſe* hoc loco idem notet, ac *pravis carnis concupiſcentiis dominium permittere, easque opere externo implere,* ceu videre eſt ex verſ. 4. 5. 9. 13. Gal. 5, 16. patet, erraſſe *primò* Origenem, qui ex h. l. evincere ſategit, corpora noſtra reſuſcitata non habitura eſſe partes organicas. *Secundò* Pontificem Rom. Siricium, qui hinc probare ſategit, in actu matrimonii eſſe turpitudinem & imundiciem, propter quam Sacerdotes à Conjugio meritò ſint arcendi, ceu patet ex ejus epiſt. ad Himerium Taraconenſem. Quam ipſam etiam ſententiam Bellarm. defendere ſatagit lib. de Matrim. cap. 5. nempe non malè de Conjugatis dici: *Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Verùm ſententia hæc directè adverſatur illi pronunciato Apoſtolico Ebr. 13, 4. ceu pluribus ibi oſtenditur, eſtque turpis loci hujus perverſio. Confer. in hanc rem, quæ habet B. Par. Confeſſ. Cathol. artic. 19. in Recenſ. Opin. err. n. 2. Æthiops τὸ, *qui in carne ſunt,* non ineptè vertit: ኵሎሙ፡ እለ፡ ገዐዘ፡ ነፋሥቶሙ፡ ይገብ፡ *i.e.* ceu Interp. Lat. in Bibl. Lond. vertit: *omnes, qui genio corporũ ſuorũ indulgent.*) *

V. 9. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί, ἀλλ᾽ ἐν πνεύματι, εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.

Vos non eſtis in carne. Irenæus lib.5. cap.11. pag.225. *Hoc non ſecundùm jacturam carnis, ſed ſecundùm communicationem Spiritûs fit: non enim erant ſine carne, quibus ſcribebat, ſed aſſumſerant Spiritum Dei.* Idem d.l. latè exponit, qui ſint *carnales*, qui *ſpirituales.* Idem l.c. cap. 12. *Non converſationem, quæ eſt in carne, repellens ab eis, etenim ipſe cùm eſſet in carne, ſcribebat eis, ſed concupiſcentias abſcindens carnis, eas, quæ mortificant hominem.* Conf. not. ad cap. 4, 1.

Εἴπερ. Chryſoſtomus monet, particulam εἴπερ non eſſe *dubitantis*, ſed *affirmantis*, ut εἴπερ ſit ἐπειδήπερ.

Spiritus Dei οἰκεῖ *in vobis.* id eſt, Spir. S. habet ſuum domicilium & templum in vobis. * (Conf. 1.Corinth.3,17. 2.Cor.6, 16. 2.Tim.1,14. Eph.3, Jac.4,5. Alludit verbo οἰκεῖν ad verbum שכן *habitare*, unde eſt nomen שכינה, quo Rabbini *gratioſam Dei præſentiam* indicare ſolent, notante Buxtorff. in Lex. Rabb. Talm. p. 2394. qui ipſe etiam pag. ſeq. ex Rabb. obſervat, quòd juxta veteres Judæorum Magiſtros Deus ſecundùm gratioſam ſuam præſentiam non habitet in hominibus triſtibus. Id quod deſumtum videtur ex Pſal. 51,14. Rabbini verò reſpici eò putant Geneſ.45, 27.)*

Quod ſi quis Spiritum Chriſti non habet, non eſt ejus. quia Spir. Sanctus eſt vinculum, per quod credentes Chriſto capiti uniuntur. * (Dicitur verò Spir. Sanctus *Spiritus Chriſti* tum *ratione æternæ* ab eo *proceſſionis*, tum ratione *temporalis* ſive in tempore factæ *miſſionis.* Conf. Galat.4,6. Phil.1, 19. Johan.15, 26. cap. 16, 15. cap.20, 22, contra Græcos, æt. Spir. S. à Filio proceſſionem negantes. Vid. plura in Anal. ad Phil. 1,19.) *

V. 10. Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι᾽ ἁμαρτίαν. τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην.

Si Chriſtus in vobis eſt (per Spiritum ſuum, neque enim Chriſtus in nobis eſt modo eſſentiali, nec quadam μετουσίᾳ ſub-

 ſtan-

ſtantiæ noſtræ in ſubſtantiam corporis Chriſti, * (vid. B. Par. Dispp. Acad. pag.940.) * ſed partim ſpiritualiter, *(ita ut illi nô cordis tantùm habitu,ſed & vitæ inſtituto ſimus σύμμορφοι,infrà v. 29. Porrò de inhabitatione Chriſti in fidelibus conſuli posſunt B. D. König in Caſibus Catech. pag. 1334. 1342. 1393 1719. 1720. Thom. Gatakerus Anglus in Cinno c.9. 105. ſeqq.) * partim ſacramentaliter) corpus (id eſt, corrupta natura) eſt mortuum (ineptum ad omne bonum) propter peccatum (cui dedita eſt) ſed Spiritus (i. e. animus hominis, quatenus eſt regeneratus) eſt vita. (oſtendit ſe vivum & efficacem per opera juſtitiæ, quæ Spir. S. efficit.)

Corpus. Quidam* (uti Toſſanus)* *corpus* expônunt Metaphoricè de parte non regenerata: ſed præſtat propriè exponere de *corpore mortali* propriè ſic dicto. *(quemadmodum etiam ſequens membrum de reſurrectione non ſpirituali, ſed corporali accipiendum. *Unde* mininè ex h. l. probari poteſt, *juſtificationē noſtri conſiſtere in juſtitiâ inhærente*, ceu Pontificii volunt. quos contra, quantum ad hunc locum, conſuli poteſt B.Par.Conſ. Cath.art.23.c.4. reſp. ad arg. 5.)*Auguſtinus lib. 13. de C. D. cap. 23. *Corpus mortuum dicit Apoſtolus, quia moriendi neceſſitate conſtrictum.* * (Hoc verò non *propter naturam*, vel ex *naturæ neceſſitate*, ſed *propter peccatum*, in carne adhuc hærens. Conf. Rom. 5,12. 1.Cor. 15,21. Photius: *Mors eſt merces, quàm nobis per peccatum noſtrum inobœdiâ noſtrâ comparavimus.* Idem atteſtatur S. Auguſt. l. 1. de Peccat. merit. cap.4. ſcribens: *Corpus mortuum eſt, non propter fragilitatem terrenam, quia de terra pulvere factum eſt, ſed propter peccatum.* Quod enim pars imaginis divinæ, quâ primus homo exornatus à Deo fuit, fuerit immortalitas, prolixè probat Dn. D. Calovius in Socin. proflig. ſect. 4. art. 1. Controv. 3. it. B. Par. Dispp. Iſagog. XXII. cap. IX. §. 5. & quidem tum claris Scipt. S. dictis, videl. Sapient. 2, 23. tum rationum momentis, deſumtis 1. ex imaginis divinæ conditione, Geneſ. 1, 27. 2. ex cauſarum remotione. 3. ex propoſita primo homini mortis comminatione, Geneſ. 2, 17. 4. ex mortis originaria introductione, Sapient. 2, 24. Rom. 5, 12. cap. 6, 23. Patet igitur, quòd graviter

ter errarint veteres Pelagiani, de quibus S. Auguſt. epiſt. 106. & lib. de hæreſ. cap. 88. teſtatur, quòd docuerint, hominem moriturum fuiſſe, lege ſcil. & conditione naturæ, etiamſi non peccaſſet. Aſt quod eſt pœna ἁμαρτίας, non eſt conditio φύσεως. A Pelagianis proximè recedunt Sociniani; Ipſe Fauſtus Socinus de ſtatu primi hominis cap. 9. pag. 265. *Quis negare poteſt, in homine propter materiam, ex quâ conflatus eſt & elementorum in ipſo miſturam, & locum, in quo degit, cauſas, quæ neceſſariò efficiunt, ut naturaliter posſit aut debeat mori, verè ineſſe.* (Similia habet idem in lib. quòd Evang. &c. p. 55. item Catech. Racov. pag. 21. Smalc. contra Frantz. p. 397. Oſtodor. in Inſtit. Germ. cap. 33. Aſt ratiunculam illam, ſicuti & cœteras argutias Photinianorum ſolidè diſcusſit B. D. Nic. Hunnius in Exam. Error. Photin. quos illi de ſtatu hominis &c. hactenus prodiderunt. Add. B. D. Meiſner. in Conſid. Theol. Photin. Interea facilè largimur, imò ipſi urgemus, quòd accuratè diſtinguendum ſit inter *immortalitatem* primi hominis *in paradiſo*, ac beatorum *in cœlo*: alia enim eſt imortalitas *glorioſa*, alia *gratioſa*; alia *cœleſtis*: alia *naturalis*. Sicuti hanc differentiam eruditè oſtendunt B. D. Fevverborn. in AntiOſtor. Disp. 30. §. 16. 17. Dn. Urſinus Qq. Bibl. lib. V. c. 18. ſect. 6. B. Par. tum Confeſſ. Cathol. art. 20. cap. 3. tum Diſpp. Iſag. l. cit. §. 11. Sicuti verò contra Photinianos defendim9, quòd primi homines fuerint immortales creati, ita contra Pontificios, Bellarm. de grat. prim. hominis cap. 9. §. 1. Perer. lib. 5. in Gen. Disp. de quart. Excell. qv. 1. pag. 587. adſerimus, quòd immortalitas fuerit naturalis illius conditio ac proprietas, non ſupernaturale extrinſecum donum. Vid. B. Par. Confeſſ. Cath. l. c. Licet verò protoplaſti poſt peccatum commiſſum non ſtatim mortui ſint, contraxerunt tamē tum ſibi tum omnibus eorum poſteris reatum, *neceſſitatem* ac *debitum moriendi*. Quo facit inſignis locus Irenæi l. 5. c. 19. Imò ipſam etiam mortem homo, quamprimum peccavit, revera ſenſit. neque enim *anima* tantùm à ſpirituali vita, quæ in Deo eſt, ſeparata fuit, quæ mors animæ eſt, Epheſ. 4, 18. ſed *corpus* quoque, immortalitatis dono deſtitutum, cœpit ſentire frigus, æſtum, qualitatum δυσκρασίαν & alios

mortis nuncios, 1.Corinth.15, 31.) * Quidam per *corpus* intelligunt id ipſum, quod antea dixerat *carnem*, quia opponit ei *Spiritum*. Putant ergo, intelligi vitioſitatem naturæ, quæ in corpore hæret. Ut ſenſus ſit, *corpus eſt mortuum*, id eſt, peccatum in carne habitans majori ex parte extinctum eſt, quod attinet ſcilicet ad peccati formale ac reatum, ne ad peccatum nos impellere posſit. *Spiritus* verò i. e. novitas naturæ, unde exiſtit ſtudium pietatis, *eſt vita*, i. e. vivit, eſt actuoſa & operoſa propter juſtitiam, id eſt, quoad juſtitiam, ut impellat nos ad pias & juſtas actiones. Ita Piſcator & alii nonnulli. ſed hæc interpretatio non videtur convenire cum verſ. ſeq.

* (V. 11. Τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος &c. Pater dicitur Chriſtum *reſuſcitaſſe à mortuis*, hîc & alibi, uti ſuprà cap.6, 4. Actor.2, 24. 32. cap.4, 10. cap.5, 30. &c. non, quaſi non potuerit ſeipſum reſuſcitare, vel non reſuſcitaverit ſeipſum, contrarium enim patet ex Matth.28, 6. Luc.24, 6. Johan. 2, 19. cap. 10, 18. Act.1, 3. ſed fit hoc propterea 1. quia Pater eſt fons divinitatis, quam ab æt. communicavit Filio ac Spir. Sancto. 2. ut de ſufficientia meriti & ſatisfactionis per Chriſtum Deo Patri præſtitæ confirmemur, ceu pluribus oſtendit B. Par. Dispp. Acad. p.1416. it. Comment. in Prior. ep. Petr. p.124. Cont. Socinianos, qui doctrinam hanc noſtram riſu dignam putant, agetur in Anal. ad Joh. 2.19.) *

V. 11. Εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ Πνεῦμα ἐν ὑμῖν.

Quòd ſi &c. Dulcisſima eſt hæc conſequentia. Deus excitavit Chriſtum à mortuis. Spiritus Dei habitat in vobis E. & veſtra corpora per Spiritum Dei à mortuis ſuſcitabuntur. * (Conf. infrà cap.14, 7.8.9. 1.Corinth.6, 14. cap.15, 13. ſeqq. 2.Cor.4, 14. Epheſ.2, 6. 1.Theſſ.4, 14. Pluribus verò ſequelam hanc deducit B. Par. L. de Reſurr. Mort. §. 16. & 19. Pulcrè Irenæus lib.4. adv. hæreſ. cap.9. *Templum Dei, in quo Spiritus habitat Patris, & membra Chriſti non participare ſalutem, ſed in perditionem redigi dicere, quomodo non maxima eſt blaſphemia.*) * Piſcator per *excitationem à mortuis* intelligit vivificationē corporum, id eſt, corruptæ no-

noſtræ naturæ ad vitæ ſanctitatem, Iohan. 5, 25; idque dicit eſſe certum ex ſerie contextus. Piſcatorem ſequitur Toſſanus, urgens, quòd plus ſit ζωοποιῆσαι, quàm ἐγερεῖ. Impii enim ſuſcitabuntur, ſed non vivificabuntur. Aſt poteſt vivifiacatio hæc intelligi tum de ſpirituali in hâc vitâ, tum de futurâ ad æternam vitam. Smalcius in refut. eorum, quæ Smigleeius examinationi 100. errorum oppoſuerat, pag. 57. ita ſcribit: *Verba Symboli:* credo reſurrectionem carnis, *ita intelligi poſſunt: credo id iterum futurum, quod olim caro fuit. Nam ſic legimus, quòd Deus reſuſcitaturus ſit corpora noſtra mortalia,* Rō. 8, 11. *pro eo, quòd nos, qui nunc ſumus mortales, reſuſcitaturus ſit. Reſurgent enim ii, qui antea mortui ſunt, nō mortales, ſed incorruptibiles.* Idem in exam. 121. err. p. 33. *ſomnium Smigleciii* vocat, *immortalia corpora in illo beato ſeculo futura talia, quæ ex carne, ſanguine & oſſibus conſtant, quo vix,* ſubjicit, *aliquid abſurdius & Chriſti religione indignius excogitari poteſt.* Verùm ſciendum, quod quandò Apoſtolus hîc ſcribit, *Deum reſuſcitaturum mortalia noſtra corpora,* non *ratione qualitatis,* videlicet mortalitatis, ſed *ratione ſubſtantiæ* eadem corpora reſuſcitanda doceat, ut ſit ſenſus, eadem illa corpora, quæ in hac vita ſunt mortalia & corruptibilia, reſuſcitanda eſſe in die noviſſimo, ſed im̄ortalia & incorruptibilia. Nequaquam igitur mutandum eſt *quod* in *quatenus*, nec confundenda ἴδια corporum, & ejusdem ποιότητες. Reſuſcitabit Deus corpora noſtra mortalia, non autem quatenus mortalia, ſive ſub iisdem qualitatibus. Ruffinus in Expoſ. Symb. pap. 387. *Hoc quod nunc corruptibile corpus eſt, reſurrectionis gratiâ incorruptibile erit, & quod nunc mortale eſt, immortalitatis virtutibus induetur &c. Non Naturâ carnis abjectâ, ſed conditione ejus & qualitate mutatâ.* *(Plura huc facientia habentur in LL. Theol B. P. L. de Reſurr. Mort. §. 72.)*

V. 12. Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκί, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν.

Debitores ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivamus. Quia peccato non ampliùs ſubditi ſumus, ſed Spiritu Dei regimur, debitores ſumus, ut ſequamur Spiritum. *Debitum* ab Apoſtolo innuitur non *ſolutionis*, ſed *gratitudinis.* Interdictum enim vitæ ſecundùm carnem non reſpicit omnimodam affectuum carnalium

lium carentiam, ſed Spiritûs reſiſtentiam. * (Rectè hinc contra Antinomos colligunt noſtrates, quòd licet homo renatus non ſit debitor, ut benè operetur *neceſſitate meriti* Luc. 17, 10. vel *neceſſitate reſtitutionis ad ſalutem*, nec *neceſſitate coactionis*, 2. Cor. 3, 17. attamen non ſit liber ab omni lege, benè operandi, ſed ſit maneatque debitor legis, ut benè operetur, *neceſſitate conſcientiæ, ordinis, mandati divini*, vel breviter, *ob voluntatem divinam*. Conf. inf. c. 13, 8. Gal. 5, 24. ac add. F. C. art. 4.)*

v. 13. Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν· εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε.

*(*Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.* Neceſſaria igitur ſunt bona opera renatis, licet non eâ ratione, quaſi per illa vitam æternam promereri posſint, ſed *ne moriantur*, h. e. ne malè operando Deum offendant, pœnasque tum temporales, tum æternas ſibi attrahant. Conf. Coloſſ. 3, 6. Cœterùm de ambiguitate phraſeos κατὰ σάρκα vid. ſuprà Annot. ad v. 4.)*

* (*Moriemini.* Poſſunt igitur renati per peccata, contra ſcientiam ac conſcientiam commiſſa, Spiritum S. excutere, fidem amittere, imò etiam mori, h. e. æternùm damnari. Conf. Gal. 5, 17. Vid. plura huc facientia in Dispp. Iſag. Disp. 20. cap. 9. §. 13. it. in Annot. ad Matth. p. 453. ſeqq. p. 1154. ap. B. D. Meiſn. Ἀνθρωπ. S. Disput. 19. §. 9. & in Conſid. Theol. Phot. p. 10. ſeqq. B. D. Affelm. de perſev. Sanctor. Cœterùm Wendelinus, quò infringat argumentum noſtratium, quo probant, *quodſi dicatur, Deum in Scripturis proponere utrumque oppoſitum ſub aliqua conditione, quam tamen abſolutâ immutabilitate ad alterutrum decreverit et determinaverit, non tam hypotheticum, quàm hypocriticum eſſe propoſitum*, objicit nobis Exerc. 31. §. 22. hunc locum, & addit: *Omnes promiſcuè Romanos concernebat, in quibus & electi & reprobi erant. Quis verò hypocriticam vel illam vel hanc dixerit, eò quòd electis vita ſine conditione, & reprobis mors quoque ſine conditione fuerit decreta: illisque peccati mortificandi gratia præordinata, his æterno decreto negata.* Aſt tantum abeſt, ut hæc inſtantia argumentum noſtrum evertat, ut potiùs maximè confirmet. Falſum enim eſt, quòd *electis vita, & reprobis mors ſine conditione fuerit decreta.*

[illegible]. Imo potius Deus in decreto electionis reſpexit Chriſtum, [illegible] ac perſeverante fide apprehenſum, cùm dicamur in Chriſto [illegible], Ephes. 1, 4. Conf. 1. Petr. 1, 5. & 2. 2 Timoth. 1, 9. [illegible] [illegible] non ſunt electioni conſilio, ſed fides tamen [illegible] [illegible], [illegible] electione conſtituit. [illegible] 10. cap. 5. §. 12. Falſum quoque & hoc VV. [illegible] *quod peccat. mortificandi gratiâ æterno decreto reprobis* [illegible] potiùs ſicut Deus in tempore vult, ut omnes [illegible], peccata fugiant, carnem mortificent, ita [illegible] gratiâ ſuam hoc præſtandi, et & abſoluto decreto [illegible]. Caeterum cùm ne unico hic verbo VVendelinus pro-[illegible] *fides* non ſit conditio electionis, nec incredulitas re-[illegible], meritò temeraria illius adſertio rejicitur. Certè [illegible] non dicit, propterea futurum, ut quidam ex [illegible] moriantur, quia nempe Deus ab æterno illos ex abſo-[illegible] decreto reprobarit, ſed potius, tum morituros eos [illegible] ſecundùm carnem vixerint. At propter quas cauſas Deus [illegible] homines damnat, propter eaſdem ab æt. decrevit [illegible]. Jam verò propter pravam illam vitam quosdam in [illegible] damnat, E. propter impiam vitam eoſdem ab æt. [illegible] decrevit. Eſt igitur reprobatio non abſoluta, ſed con-[illegible] reſpectum ſeu conditionem impiæ vitæ ac [illegible]. *

* [illegible] Conf. ſuprà cap. 5, 18. 19. Eſai. 53, 6. Johan. 1, [illegible] 2 Cor. 5, 14. 1. Tim. 2, 6. Ebr. 2, 9. Tit. 2, 10. 1. Jo-[illegible] Ebr. 6, 4. 2. Petr. 2. 1. Exceptionibus Calvinianorum [illegible] a Dn. Theol. Marpurg. in Fund. deduct. [illegible] p. 409. ſeq. B. D. Sigvv. in Admon. ad Iren. Parei [illegible] B. D. Fewrb. Synt. Theol. 1. pag. 575. 611. [illegible] Diſput. Theol. c. 2. Diſput. 9. B. Par. in [illegible] Diſp. 10. c. 7. §. 9. Add. Analect. ad Matth. 20. v. 28.]*

[illegible] *facta corporis mortificatis, vivetis*. Mortificationi [illegible] non ut *cauſa meritoria*, ſed ut certo & neceſſario [illegible] *ſigno* Spiritus ſancti inhabitantis & nos [illegible], * [illegible] cum ex h. l. tum ex aliis N. T. dictis, in quibus

carnis mortificatio commendatur, uti ſuprà cap. 6. 6. 1. Cor. [illegible] 27. 2. Cor. 4. 10. Coloſſ. 3. 5. Pontificii *ſpontaneas ſuas afflictiones, quæ jejuniis & ciliciis, comprimunt, vere cruentâ corporis flagellatione [illegible]*, probare conantur. Etenim *mortificatio Paulina* nihil habet commercii cum *mortif. Pontificia*. Hæc ſit *corporis [illegible] flagellatione*, illa *corporis peccati extinctione, & [illegible] oppreſſione*: hæc Pontificiorum, ſuſcipitur ad peccatorum [illegible] nem, adeoque vergit in paſſionis ac meriti Chriſti ſufficientiæ [illegible] contumeliam, illa, Paulina, ad concupiſc. carnis [illegible] nem. Sed hâc de re pluribus conſuli poſſunt B. D. [illegible] Conic. l. 4. c. 1. caſ. 7. it. in Phoſph. veri Catholiciſmi p. [illegible] Confeſſ. Cathol. art. 16. c. 6. B. D. Hutterus in LL. [illegible]

V. 14. Ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ.

Qui Spiritu Dei ἄγονται *ducuntur, impelluntur*, ad [illegible] nes, *hi ſunt filii Dei*, ac proinde etiam hæredes vitæ [illegible] Aguntur filii Dei à Spiritu Sancto non actu aliquo violento, [illegible] ſpontaneo, ut & illi, quod agendum eſt, agant, & [illegible] à quo aguntur, gratias agant.

V. 15. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ.

Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis, ſicuti olim [illegible] in promulgatione Legis. Lex generat in ſervitutem. [illegible] poſtolus duos Spiritus, *ſervitutis*, & *adoptionis*, non quod [illegible] Spiritus, ſed quod ejusdem Spiritus ſint diverſa effecta, per legem, & Evangelium. Stapletonus in Antid. pag. 477. & [illegible] tum *adoptionis* exponit de *Spiritu charitatis*, ad juſtitiam [illegible] rentem hoc etiam detorquens, ſed perperam. Quidam veterum, & in his Chryſoſtomus, arbitrantur, ex hoc l. colligi poſſe [illegible] tes non habuiſſe Spiritum adoptionis, nec fuiſſe filios, [illegible] ſum ſervos, gubernatos Spiritu ſervitutis ad timorem. [illegible] igitur, Paulum duos in Eccleſia indicare Spiritus, alterum [illegible] *tum timoris*, per legem Moſis datum, alterum *Spiritum* [illegible] per Evangelium Eccleſiæ datum. * (Idem etiam ſentire [illegible] tur Hugo Grotius ad Luc. 2. 74.) * Sed Auguſtinus [illegible] de verbis Apoſtoli, Anſelmus in Epiſtol. ad Rom. non de [illegible]

Spiri-

[illegible], ſed de duobus variis diſtinctiſque effectis unius ejuſdemque Spiritûs Apoſtolum loqui dum docent, de timore ſcilicet, [illegible] quem in exhibitione legis Moſaicæ, & de amore, ad quem in [illegible] eiusdem ipſis collatus eſt Spiritus ſanctus. *(Conf. [illegible] Glaſſ. in Exeg. Text. Evang. & Epiſt. part. I. pag. 720. ſeqq. [illegible] in Myrothec. Ev. p. 182. ſeqq.)*

[illegible] in quo. *In* ponitur pro *per*, ceu ſuprà cap. 5, 9. 12. c. 7. [illegible] 19.

[illegible] clamamus, [illegible]. Notantur ardentes illi gemitus [illegible] Spir. S. excitat in piis, ſicut Deus ad Moſen ingemiſcentem [illegible] *Quid clamas ad me.*

[illegible] Quidam ſuavi alluſione dicunt, Abba voce, quæ retrogrado [illegible] modo legi poteſt, Apoſtolum eſſe uſum, ut indicaret [illegible] piorum eſſe patrem, etiamſi ab iis averſus eſſe videatur [illegible] & calamitatibus.

[illegible] Quod *Abba Pater* reduplicatur, Syriaci & [illegible] dicit ideò fieri, ut Scriptura teſtetur, Deum [illegible] *Judæos* & *Græcos.* Hieron. *interpretationis gratiâ* [illegible] adjectam eſſe dicit. * [Idem videtur etiam B. D. [illegible] p. 259. nec non Gramm. & pag. 99. & quidem [illegible] de Marc. 14, 36. add. etiã Apoc. 1, 7. c. 9. 11.]* [illegible] ingeminationem hanc *emphaſeos gratiâ* adjectam, [illegible] pios *hic* & *perpetuo* Deum Patrem ſuum ingeminare [illegible], quod ſanè tum natura invocationis, Deum ſol[illegible] ardor gemitus ſolet facere, ut ſcil. idem ſæpius [illegible]. * [illegible] propterea nomen *Patris* iteratur, ut [illegible] Deum affectus & major fiducia ſignificetur, ceu [illegible] Glaſſius l. c. Sunt, qui uſitatam Græcisque notiſſimam [illegible], qua filii patres blandè & familiariter compellare ſolebant, ab Apoſtolo tum hic, tum Gal. 4, 6. tum ab [illegible] Marc. 14, 36. adhibitam putant. Quam ſententiam [illegible] confirmare nititur Ludov. Cappellus in ſpic. p. 46. ſeqq.

[illegible] habet ܐܒܐ ܐܒܘܢ *Pater pater noſter.* Æthiops [illegible] ፡ ወአብየ] *Pater & pater mi.* Ita quoque, nempe [illegible] pronomen, Græcum textum exponi poſſe, confer

Druſius, cùm articulus quandoque vim habeat pronominis [illegible] Arabs reddit: *per quem reclamamus* [illegible] *ad patrem, o Pater noſter.* *

v. 16. *Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ.*

Συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι. Unà cum Spiritu ſive animo noſtro teſtatur, 1 Corinth. 2. *In Spiritu noſtro* eſt cor noſtrum regeneratum, ut ſumitur 1 Cor. 2, 11. 1. Theſſal. 5, 23. * [illegible] verò credentes habent internum Spir. ſancti teſtimonium, quòd ſint filii Dei, adeoque hæredes vitæ æternæ, v. 17. ſequitur, quòd de ſalute ſuâ posſint eſſe certi. Conf. Galat 4, 6. 1 Corinth. [illegible] 2 Corinth. 1, 21. 22. Epheſ. 1, 13. 14. c. 4, 30. contra dubitationes Pontificiorum, quas everſas quoque vide à B. D. Hutter. in Expl. F. C. pag. 1137. B. Par. L. de Elect. §. 208. Colleg. [illegible] Disp. de Elect. cap. 9. §. Confesſ. Cathol. artic. [illegible] cap. [illegible] add. etiam B. D. Balduin. Caſ. Conſc. l. 3. cap. 4. caſ. 8. [illegible] Chryſoſtomus homil. 14. in epiſt. Rom. *Quod ſi homo quiſpiam, vel Angelus, vel Arch Angelus, aut alia certè hujusmodi quædam poteſtas aliquid promitteret, meritò quiſpiam dubitarit. Supremâ verò [illegible] eſſentia quæ hoc ipſum largitur, quod promittit, atque [illegible] etiam juſſit, teſtimonium nobis perhibente, quisnam de [illegible] dubitare poterit? Neque enim facile ſubditorum aliquis [illegible] eligente, laudesque illius deprædicante, contradicere auderet.* Huc facit illud D. Joh. 1. ep. c. 5, 9. *Si teſtimonium hominum [illegible] teſtimonium Dei majus eſt.* Excipiunt verò Pontificii 1. *quòd Paulus de ſuâ tantùm perſona h. l. loquatur, fuiſſe autem de ſalute ſua [illegible] ex peculiari revelatione.* ita effugere conantur Joh. Piſtorius [illegible] ſtata in Hodeg. p. 201. ac Duræus lib. 8. cont. VVhitakeri [illegible] verùm cùm manifeſtũ ſit, Apoſtolum non de ſe ſolùm, ſed [illegible] omnibus fidelibus perſeverantibus loqui, alii Pontificii [illegible] cunctaribula. Proinde alii 2. regerunt, quòd hoc Spir. ſancti teſtimonium non ſit per verbum expreſſum ſeu per [illegible] ſed tantùm per *experimentum* cujusdam ſuavitatis & pacis internæ, quæ non gignat *certitudinem* [illegible] niſi *conjecturalem*. Ita habent Bellarmin. lib. 3. de juſtif. c. 9. Becanus in Man. Controv. lib. 1. de juſtif. q. 7. § 9. p. 291. Aſt quocunque modo Spiritus S.

[illegible]

[illegible] Deum adeoque te[illegible] [illegible] non modo conjecturaliter [illegible]
[illegible] *quod in Spiritu Sancto, qui nos [illegible]*
[illegible] *[illegible] multi etiam hæretici & peccatores [illegible]*
[illegible] Reſp. Etiam hypocritæ imitantur exter
[illegible] neque tamen hinc ſequitur, quod propterea
[illegible] vel dubitent, num opera ſua bona in Domino ſint
[illegible] hypocritica? 4. Becanus d. l. urget, quod etiam
[illegible] *Angelum lucis transfiguret, quodque inde fiat, [illegible]*
[illegible] Reſp. concedendo, diabolum ſe trans-
[illegible] Angelum lucis, adeoque homines ſecuros, nec lumen
[illegible] ſequentes, fallere poſſe: negamus verò, quod eos,
[illegible] diaboli conſilia, ſuggeſtiones &c. ad verbum revela-
[illegible] examinant, atque accuratè dijudicant, decipere poſſit. Et
[illegible] multi hæretici hominesque improbi à Satana deci-
[illegible] quando nempe vel aniles humanarum traditionū fabu-
[illegible] adinventionum tenebras, ac carnis illecebras
[illegible] verò verbum revelatum, quod eſſe illis debebat
[illegible] eorum, alto ſupercilio contemnunt, minimè
[illegible] quod illi quoque, qui unicè juxta lumen verbi
[illegible] ac Spir. ſancti ductum, in Sc.S. oſtenſum, ſe
[illegible] decipi queant. Cumprimis verò notandum
[illegible] *perſeverantia* non ſit *abſoluta*, ſed *hypothetica*,
[illegible] uſum. Conf. huc, quæ habent B. D. Horne-
[illegible] Theol. pag. 484. B. D. Par. Comm. in Poſt. Epiſt. Petri
[illegible] Quemadmodum verò ſaluti certitudo [illegible]
[illegible] tenendum eſt, quòd ea ipſa certitudo non [illegible]
[illegible] ſancti teſtimonio, verum etiam ſuffulcietur uni-
[illegible] *quod Deus velit, omnes homines ſalvos fieri.* Minùs
[illegible] VVendelinus Exerc. Theol. 30. § 15. è præſenti
[illegible] [illegible] ita contra nos, & imprimis
[illegible] *universali* Deus [illegible]
[illegible] *[illegible]*
[illegible] *[illegible]*

 [illegible]

[illegible] ita [illegible] non poſſit, ut [illegible] Nonne Spiritus [illegible] noſtro ſpiritui, quod ſimus Filii? Rom. 8, 16. Etenim ſciendum 1. quod Spir. ſanctus non ſolùm teſtetur, ſed [illegible] ſive unà cum ſpiritu i. animo noſtro teſtetur, quod ſimus filii Dei. At verò quomodo [illegible] ſive animus noſter teſtatur, quod ſimus filii Dei? Annon [illegible] tius pravè Scr. Sacra, quòd Deus omnes homines velit ſalvos fieri. 1 Timoth. 2, 4. quòd non velit illos perire &c. 2 Pet. 3, [illegible] quàm contra Scr. S. quod Deus ex abſoluto quodam odio [illegible] mam hominum partem rejecerit, quòdque proinde non [illegible] bus velit dare fidem, nec velit, ut omnes per hanc [illegible] ſequantur? 2. quòd tantum abſit, ut propoſitiones illæ: *[illegible] vult omnes credentes & electos ſalvos.* illas univerſales: *Deus vult omnes homines ſalvos fieri* & ſimiles excludant, ut potius [illegible] dem præſupponant. 3. quòd Spiritus ſanctus nil aliud [illegible] tur in noſtris cordibus, quàm quod teſtatur in ſacris literis. Atqui in ſacris literis teſtatur, quòd ſeria [illegible] voluntas ſit, ut omnes homines ſalvi fiant, quòd Chriſtus [illegible] derit ſemetipſum pretium redemtionis pro omnibus, 1 Tim. 2, 6. add. 2. Corinth. 5, v. 14. 1. Iohan. 2, 2. 4. quod non [illegible] an aliqui ſint, qui fidei ſenſum habeant, vel quomodo [illegible] gi debeat: ſed quòd præcipua quæſtio ſit, quomodo [illegible] Scr. Sacræ oraculis ille erigendus ſit, qui in tentatione [illegible] ſtitutus fidem actu non ſentit. Quoad talem ſanè [illegible] ut iſta univerſalis urgeatur propoſitio, Deus vult omnes homines ſalvos fieri, Deus vult omnes credere. [illegible] vum, E. & tibi vult donare fidem. *Conf.* plura [illegible] apud B. Pat. Dispp. Academ. pag. 761. ſeqq. B. D. [illegible] in Admonit. de Irenico Parei, pag. 517. ſeqq. Denique [illegible] dum, quod ſicuti Spir. ſanctus tanquam teſtis hic [illegible] quo tamen non obſtante, ſimul Iudex eſt: ita quoq; Scriptura, licet [illegible] ridicatur, Joh. 5, 39. etiam controverſiarũ Judex ſit [illegible] infirmum ſit argumentũ Pontificiorum, quando ex eo, quod Scr. Sacra [illegible] dicitur, evincere conantur, ipſam non eſſe controverſiarum judicem. vid. Jeſuita Statius in Catech. Controv. [illegible] Etenim ſciendum, quod diſting. ſit inter *Judicem* [illegible]

[illegible] Iudex [illegible] non poteſt ſimul [illegible] eſſe & Iudex, ſed [illegible] poteſt.) [illegible] quod [illegible] agnoſcit Jeſuita Caſp. Sanctius ad [illegible] Iohan. Sic Jeſuita Tirinus ad cap. 5, 39. Ioh. notat, [illegible] Chriſto [illegible] non eſſe verem Patris [illegible]. Aſt [illegible] Dei non eſſe iudicem, [illegible] Pontifici adſerent, cùm non [illegible], ſed [illegible] ſonora, quod in Iudice aliàs requi-[illegible].

* [illegible] Conf. Johan. 1. 12. 1. Joh. 3. 2. Gal. [illegible]

v. 17. [illegible]

[illegible] Chriſti. Chriſtus eſt hæres principalis, nos [illegible] in numerum filiorum adoptati, ſumus cohære-[illegible].

[illegible], ſc. cum Chriſto, qui non niſi per paſſionem in-[illegible]. Conditionis neceſſitas non excludit mercedē [illegible], excludit verò mercedem debitam, i. e. meritum.*(Paſ-[illegible] requiruntur, nō ut per illas tanquā per opus aliquod [illegible] vitam æternam obtineant, eſt enim vita æt. hereditas. [illegible] loco, item ex Matth. 25, 34. Marc. 10, 1[illegible]. Luc. 1[illegible], 17. Gal. [illegible] Col. 3, 24. 1. Joh. 3, 1. liquet, it. [illegible], Rom. [illegible] neque etiam ut pro peccatis eorumque pœnis ſatisfaci-[illegible]. Chriſtus enim portavit peccata mundi. Iohan. 1, 29. eſtque [illegible] non ſolùm pro noſtris, ſed pro totius mundi peccatis. 1. Joh. [illegible] cauſâ, nempe ut illis veritatem obſignent 2. Co-[illegible] 2. Timoth. 1, 12. Evangelii curſum promoveant. [illegible] cap. 2, 30. fidem ſuam exerceant, 1. Tim. 4, 10 cum-[illegible] myſtica Chriſti membra capiti ſuo conformes [illegible] 8, 29. Conf. etiam Actor. 14, 22 cum Luc 24, 26.)*

* [illegible]. Per hanc glorificationem, quæ piis [illegible], non hoc intelligitur, quod ea ipſa prorſus æqualis [illegible] Chriſti, vel quod Chriſto homini non alia gloria da-[illegible] quam talis, qualem beati aliquando habebunt, [illegible] vid. ſuprà cap. 5, 17. it. Apocal. 22, 5. ſed agitur de [illegible] glorificatione, quæ ad beatitudinem eorum pertinet. vid. 2. Ti-

2. Tim 2, 10. 11. 12. Apoc. 5, 10. cap. 20, 4. Conglorificatio [illegible] tur, de quâ h. l. agitur, in eo conſiſtit, quod ſicut Chriſtus re-ſurrexit in corpore glorificato, ita quoque futurum ſit, ut [illegible] ſurgant in gloriâ, 1. Corinth. 15, 40. id eſt in glorificatis corpori-bus. Philip. 3, 21. & hoc quidem etiam [illegible] nain. Conf. notata ad v. 19. atque de hac gloria, juxta S. Auguſti-num, loquitur etiam Salvator Iohan. 17, 22. Breviter [illegible] *gloria beatæ reſurrectionis, alia perſonalis unionis*: hæc ſoli Chriſto competit, illam gratioſè quoque ſanctis dabit. hæc, quæ ex unio-ne perſonali reſultat, & quæ humanæ naturæ in [illegible] ſumtæ data eſt, eſt verè divina & infinita, illa verò minimè [illegible] Unde etiam diſtingui ſolet inter *thronum Dei*, in quem Chriſtus homo evectus eſt, & inter *thronum Chriſti*, in quem beati collo-cabuntur. Vid. Analect. ad Matth. 19. 28. it. c. 25, 31.

v. 18. *Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.*

Τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ: hujus momentanei temporis paſſio-nes * (Conf. 2. Cor. 4, 17. Matth. 5, 4. Luc 6, 21. 1. Petr. [illegible] Scitè B. Auguſt. in Man. cap. 15. *[illegible] anima mea ſi quotidie [illegible] nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam longo tempore tolerare [illegible] Chriſtum in gloria videre poſſimus, & ſanctis ejus aſſociari, [illegible] gnum eſſet. pati omne quod triſte eſt, ut tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur?*)

[illegible], non ſunt *paria*, *digna*, ut conferantur. Sequitur e-nim præpoſitio πρὸς. Auguſt. l. 5. de C. D. cap. 18. & [illegible] etiam Qq. 97. 69. pro *non condigne* dixit *indignæ*. [illegible] ut obtinere poſſint meritum de condigno, contra [illegible] Apoſtoli verba, in Annot. ſuis ad h. l. diſtinguunt inter [illegible] *[illegible] & condignum [illegible]*. Sed nugatoriè. (Becanus in Man. Con-trov. lib. 1. cap. 18. q. 2. §. 18. reſpondet, opponendo 1. dicta Luc. 20, 35. ac 2. Theſſal. 1, 5. 2. monendo, *quod ſi [illegible] ſemper, nulla ſit proportio inter opera præſentia, & futuram [illegible] nam, hæc propterea ipſa [illegible] ſunt*. *& verè*, [illegible] *[illegible] gratiâ, à quâ procedunt opera meritoria [illegible] [illegible] eſt proportio; quia gratia [illegible] gloria.* *Quod autem [illegible]*

dup-

ulteriùs pergit, *proportio hæc ſufficiat, licet nulla ſit proportio durationis, patet ex 2. Corinth. 4, 17.* in quo dicto cumprimis notandum monet, *quòd opera momentanea operentur pondus æternæ gloriæ.* Subjicit: *At quomodo operantur? procul dubio non phyſicè, ſed meritoriè. Hæc autem vis merendi eſt à gratia. Secundo idem patet exemplo Chriſti. Nam paſsio ejus fuit momentanea, & tamen per eam meritus eſt nobis vitam æternam. Tertio poteſt idem confirmari à contrario. Nam peccata impiorum in hac vita ſunt tranſitoria, & pœna, quam merentur, eſt æterna.* Hactenus Becanus, cui ferè gemella habet Cenſ. Colon. Dial. 5. p. 181. Verùm, ut jam dicta Sc. Sacræ, quæ opponit, non tangamus, quippe de quibus ſuo loco uberiùs agetur, notamus hîc ſaltim, 1. quòd Scr. Sacra nullibi adſerat, *opera noſtra habere vim merendi:* ſed potiùs contrarium, quippe cùm jam antè Deo debita ſint, Luc. 17, 10. 2. quòd Scr. Sacra expreſsè doceat, *vitam æt. ex gratia dari,* Rom. 6, 23. Conf. cap. 4, 4 c. 11, 6. jam verò *ubi gratia, ibi non operum retributio, ſed donantis largitas eſt,* ut rectè ſcribit S. Hieron. ad Demetriadem. Adde, quòd hæreditate accipiamus vitam æternam, ceu paulo antè ad v. 17. oſtenſum eſt. 3. negari, quòd ſi B. O. operantur æternæ gloriæ pondus, illud vel phyſicè, vel meritoriè faciant. Damus inſtantiam. *Lex iram operari* dicitur, Rom. 4, 15. nec tamen vel phyſicè, vel meritoriè id facit. 4. quòd conſequentia itidem negetur. Si Chriſti paſsio promerita eſt nobis vitam æternam, ut ut momentanea fuerit, ergo piorum quoque afflictio momentanea promereri vitam æt. poteſt. Ratio negationis eſt, quia paſsio & mors Chriſti, utpote perſonæ infinitæ, ſunt infiniti pretii. Id verò de aliorum hominum afflictionibus dici nequit. 5. pariter negatur conſequentia, à peccatis impiorum, ad opera vel afflictiones piorum. ratio itidem in propatulo eſt, ſiquidem mala impiorum operà ſunt perfectè mala, haut æquè piorum Bona Opera. Id quod pridem notavit Dionyſius à Rickel, quando in cap. 8. Eccleſ. ſcribit: *Mala opera purè mala ſunt, & noſtra ſunt: bona autem nec purè bona ſunt, nec noſtra ſunt.* Conf. etiam B. Par. Comment. in Poſter. epiſt. Petri pag. 85, 86. it. ſupra ad c. 5, 4. nec non c. 2, 6.) *

Ad futuram gloriam. Credentes jamdum ſunt cœleſtis gloriæ participes, ſed illa adhuc eſt μέλλουσα ἀποκαλυφθῆναι. Habent jamdum vitam æternam, Joh.3, 36. ſed illa adhuc eſt abſcondita cum Chriſto in Deo, Col.3, 3.

Quæ revelabitur erga nos. Manifeſtabitur illa gloria in vitâ æternâ ratione fructûs & plenariæ poſſesſionis, ſed in verbo Evangelii jamdum manifeſtata eſt ratione ſpei & certæ promisſionis.

v. 19. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται.

Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία. non ſignificat ſimpliciter *expectationem*, ſed *vehementem* & *anxiam expectationem*, cùm ex corde quippiam expectatur, Res creatæ quaſi exerto capite expectant. Scopus Apoſtoli eſt, demonſtrare, quòd gloria illa filiorum Dei certò ſit revelanda, cùm creaturæ ad eam ingemiſcant. Theodoretus in h. l. docet, *quòd omnis, quæ videtur, creatura, mortalem naturam ſortita eſt. Quoniam*, ſcribit, *univerſorum creator prævidebat Adæ transgresſionem, & in eum eſſe ferendam mortis ſententiam. Neque enim erat conſentaneum, nec juſtum, ut quæ propter ipſum quidem facta erant, incorruptionem acciperent, ipſe verò, cujus cauſa ea facta erant, eſſet mortalis & patibilis.*

Τῆς κτίσεως. *Creatura* vox ſimplicisſimè accipitur generatim de tota mundi machinâ & rebus creatis, etiam brutis & inanimatis. Hieronymus h. l. præſupponit, ſermonem eſſe aut de universâ creatura, aut de Angelica, aut de rationali noſtrâ creaturâ, & concludit, quòd non de irrationali creatura ſit ſermo, quippe quæ condita ſit ad ſervitutem hominum, & poſt hæc peritura in die novisſimo. *ingemiſcentiam* igitur accommodat ad *Angelos*, qui hominibus ſerviunt, & vitiis eorum contriſtantur. Chryſoſtomus, Ambroſius, Theophylactus voce *creaturarum* itidem *Angelos* intelligunt. Sed Auguſtinus lib.83. qv. 67. negat, vocem *creaturæ* ad Angelos extendendam. Angeli mali hîc intelligi nequeunt, quia de talibus creaturis Apoſtolus loquitur, qui habent ſpem liberationis. Angeli boni conſiderantur 1. φυσικῶς, & ſic ſunt incorruptibiles, *(beati & in bono confirmati)*

mati)* proinde nec ſubjecti vanitati. 2. διακονικῶς, & ſic vanitati non ſuæ, ſed hominum ſubjecti ſunt, quia hominibus non tantùm electis, ſed & reprobis, multâ vanitate refertis inſerviunt. * (Simpliciſſima verò eſt expoſitio, quâ futuræ credentium gloriæ præeminentiam, per creaturæ univerſæ irrationalis προσωποποιΐαν Apoſtolus illuſtrare ſtatuitur. Et ita è veteribus ſtatuit Chryſoſtomus, qui: προσωποποιεῖ τὸν κόσμον, ſcribit, ὥστε ἐμφατικώτερον γενέσθαι τὸν λόγον; è recentioribus B. D. Glaſſius in Exeg. text. Evang. & Epiſt. part. 3. pag. 998. it. Rhet. S. p. 202. B. Par. t. 9. LL. Theol. de Conſumm. Sec. §. 52. ſeqq. ubi etiam plures de h.l. ſententias affert & examinat.)*

V. 20. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι.

Τῇ γὰρ ματαιότητι. *Creatura* ſubjecta eſt ματαιότητι, quod quidam vertunt *vanitatem*, quidam *fruſtrationem*, quòd creatura non aſſequatur, quod utcumque contendit efficere. τὸ μάταιον enim eſt *vanum* vel *fruſtraneum*, quod fit μάτην *fruſtra*, quo agens non aſſequitur finem, quem ſibi proponit. *Creaturæ* ſibi propoſitum habent incolumitatem ſui ſtatûs, illam impedit φθορὰ ſive corruptio. Per ματαιότητα intelligitur non ſolùm corruptio & multiplex mutatio, ſed etiam abuſus impiorum. *Vanitas* h.l. ſignificat fluxam & evanidam creaturarum conditionem, cui opponitur conſtans & integra natura, quæ recto tramite ad finem pertingit, quomodo ab initio eſt creata. Vanitas autem illa creaturarum non eſt γεννηθὴ, ſed ἐπιγενόμενον.

ὑπετάγη *ſubordinata eſt*, voluntate ſcil. Dei.

Non volens, i e. non proprio vel naturali motu vanitati illi ſe ſubjecit.

V. 21. ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ.

* (*A ſervitute corruptionis.* Quidam exponunt, *à corruptione*, atque inde colligunt, mundum aliquando non ſecundùm ſubſtantiam, ſed ſaltem ſecundùm qualitates interiturum, quippe à corruptione liberandum. Verùm Apoſtolus non loquitur

de

de ipsâ *corruptione*, ſed de *ſervitute corruptionis*. aliud verò eſt *liberari à ſervitute corruptionis*, aliud *ab ipsâ corruptione liberari*. B. Par. L. de Conſ. ſeculi. §. 59. hoc illuſtrat ſimili, Si Chriſtianus in Turcia captivus detineatur, ac miſerâ ſervitute prematur, inque eâ tandem moriatur, is liberatur à ſervitute corruptionis, ſed non ab ipſa corruptione, quia corpus ejus in pulverem convertitur. Sic creaturæ aliquando liberabuntur à ſervitute corruptionis, hoc eſt, à ſervitio, quod hominibus impiis in hac vitâ mortali impendere coguntur, interim tamen ipſæ non fient liberæ à corruptione. Idem etiam ex ſimilibus Scripturæ S. locutionibus patet. Renati in hac vita liberantur à ſervitute peccati, Rom. 6, 7. nec tamen liberantur plenariè ab ipſo peccato, quippe quod in carne eorum adhuc habitat, Rom. 7, 17.)*.

εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Chryſoſtomus exponit per διά. Rectiùs per ἐν exponitur. Libertas illa non tribuenda eſt creaturæ per *participationem*, ſed per *demonſtrationem*. * (Nec liberatio illa creaturæ futura per *renovationem* (aliàs enim ſequeretur, bruta quoque animantia in die extremo aliquando renovanda & ad incorruptibilitatem reſuſcitanda, quod perquam abſurdè Franc. Puccius in defenſ. adv. Socin. p. 38. adſeruit, quippe cùm & ipſa illa coacta fuerint, impiis in hac vitâ ad abuſum ſervire.) ſed per *annihilationem*, quæ annihilatio & omnimoda abolitio comparatè *liberatio* dicitur, eò quòd creaturæ ipſæ, ſi quis ſenſus eis ineſſet, mallent & præoptarent, in nihilum abire, quàm contra primævæ ſuæ creationis naturam inſervire peccatis impiorum adeoq; adverſus proprium ſuum opificem militare, ut benè explicat B. D. Hun. Comm. ad Matth. 24. pag. 541. Minimè igitur ex hoc loco evinci poteſt, ceu Iohan. quidem Camero in Myroth. Evang. ad Ebr. cap. 1, 11. putat, *ſententiam illam, quòd univerſum hoc ita interiturum ſit, ut eò omnia recidant, unde orta ſunt, i. e. in nihilum redigendum, è diametro pugnare cum Scr. Sacrâ, quippe cùm Apoſtolus h. l. non ambiguè & obſcurè, ſed diſertisſimis verbis doceat, mundum innovatum iri, utpote qui & ipſe particeps futurus ſit gloriæ filiorum Dei*: Aſt minimè hoc diſertisſimis verbis Apoſtolus docet. non illis, quando mundum

libe-

liberandam dicit *à ſervitute corruptionis*, quippe cùm *liberatio* illa fieri etiam poſsit per *totalem abolitionem*, non ſolùm per *renovationem*. Sic Seneca in Conſol. ad Martiam ſcribit, *per mortem homini libertatem ab omnibus malis contingere*, qui ipſe tamen hominem in morte totaliter interire opinatur. nec ex verbis εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Si enim terminus hic liberationis ad creaturas quoque irrationales referri deberet, ſequeretur, & eas ipſas participes fore gloriæ filiorum Dei, hoc eſt, æternæ beatitudinis, filiis Dei promiſſæ, id quod adſerere, perquam abſurdum eſt. Innuitur igitur ab Apoſtolo non idem *liberationis terminus* ſeu *modus*, hoc eſt, quòd eodem modo creatura irrationalis liberanda ſit à corruptione ſervitutis, quo filii Dei liberabuntur, quòdq; eandem libertatem ſeu felicitatem ſit conſecutura, ſed ſaltim idem *liberationis tempus*, h. e. quòd liberatio illa plenaria omnis creaturæ irrationalis â ſervitute corruptionis futura ſit in die extremo, quo æterna gloria ſeu beatitudo piis obtinget. Cumprimis verò opponenda ſententiæ illi, quòd mundus tantùm ſecundùm qualitates ſit interiturus, emphatica Scr. Sacræ dicta, prolixiùs expoſita â B. Par. L. de Conſ. ſec, §. 59. ſeqq. it. Comment. in Poſter. ep. Petri p. 513. ſeqq.)*

V. 22. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν.

(συστενάζει. Quomodo creatura irrationalis ad Deum ingemiſcat, vel Deum, ejusque auxilium quærat, vid. Gen. 4, 10. Pſalm. 104, 21. Pſal. 147, 9. nosquidem non intelligimus, Deus tamen illius creator intelligit, eamque exaudit. Cœterùm non ſolùm creaturæ irrationales adversûs impios ingemiſcunt, illosque ob malam diſpenſationem apud Deum quaſi accuſant, verùm etiam idem quàm maximè faciunt egeni, item Sancti Angeli. Conf. B. Par. part. 2. Homil. Acad. p. 557.)

συστενάζει καὶ συνωδίνει, *ſimul ingemiſcit* & parturientis dolores ſuſtinet. Chryſoſtomus: προσωποποιεῖ τὸν κόσμον, ὥστε ἐμφατικώτερον γενέσθαι τὸν λόγον. * (*Cur verò Apoſtolus verbo* συνωδίνειν uſus hîc fuerit, declarat B. Par. L. de Extr. Iudic. ſ. 103. his verbis: Cùm in die noviſsimo repentinus ſuper impios ſit venturus in-

 teritus

teritus, ſicut dolor parturientem inexpectatò apprehendit, 1.Theſſ.5, 3. ideò Apoſtolus univerſis creaturis tales ὠδῖνας tribuit, quibus diem noviſſimum tacitâ quadam voce expoſcunt, in quo regeneratio filiorum Dei ſubſequetur, Matth.13,28. Luc. 20,36.) *

v. 23. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν.

Habentes τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος, primitias ſeu primos fructus *Spiritûs*. Metaphora ſumta à ritu Eccleſiæ V. Teſt. Quemadmodum Iſraelitæ ex primitiarum oblatione ſpem concipiebant reliquæ ſegetis ſuo tempore fruendæ: ſic credentes ex donis Spiritus concipiunt ſpem gaudiorum cœleſtium, quæ erunt plena meſſis. Origenes per *primitias* intelligit *dona miraculoſa*. at Romanos ea habuiſſe, nuſpiam legitur. * (Quidam de ſolis Apoſtolis hoc dictum accipiunt, qui primitias Spiritus acceperint, quando Spir. Sanctus miraculosè in eos primùm omnium fuit effuſus, Actor. 2. Sed rectiùs in genere de omnibus credentibus intelligitur. Ineptè verò hinc Spir. Sancti veram deitatem Sociniani, *vid. Crell. de Deo uno pag* 451. impugnant, eò, *quòd partitio non cadat in perſonam*, Verùm per *primitias Spiritûs* non intelligitur Spir. S. perſona, ſed dona ſeu chariſmata. Conf. 1.Cor.12, 4. 11.)*

Αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν in nobis, in intimo cordis noſtri fundo ingemiſcimus.

υἱοθεσίαν. Per hanc intelligitur revelatio υἱοθεσίας, ut exponitur 1.Joh.3,2. hæreditas ſc. cœleſtis.

ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος. * (Conf. Luc.21, 28.)* ergo in corpore quaſi in ergaſtulo quodam captivi tenentur pii, variis miſeriis & ærumnis hujus vitæ oppreſſi, Luc.21,28.

v. 24. Τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;

Spe ſalvi ſumus, id eſt, nondum re ſeu plenâ perfruitione. Tribuitur ergo ſpei non tam ipſa ſalus, quàm ſalutis effectus, ac

ἐγέ-

ἐνέργεια ſeu plena poſſeſſio. * (in ſignificatione hâc, nempe quatenus notat *ſalutis initium*, accipitur quoque verbum σώζεσθαι alibi in Scr. Sacra, uti Eph. 2, 8. Tit. 3, 5.) *

v. 25. Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα.

* (*Per tolerantiam illud expectamus.* Proprium ſpei eſt, expectare, moramque patienter ferre. Atque hæc ſpes & expectatio auxilii divini, utpote cultûs divini pars non poſtrema, ſedulò nobis commendatur ac inculcatur. Vid. Pſal. 37. v. 3. 4. 5. Eſ. 30, 15. c. 49, 23. Thren. 3. 24. Mich. 7, 7. Sir. 2. 3. Ebr. 6, 19. Pulcrè Clemens Alexandrinus στρωμ. 2. fol. 160. ἡ ἐλπὶς ἐκ πίστεως συνέστηκεν. Conf. plura huc facientia in Aphor. Pract. B. P. tit. *Spes.*) *

v. 26. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις.

Neſcimus, quid petamus. Auguſtinus in libro, in quo exponit ſententias Epiſt. ad Romanos: *Neſcimus, quid oremus, tum quia quod futurum, ſperamus, & quo tendimus, nec dum nobis apparet, tum maximè, quia in præſenti vitâ poſſunt multa nobis videri proſpera, quæ ſunt adverſa, & adverſa, quæ ſunt proſpera. Ergo quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. Deus autem novit, & quid nobis in hâc vitâ expediat, & quid poſt hanc vitam daturus ſit nobis.*

Τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Sicut nos per patientiam expectantes nitimur, ὡσαύτως ita quoque Spiritus itidem admovet auxilium deficientibus, ceu manum porrigens laborantibus. Propriè enim is συναντιλαμβάνεται, qui unà cum alio onus ſuſcipit: comparatur ergo crux oneri, cui ſi non ſumus ferendo, Spiritus S. nobis auxiliatur. Chryſoſtomus per *Spiritum* non intelligit Spiritum Sanctum, ſed donum miraculoſum Spiritûs Sancti. At hæc interpretatio eſt nimis ſtricta, nec congruit ad mentem Apoſtoli.

Ἀλαλήτοις, *inenarrabilibus.* Sicut ineffabilis eſt proceſſio Spiritus à Patre & Filio: ſic nemo explicare poteſt, quomodo ejuſmodi gemitus ex animâ fideli procedant. Sicut ineffabilis eſt unitas Spiritus Sancti cum Patre & Filio: ſic nemo explicare

pot-

poteſt myſticam animæ fidelis cum Deo unionem, ex quâ hi gemitus procedunt. Sicut ineffabilis eſt vivificatio mortuorum per Spir. Sanctum, ſic explicari nequit, quomodo ex corde vivifici illi gemitus oriantur.

Τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ὑμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. ὑπερεντυγχάνειν eſt, quoties quis convenit aliquem ſuper negotio alterius, velut ſi quis adeat Principem, commendaturus negotium amici. Camerarius exponit: *maximè intercedit*. Quidam accipiunt duntaxat ἐνεργητικῶς, ut dicatur *orare* & *gemere*, quia nos orare & gemere facit. Conferenda hîc ſunt invicem Scripturæ dicta, Galat. 4, 6. miſit Deus in corda noſtra Spiritum Filii ſui, clamantem Abba Pater, Roman. 8, 15. In ſpiritu clamamus Abba Pater. Oſtenditur, nos clamare, interpellante Spiritu Sancto, verſ. 26. Galat. 4. 6. Auguſt. epiſt. 105. col. 465. *Spiritus Sanctus interpellat, i. e. nos interpellare facit*. Idem repetit lib. 1. adv. Maximum, non procul ab initio. ſerm. Arian. c. 25. t. 6. p. 671. *(Idem t. 2. de Trinit. & Unit. Dei cap. 3. *Scribitur Spiritus Sanctus gemere pro nobis, i. e. gementes facere.*)* Probant hanc expoſitionem inde, quòd Apoſtolus non dicat, Spiritum ſanctum εὔχεσθαι, ſed ὑπερεντυγχάνει, *interpellat*, faciendo nos interpellare; *orat*, faciendo nos orare; *clamat*, faciendo nos clamare. Interpellat non ἁπλῶς abſolutè & immediatè, per ſe & in propria ſua perſonâ, ſed οἰκονομικῶς καὶ ἐμμέσως diſpenſativè & mediatè, dum preces in nobis format. Chriſtus orat ἱλαστικῶς *mediatoriè*, Spir. ſanctus non mediatoriè, ſed κινητικῶς *effectivè*. Chriſti interceſſio fundata eſt in ipſius paſſione, quod de Spir. ſancti interceſſione dici nequit. Verùm alii de ipsâ Spir. ſancti perſonâ hoc accipiunt, monentes, quòd ſicuti Filio nihil decedit, quòd pro nobis *intercedere* dicitur, v. 34. ita nec Spir. ſancti Deitas imminuatur, cùm poſtulare & gemitus ſuos pro nobis interponere dicitur. Ambroſius in h. l. *Non humanis eloquiis poſtulare pro nobis dicit Spiritum Domini, ſed more naturæ ſuæ. Cùm enim, quod de Deo eſt, Deo loquitur, eo more loquatur neceſſe eſt, quo ille loquitur, de quo eſt: Nemo enim cùm ſuo cive aliâ linguâ loquitur. Superfundit enim ſe precibus noſtris Spiritus datus nobis, ut imperitiam & improvidentiam noſtram*

motu

motu ſuo operiat, & illa nobis à Deo petat, quæ proſint nobis. Vox igitur *Spiritûs*, juxta hos h. l. non ſignificat *donum miraculoſum Spir. Sancti*, ut vult Chryſoſtomus, nec ſignificat *gratiam ſpiritualem*, ut interpretatur Ambroſius l. 3. de Spir. S. cap. 12. ſed ſignificat *ipſam Spiritus Sancti perſonam*, ut Origenes exponit. Interpellat autem pro nobis non ἀνθρωπίνως, humano more ſeſe dejiciendo, ſed θεοπρεπῶς. * (Huc facit obſervatio S. Auguſtin. lib. 2. contra Maxim. cap. 9. quòd *adoratio* fiat cum geſtu tanquam humilitatis ſigno, *precatio* verò aut *rogatio* etiam absque geſtu. quomodo Spir. ſanctus *rogare* aut *interpellare* pro nobis dicitur, licet Patrem non adoret.) * Spiritus ſanctus quoque conſideratur hîc non ratione θεολογίας, quatenus κατ᾽ ἔσω ratione eſſentiæ, perſonæ & attributorum in ipsâ Deitate conſideratur, ſed κατ᾽ ἔξω, ratione οἰκονομίας, ſive officii, quod in nobis & circa nos adminiſtrat. Quæ ut rectè intelligantur, ſciendum, quòd quædam tribuantur Spir. ſancto abſolutè in perſonâ propriâ, quædam relatè, non in propriâ, ſed in noſtrâ perſonâ, idque tum *activè*, ut h. l. tum *paſſivè*, ut Act. 7. *Vos reſiſtitis* &c. * (Atque hanc expoſitionem, quòd ſcilic. Spir. S. orare & gemere in piis dicatur, quia nempe orandi & gemendi affectum & δύναμιν excitet, cùm ſit *Spiritus gratiæ & precum*, Zach. 12, 10. amplectitur quoque B. Par. Dispp. Iſagog. pag. 342. Dn. D. Calov. in Exam. Libb. Crellii de Uno Deo §. 699. D. Glasſius Gr. S. pag. 291. qui omninò hîc videndus. it. Camero in Myroth. Ev. ad Johan. 14, 16. Rivetus Comm. in Pſalm. 2, 4. Unde ineptè ex interpellatione hac Spir. ſancti veram Deitatem Photiniani impugnant.) *

v. 27. Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.

ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας &c. Quamvis cordis noſtri anguſtias non poſſimus verbis ſatis eloqui, Deus tamen interiores cordium noſtrorum gemitus à Spir. S. excitatos intelligit.

κατὰ τὸν θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. Secundùm Deum interpellat pro ſanctis, id eſt, docet ſanctos precari ex Dei voluntate, 1. Johan. 5, 14. Lutherus: Er vertrit die Heiligen nach dem/

das Gott gefellet. Ergo *ſecundùm Deum* eſt, ſecundùm Dei voluntatem.

v. 28. οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν.

οἴδαμεν γάρ. Unde hoc didicerat Apoſtolus? 1. ex privata Chriſti in tertio cœlo inſtitutione. 2. ex Moſis & Prophetarum lectione. 3. ex exemplorum obſervatione.

Omnia ſimul adjumeno ſunt in bonum. 1. Omnia Dei opera, Pſal. 25, 10. ad has ſemitas etiam pertinet via iræ. 2. omnia Satanæ ſtratagemata, ſive ob peccata, ſive ad peccata nos tentet. 3. omnia hominum conſilia, Geneſ. 50. 20. 4. omnia afflictionum genera, 2. Corinth. 4, 27. 5. mors denique ipſa, quippe quæ eſt plena peccatorum mortificatio tum in corpore, tum in animâ. * (Imò ipſa quoque *peccata infirmitatis* homini pio ac Deo diligenti cooperantur in bonum, juxta S. Bernhardum ſerm. de fallac. præſentis vitæ, ac B. Lutherum Comm. in Gen. cap. 20. pag. 268. Adſcribitur verò tum his tum diaboli tentationibus ac pravorum hominum conſiliis συνεργία in ſalutem electorum, non ex naturâ ſuâ, vel ex *propriâ intentione*, ſed ex clementisſimâ *Dei directione*; non ut *cauſa propria*, ſed ut *cauſa per accidens*. cauſa enim per ſe eſt Dei gratia, quæ efficit, ut afflictiones piis ſint ſalutares, & ad Deum quærendũ eosdem extimulent, cùm contra afflictiones *ex ſe* potiùs ad indignationem homines cõmoveant. Id quod S. Chryſoſtomus declarat exemplo Medici, cujus ſolertia ex veneno facit medicinam. Confer. B. D Glaſſ. Gr. S. pag. 299.) *

εἰς ἀγαθόν. tantum abeſt, ut adverſa impediant ſalutem, ut eandem potiùs promoveant.

κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς. Πρόθεσις illa in Evangelio manifeſtatur, quòd perſeveranter in Chriſtum credentes Deus velit ſalvos facere. Propoſitum illud in Deo electionem noſtram totumque ſalutis noſtræ negotium ex noſtrâ parte merè gratuitum facit.

v. 29. Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.

ὓς προέγνω. Piſcator dicit, intelligendam eſſe *πρόθεσιν* ſive *decretum Dei*, quod probare conatur ex Rom. 11, 2. Actor. 2, 23. Epheſ. 1, 5. 1. Pet. 1, 20. Paræus itidem vult, *præſcientiam poni pro electione.* Toſſanus ita exponit: *quos prævidit*, id eſt, *quos ab æterno pro ſuis agnovit ac dilexit*, 2. *Timoth.* 1, 19. Reſp. Quamvis verba notitiæ connotent phraſi Ebræâ cordis affectum, tamen hoc loco non habetur ſimplex verbum *ἔγνω*, ſed compoſitum *προέγνω.* reſpectum igitur habet ad divinam præſcientiam, quæ includit prævifionem fidei. * (Electi enim ſumus in Chriſto, Epheſ. 1, 4. præcognito quippe ante jacta mundi fundamenta, & quidem fide apprehenſo, 2. Theſſ. 2, 13. Rejicitur igitur abſolutum electionis & reprobationis decretum.) * Præterea ſi accipi deberet de *προθέσει*, ſtatueretur in verbis Apoſtoli *ἀδολεσχία.* Loca à Piſcatore adducta non probant, ad quod probandum adducuntur. Auguſt. ſoliloq. cap. 28. *Quem Deus prædeſtinavit ante mundum, vocavit de mundo, juſtificavit in mundo, eum certò magnificabit poſt mundum.*

Ut fiant conformes imagini Filii Dei. Primò quidem in cruce, deinde verò in gloriâ, Johan. 17, 22. * (Conf. Luc. 24, 26. cum Actor. 14, 22. 1. Johan. 3, 2. add. not. ſuprà ad cap. 4, 4.) * Hilarius in c. 10. Matth. p. 368. *Gloriæ loco amplectendum, ſi Domino noſtro vel paſſionũ conditionibus adæquemur.* Cõformitas imaginis Filii Dei reſpicit imaginẽ & gloriæ & ignominiæ; lucis & crucis: interim eſt conformitas *ſimilitudinis*, non *æqualitatis.* * (Licet verò etiã in virtutibus, puta humilitate, manſuetudine, ſanctitate, charitate &c. Chriſto conformes fieri debeamꝰ, Matth. 11, 29. Joh. 13, 34. 35. minimè tamen hinc inferendum, *juſtos nos fieri per inhærentem juſtitiam.* Prout quidem Becanus lib 1. Man. Controv. cap. 16. qv. 3. §. 5. ex h. l. evincere ſatagit. ſecutus Bellarm. l. 2. de Juſtif. cap. 3. Etenim licet regenerationi ac juſtificationi renovationem & ſanctificationem, fidei Bona opera indivulſo nexu eſſe conjuncta, adeoque neceſſaria etiam homini juſtificato B. O. eſſe profiteamur, quâ de re prolixè agit B. Par. Confeſs. Cathol. art. 23. cap. 6. §. 1. negatur tamen, quòd propter illa B. O. homo juſtificetur ſeu juſtus fiat. ratio eſt, quia Scr. Sac. diſertè docet, nos ſine B. O. juſtificari, Rom. 3, 20. cap. 4, 2. Gal. 2, 16.

Epheſ.2,8. Tit.3,5. Philip.3,9. it. gratis nos juſtificari, Actor.15, 10. Rom.3,24. ſiquidem opera noſtra ſunt imperfecta ac peccatorum reliquiis contaminata, ut ita in rigoroſo Dei judicio ſubſiſtere nequeant &c. Sed inſtat Bellarminus: *Si Chriſtus non eſt juſtus per imputationem, ſed per inhærentem juſtitiam, ſequitur, quòd etiam nos dum conformandi illi ſumus, debeamus juſti eſſe per juſtitiam inhærentem, non per imputationem.* Verùm negatur conſequentia. non enim legitima eſt conſequentia à re ad rei modum. Sequeretur enim aliàs, quòd ceu Chriſtus juſtus eſt originaliter, independenter & immutabiliter, ita quoque nos juſti eſſe debeamus. Contra Pontificiorum autem accuſationem, quòd ſtatuamus, *etiam in ipsâ juſtificatione, imò poſt juſtificationem manere nos immundos & inquinatos in nobis ipſis,* notandum, quòd expresſis verbis doceamus, licet ſolâ fide juſtificemur, fidem tamen juſtificantem nunquam eſſe ſolam, ſive â B. O. ſeparatam. unde etiam porrò ſtatuimus, licet B. O. non ſint neceſſaria *ratione efficientiæ* ſive ad ſalutē efficiendam, neceſſaria tamen ea eſſe, *ratione præſentiæ*, ita ut neceſſe ſit, eum, qui ſalvandus ſit, benè operari. Quando quidam noſtratium dicunt, *hominem juſtificatum etiam poſt juſtificationem in ſe manere immundum,* hoc non aliter intellectum volunt, quàm quòd omnis noſtra juſtitia imperfecta ſit, quippe adhærentibus peccatorum reliquiis contaminata: quam ipſam etiam ſententiam è Scr. Sac. cumprimis ex Eſ.64,6. Job.15, 15. Pſalm.19,13. Pſal.130,2. 1.Reg.8,16. Rom.7,21. 2.Corinth. 4,16. prolixè probat B. Par. Confeſſ. Cathol. art.23. cap.8. §.1. Quemadmodum verò juſtificatio noſtri non conſiſtit in juſtitiâ inhærente: ita multò adhuc minùs æterna ad ſalutem electio ſeu prædeſtinatio ex prævifis hominum meritis facta eſt, quod Pontificii volunt, idque ex hoc loco inter alia probare conantur, ceu apud Greg. de Valentia & Becanum videre eſt. Etenim Deus homines nō elegit ad vitam æternam *propter* conformitatē imagini Filii Dei, ſed quos præſcivit (nempe finaliter in Chriſtum credituros) hos & prædeſtinavit *fieri conformes* imagini Filii ſui, juxta Thom. de Aquino in hoc loco. Cui conſentanea Cardin. Franc. Toleti expoſitio eſt, quòd nempe Deus præſcitos deſtinave-

naverit ab æterno, *ut eſſent conformes* Filii ſui imagini. Conf. plura huc fac. apud B. Par. *C. C.* art. 22. cap. 2. *ſ.* 2. reſp. ad argum. 1. Multò minùs admittendus *Photinianorum* error eſt, *quòd Chriſtus propterea ſaltem paſſus fuerit, ut exemplo ſuo ſalutis viam nobis præmonſtraret*, ſive *ut conformes reddamur ipſius imagini*, ſive *quòd propterea pati ac reſuſcitari voluerit, ut fideles certiores redderentur, ſi paſſi fuerint propter nomen Chriſti, ſeſe pariter etiam à morte excitatum iri, minimè verò, ut pro peccatis noſtris ſatisfaceret*, ceu habent Fauſtus Socinus lib. 1. de Chriſto Servatore cap. 1. ſeqq. Mich. Schäfferus in Tr. Germ. de quæſt. An Chriſtus ſeipſum reſuſc. pag. 23. ſeqq. Etenim quòd Chriſtus ita paſſus fuerit ac mortuus, ut pro peccatis noſtris ſatisfaceret, ſatis clarè Scr. S. docet. Vid. Eſai. 53, 5. Hoſ. 13, 14. Timoth. 2, 16. Rom. 3, 24. 25. cap. 4, 10. 1. Joh. 2, 2. cap. 4, 10. Conf. Anal. ad Matth. 20, 28. cap. 26, 28.) *

Ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres, ut multos haberet fratres cœleſtis hæreditatis, & gloriæ ſuæ conſortes, ita tamen, ut ipſe tanquam caput & primogenitus primatum in omnes obtineat, Ebr. 1, 6.* (Atq; hinc patet, in quibus Deus velit fideles Chriſto conformes fieri, nō in juſtitiâ inhærente, ita ut per eam juſtificentur, ſed in υἱοθεσίᾳ, ceu ipſi Jeſuitæ Pererius & Iuſtinianus h. l. exponunt, vel in *gratia & patientia* ac *ſeqvutura gloriâ*, juxta Cajetanum, Vaſq., Eſtium ac Corn. à Lapide. Vid. B. Par. Conf. Cath. art. 23.) * Ambroſius h. l. *Rectè primogenitus, qui ante omnem creaturam non factus, ſed natus eſt; ad cujus exemplum Deus homines in filios ſibi adoptare dignatus eſt. Eſt & primogenitus in regeneratione Chriſtus: eſt & primogenitus ex mortuis, cujus natura ignoratur. Eſt & primogenitus poſt victoriam adſcendens in cælos.* * (Cyrillus l. 2. adverſ. Neſtor. cap. 12. Chriſtum reſpectu generationis ſecundùm divinam naturam dici putat *unigenitum*, reſpectu carnis verò *primogenitum*. Et cap. 8. ſcribit idem: γέγονε πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, ὅτε καὶ ἄνθρωπος πέφηνε καθ' ἡμᾶς. Diciturquoque primogenitus ex mortuis Coloſſ. 1, 18. quia primus, imò ſolus propria virtute ex mortuis reſurrexit. Confer plura huc facientia in Analect. ad 1. Iohan. 4, 9.) *

*(*Fratres.* Etenim cùm per Chriſtum, qui per adſumtionem humanæ naturæ frater noſter factus eſt, fide apprehenſum conſequamur υἱοθεσίαν, Iohan. 1, 12. ac ceu promogeniti cœlis inſcribamur, Ebr. 12, 23. per hoc ipſum & illius fratres reddimur, Pſalm. 22, 23. Ebr. 2, 11. 12.)*

v. 30. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε.

* (οὓς προώρισε, *quos præſcivit*, id eſt, *quos in Filium* perſeveranter *credituros præſcivit*, ut exponit S. Auguſtinus.) *

*(*eosdem & vocavit.* Sermo hîc eſt de vocatione ſpeciali, quæ ſolis credentibus competit, Conf. Ioh. 17, 20. Act. 13, 48. 2. Theſſ. 2, 13. Unde minimè ex hoc loco Huberiana Electionis univerſalitas probari poteſt, cùm hæc vocatio, de quâ hîc ſermo eſt, non ſit univerſalis, quia non omnes vocati vocationi actu obediunt. hîc verò intelligitur vocatio cum obedientia conjuncta. Deinde ſciendum eſt, quòd hoc loco non ſit ſermo de *vocatione* ab æterno *decreta*, quæ utique electionem ordine antecedit, ſed de *vocatione in actum deducta.* Unde minùs rectè Calviniani, vid. D. Crocius in Defenſ. part. 2. converſat. Pruten. cap. 11. pag. 301. ex hoc loco colligunt, *quòd electio non ſit facta intuitu fidei, eò quòd prædeſtinatio ſit prior vocatione, juxta adſertionẽ Pauli hoc loco. Si verò prior vocatione, ergo quoque prior fide, idque non ſolùm ratione realis exiſtentiæ, ſed etiam in mente Dei: ſiquidem fides non niſi à vocatione efficaci conferatur*, ut habet collectio Crocii. Verùm licet facilè largiamur, quòd vocatio ſit prior fide, idque non ſolùm ratione realis exiſtentiæ, ſed etiam in mente Dei, quippe cùm fides non niſi ex auditu ſit, Rom. 10. (puta in adultis,) auditus verò per verbi prædicationem ſive per vocationem: negamus tamen, quòd prædeſtinatio etiam in mente Dei prior ſit vocatione ſive vocationis prævíſione, h. e. qua ea ab æterno decreta eſt. nec contrarium ex h. l. evinci poteſt, cùm ſermo hîc Apoſtolo ſit non de fidei vel *vocationis* ab æter. factâ *prævíſione*, ſed de *prædeſtinationis*, intuitu perſeverantis in Chriſtum fidei ab æterno factæ, *temporali* ſive prout in tempore per vocationem, juſtificationem & glorificationem fit, *executione.* Senſus enim hujus loci eſt. Quos

Deus

Deus ab æter. prævidit in Chriſtum credituros, per verbi ſcil. prædicationẽ vocandos, hos etiã actu in tẽpore vocavit, juſtificavit &c. Cœterùm de fide ab æt. præviſa & elect. ordine antevertente teſtantur dicta 2. Theſſal. 2, 13. 1. Petr. 1, 1. 2. Quando autem dicimus, quòd h. l. ſerm. ſit de vocatione ſpeciali, ſive quat. finaliter in Chriſtum credentibus competit, minimè hoc volumus, quòd ex intentione Dei vocatio particularis ſit. imò ſicuti miſericordia Dei in ſe ſpectata univerſalis eſt, ita quoque talis eſt vocatio, Matth. 22, 1. cap. 28, 19. fit autem particularis propriâ hominum culpâ. vid. Proverb. 1, 24. Matth. 23, 37. Iohan. 3, 19. Luc. 7, 30. add. Analect. ad Matthæi l. c. it. ad cap. 11, 28. Coloſſ. 1, 23. Conf. omninò hîc B. D. Fevvrb. Synt. Theol. 2. diſſert. 21. §. 21. 22. 34. 35.) *

Quos vocavit (intelligitur *vocatio* cum termino ad quem, ſcil. *cum acceptatione*, ex parte vocatorum) *hos juſtificavit*, per fidem ſcil. in Chriſtum. *Quos juſtificavit, hos glorificavit*, ſc. *profectu virtutum* & *æternâ beatitudine*, ut exponit Anſelmus in Comm. h. l. *per donorum largitiones*, ut exponit Chryſoſtomus hom. 15. ad Rom. col. 176. per *chariſſimata* & *filiorum adoptionem*, ut exponit Theodulus. Aurea illa ſalutis catena ab æterno in æternum ſe extendit. Principium ejus eſt noſtra dilectio, finis noſtra glorificatio. has duas catenæ extremitates Deus firmiſſimè in ſuâ manu tenet, duos verò intermedios annulos, vocationem ſcil. & juſtificationem, è cœlo in terram demiſit. Hos qui ſeriò apprehenderit, de reliquis etiam duarum extremitatum annulis certus eſſe poterit. Monſtrat Apoſtolus ordinem, quo Deus electionem ab æterna factam deducat in actum, partim in tempore hoc præſenti, vocatione & juſtificatione, partim in futuro ſeculo æternâ glorificatione. Auguſt. ſerm. 16. de verb. Apoſt. col. 339. *Prædeſtinavit nos, antequam eſſemus; vocavit, cùm averſi eſſemus; juſtificavit, cùm peccatores eſſemus; glorificavit, cùm mortales eſſemus.* Bernhardus de verbis Sap. 5. *In prædeſtinatione eſt gratia, in vocatione potentia, in juſtificatione lætitia, in magnificatione gloria.* Idem: *Regnum Dei conceditur, promittitur, oſtenditur, & percipitur. Conceditur in prædeſtinatione, promitti-*

mittitur in vocatione, oſtenditur in juſtificatione, percipitur in glorifi-catione. * (Cœterùm gradationis hujuſmodi exempla alia col-legit Gatak. in Cinno cap.1) *

* (*Quos juſtificavit, hos & glorificavit.* Magno niſu ex his ver-bis Wendelinus Exerc. 128. §. 1. ſeqq. evincere conatur, quòd ſubjectum ſanctificationis ſaltem ſit homo electus, eò quòd illi ac ſoli juſtificentur, juxta Apoſtol. hoc loco, qui glorifican-tur. *Atqui*, ſubſumit W., *ſoli electi glorificantur. E. quoque ſoli ſanctificantur & juſtificantur.* Reſpondit v. Autor Animadv. inter alia, *Apoſtolum non loqui hîc de omnibus juſtificatis, ſed tantùm de ju-ſtificatis, ad extremum usq; vitæ halitum in juſtitiâ & fide præſervan-tibus.* Regerit W. *Apoſtolum non noſſe juſtificatos, niſi perſeve-rantes.* Probare hoc VV. conatur tum adſertis quorundam ve-terum Lutheranorum, *qui electos ſaltem credere affirmant*, tum *quòd nulla eſſet Apoſtoli conſolatio, ſi aliqui ex juſtificatis non perſeve-rarent.* Reſp. quod attinet ſententias veterum Lutheranorum, utique de fide perſeverante ſolùm loqvuntur, quam ſolis electis competere, utrâque & ipſi largimur manu. Quòd verò & πρόσ-καιροι, hoc eſt ad tempus ſaltem credentes dentur, minimè illi negant, quia Scr. Sac. idipſum diſertè affirmat, ceu patet ex Luc. 8, 13. Quòd verò W. adjicit, *nullam eſſe Apoſtoli conſo-lationem, ſi aliqui ex juſtificatis non perſeverarent*, falſum eſt. Quid enim opus eſſet admonitionibus Apoſtolicis, 1. Corinth. 10, 12. Philip. 2, 12. ſi omnes juſtificati ita perſeverarent, ut impoſſibile ſit, quoſdam fidem amittere. Deinde ſi vera eſſet adſertio illa VVendelini, *quòd nulla eſſet Apoſtoli conſolatio, ſi aliqui ex juſtifi-catis non perſeverarent*, ſequeretur etiam, itidem nullam eſſe Apo-ſtoli conſolationem, ſi aliqui ex vocatis non perſeverarent. At-qui firma eſt manetque Apoſtoli conſolatio, licet multi ex vo-catis non perſeverent. quia Apoſtolus ubique includit homi-nis obedientiam & perſeverantiam. Neque enim Scr. Sac. ex abſoluto quodam decreto electionis certitudinem deducit, ſed cum fiduciali electionis certitudine filialem timorem conjun-gendum eſſe docet, ceu patet ex all. dictis, add. Ebr. 10, 38. 2. Pet. 2, 20. 2. Timoth. 2, 19. &c. Rectè tandem monet Autor anim-adverſ.

ad verſ. quòd ſicuti ex gradatione Apoſtolica non licet colligere: Quicunque glorificantur, illi etiam vocantur. Soli electi glorificantur. E. ſoli electi vocantur. Cùm concluſio ſit expreſſiſſimè contra univerſalem Dei vocationem: Simili modo nullâ planè conſequentia inferatur: Q. glorificantur, ii juſtificantur. At ſoli electi glorificantur. E. ſoli electi juſtificantur. Reſpondet W. *veriſſimam eſſe concluſionem de vocatione ſecundùm propoſitum, ac diſtinguit porrò vocationẽ in externam, quæ electis & reprobis communis ſit, & in internam, quæ ſolis electis competat, & de hac poſteriori Apoſtolum hîc loqui monet.* Reſp. ut ut falſa ſit adſertio illa, quòd vocatio ex intentione Dei duplex ſit, interna ſcil. & externa, nempe quòd Deus aliquos ſaltẽ ſeriò vocet, reliquos verò & quidem plurimos ex abſoluto quodam decreto non ſeriò ac internè, ſive eâ intentione ac voluntate, ut credant ac ſalventur. Contrarium enim patet ex illis Script. Sac. oraculis, ubi de hominibus conqueritur Deus, quòd nolint vocationi obtemperare, Proverb. 1, 24. Rom. 7, 14. Ezech. 33, 11. Matth. 23, 37. Luc. 7, 30. Actor. 7, 51. cap. 13, 36. Conf. omninò contra diſt. illius nullitatem Dnn. Theol. Marpurg. in Fundam. quia tamen aliquo modo diſtinctionem inter vocationem Deduct. contra Caſtellanos pag. 308. ſeqq. divinam admittimus, ſi nempe rectè explicetur, ita ſcil. quòd hominum alii vocationem divinam (quæ in ſe ſpectata & ex intentione Dei apud omnes efficax eſſe debebat, & eſt quoque, niſi apud illos, qui contumaciter reſiſtunt) admittant, & in verâ fide, quam per verbi prædicationem & auditum acceperunt, perſeverant; alii verò vel vocationem contemnant, vel licet ad tempus credant, iterum propriâ ſuâ culpâ fidem amittant. inde reſpondemus porro 1. κατ' ἀλήθειαν. Si non obſtante hôc, quòd multi vocati, ſcil. qui vel vocationem non admittunt, vel ſaltem ad tempus credunt, adeoque non perſeverant, non glorificantur, firma tamen manet conſolatio Apoſtolica, quâ ex vocatione, nempe admiſſâ & cum perverſeverantiâ fidei conjunctâ, colligit ſalutis certitudinem ac futuram glorificationem, ſequitur, quod itidẽ non obſtante hoc, quòd multi juſtificati ſc. non perſeverantes, non glorificantur, firma tamen maneat conſolatio

Apoſtolica, quòd juſtificati perſeverantes glorificandi ſint. 2. κατ' ἄνθρωπον & ex W. hypotheſi, licet falsâ illâ ac Scripturæ Sac. contraria. Si non obſtante hoc, quòd multi vocati, illi ſcilic. qui externè ſaltem vocati ſunt, non glorificantur, firma tamen manet conſolatio Apoſtoli, quòd internè vocati ſint glorificandi, ſequitur, quòd etiam non obſtante eo, quòd multi juſtificati, nempe ad tempus ſaltem credentes, nec in verâ fide usque ad ultimum vitæ halitum perſeverantes, ſalute æternâ propriâ ſuâ culpâ, excidunt, nec glorificantur, firma tamen maneat conſolatio Apoſtoli, quòd omnes juſtificati perſeverantes ſint glorificandi. Facilè proinde VVendelino Exerc. 71. §. 3. largimur: imò etiam contra Huberum defendimus, vid. B. D. Gerlach. t. 1. Diſpp. p. 763, quòd Apoſtolus h. l. non loquatur de vocatione in genere, ſed de vocatione cum fidei obedientiâ & perſeverantiâ conjuncta, ſive quæ ſecundùm propoſitum Dei fit. negamus verò, quòd propoſitum ſive decretum Dei, quo ab æterno decrevit, ſalvare in Chriſtum credentes, ſit abſolutum, ſive πρόγνωσιν fidei excludens, imò potiùs electio facta eſt κατὰ πρόγνωσιν, ceu diſertè docet Apoſtolus v. 28. Quoscunque igitur Deus præſcivit, divinam vocationem admiſſuros, inque verâ fide perſeveraturos eſſe, illos ad vitam æternam elegit. Non autē ſeqnitur. non omnes vocati divinam vocationem admittunt, inque fide verâ perſeverant, E. Deus illos non vocavit eâ intentione, ut vocationē admitterent & in verâ fide perſeverarent: ſed hoc ſaltem ſequitur, E. Deus illos, utpote quia propriâ ſuâ culpâ vel vocationi divinæ malitiosè repugnaturos, vel itidem ſuâ culpâ non perſeveraturos præſcivit, minimè verò quia nunquam ſeriò vocare vel fidem eis dare voluit, reprobavit, nec ad vitam æternam elegit. Quòd igitur non omnes vocati glorificentur, illius ſanè rei cauſa non quærenda in abſoluto quodam reprobationis decreto eſt, ſed vera hujus rejectionis ab æterna glorificatione cauſa eſt, quia audire illi nolunt, Matth. 23, 37. vel quia πρόσκαιροι ſunt, propriâ ſuâ culpâ à fide deficientes. E contra verò manet conſolatio Apoſtoli firmisſima, quòd Deus omnes illos, qui vocationem admittunt, inq; verâ fide usque ad

finem

finem perſeverant, juſtificare, contra omnes Satanæ ac mundi inſultus tueri, ac tandem æternum glorificare velit. Sed pluribus de hâc de re alibi.)*

Hos & glorificavit. Partim jam glorificavit, 2.Corinth. 3, 18. partim verò glorificabit, Epheſ.5,27. Philip.3, 21. Toſſanus ita exponit: *certè illis promiſit, quòd in futura vitâ eos velit glorificare.* Quinimò in Chriſto capite jamdum illos glorificavit. * (Conf. 2.Corinth.3, 18. 1. Petr. 4, 14. utitur igitur Apoſtolus Aoriſto pro futuro, quò videl. ſumma futuræ glorificationis certitudo indicetur, non aliter, ac ſi jam tum conſidamus cum Chriſto in cœleſtibus, Epheſ. 2, 6. Simile exemplum habetur Johan.15,6. Conſiſtet verò glorificatio illa, piis promiſſa & olim complenda, 1. in perfectâ ab omnibus hoſtibus ac malis liberatione, Apocal.21,4. 1.Corinth.15,54.55. 2. in veræ vitæ perfruitione. 3. in perfectâ Dei cognitione, ſeu beatifica Dei viſione, Johan. 17, 3. 1.Corinth. 13, 9. 10. 11. 4. in perfectâ juſtitiæ amiſſæ reſtitutione, 2.Pet.3,13. Actor.3,21. Confer. Pſal. Pſal. 27,1.2. Pſal.56,12. 5. in ſuaviſſima cum Chriſto, Angelis ac beatis converſatione. 6. in plurimorum donorum collatione &c.) *

V. 31. Τί ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν.

Si Deus pro nobis. Ambroſius h. l. *Deus pro nobis, ut prædeſtinaret nos. Deus pro nobis, ut magnificaret ſive glorificaret nos.* Si Deus pro nobis, quis contra nos? Si Deus in his omnibus pro nobis eſt, quis nobis vult adverſari? paret ſe, ſi poteſt bellare adversùs Deum, non enim lædit nos, niſi qui Deum vincit. Et quis eſt, qui vicerit omnipotentem? Quicunque reluctari voluerit, ſibi nocet. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Etiamſi totus mundus contra nos inſurgat & omni genere tormentorum in nos ſæviat. quid totus mundus cōtra nos, quando pro nobis eſt, per quem factus eſt mundus? Quid eſt omnis, qui Deo nititur reſiſtere, paranti nos ad regnum perducere? * (Elegans quoque eſt obſervatio B. D. Glasſii in Gr. S. pag. 557. quòd cùm præpoſitio ὑπὲρ aliquando in Scr. S. ἐξοχικῶς & μονοτρόπως notet illud commodum, quod Chriſtus Salvator noſter ſanctiſſimo

 ſuo

ſuo merito hominibus præſtat, ceu patet ex Johan.6, 51. Rom.5, 8. c.8,32. c.14,15. 1.Cor.15,3. 2.Cor.14.15. &c. etiam hoc loco eò reſpectus habeatur, adeoque ſenſus h. l. ſit. Si Deus à noſtris ſtat partibus, ſi clementisſimus Pater noſter eſt, per Chriſtum nempe fide apprehenſum nobis reconciliatus.)*

v. 32. Ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;

(τοῦ ἰδίου υἱοῦ. Appellatione ἰδίου Chriſtus à filiis Dei adoptivis diſtinguitur, quod ſit naturalis & unigenitus. Confer. Johan. 1,18. cap.3,16. 1.Johan.4, 9. cap.5, 18. Pſal.2,7. Pſal.72,17. Prov. 8, 24. ex quibus Script. Sac. oraculis cum præſenti dicto collatis facilè apparet, quàm frivolæ ſint exceptiones Socinianorum ad h.l, quas etiam prolixè jampridem noſtrates diſcuſſerunt. Vid. B. D. Tarnovius lib. de SS. Trin. pag. 361. ſeqq. B. D. Fevvrb. AntiQſtor. Disput. 7. §.2. ſeqq. B. Par. Dispp. Iſag. disput. 5. §.34.) Porrò ſi Deus *proprium Filium* pro nobis in mortem tradidit, ſequitur, quòd Chriſtus ſit juſtitia noſtra non ſecundùm humanam ſaltem, ſed etiam ſecundùm divinam naturam. Confer. ſuprà cap.5, 10. Galat. 4, 4. 1. Johan. 3,8. Pulcrè S. Auguſtinus lib. 9. de C. D. cap. 15. *Quærendus eſt Mediator, qui non ſolùm homo, verùm etiam Deus ſit.* Idem homil. de Ovibus: *Non eſt Mediator homo extra divinitatem. Nam divina humanitas, & humana divinitas mediatrix eſt.* Contra Pontificios, blasphemiã appellantes, *quòd Chriſtus ſecundùm utramq; naturam ſit Mediator noſter*, ceu videre eſt apud Piſtorium in Hodeg. pag. 161. aliosque. Quos contra prolixiùs veritatem noſtram defendentes. vide B. D. Hutter. in Expl. F. C pag. 273. ſeqq. B. Par. Confeſſ. Cathol. artic. 2. cap.4. §.1. B. D. Fevvrb. Synt. Theol. 1. p. 564. 565.

* (ὑπὲρ. Vid. quæ contra Photin. errorem obſervanda, ſuprà ad c.5,6.)*

* (πάντων. vid. ſuprà p. 249. quæ huc transferri debent, minùs rectè ibi inſerta.)*

Παρέδωκεν αὐτὸν. Tradidit Chriſtum Pater ob amoris vehementiam, Judas ob avaritiam, Pontifices ob invidiam, Pilatus ob

ob humanam complacentiam. * (Ita v. Pater dedit nobis Filium, h. l. it. Iohan. 3, 16. ut tamen ſimul etiam ipſe Chriſtus ſeſe pro nobis dederit, Galat. 2, 20. 1. Timoth. 2, 6. Conf. de multiplici Chriſti traditione B. Par. Homil. Academ. part. 1. pag. 516. it. Harm. Evang. edit. noviſſ. p. 942. 1764. 1765. Dispp. Elencht. p. 466. Add. etiam Anal. ad Matth. 26, 2. Tradidit autem Deus Pater Filium ſuum in paſſionem acerbiſſimam, Geneſ. 4. 19. Eſ. 63, 3. Matth. 20, 19. Luc. 22, 44. in mortem innocentiſſimam, Luc. 23, 14. 41. & in crucem ignominioſiſſimam, Deut. 21, 23. Galat. 3, 13.)*

* (Σὺν αὐτῷ. De perverſione Crellii Photinianâ hujus loci videatur Dn. D. Calovius in Exam. libb. Crellii §. 651. ſeqq.) *

Πάντα. ad ſalutem ſcil. neceſſaria. * (Pulcrè S. Ambroſius, vel quicunque autor Comm. Ambr. adſcriptorum, in h. l. *Minus eſt, omnia nobis cum illo dare, quàm illum noſtri causâ in mortem tradere.* Conf. omninò B. Par. Hom. Acad. part. 1 p. 235.) *

* (χαρίσασθαι. non ſolùm notat *donare*, ſed etiam condonare, remittere &c. ceu patet Col. 2, 13. ubi vid. Anal. ad morem ſc. Ebr. חסר.) *

V. 33. Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; θεὸς ὁ δικαιῶν.

Τὶς ἐγκαλέσει. ἐγκαλεῖν propriè ſignificat in jus vocare, ſive crimina intentare.

V. 34. Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.

Quis ille, qui condemnet? Per gradationem aſcendit ad majora. Chriſtus non ſolùm mortuus eſt pro nobis, ſed etiam reſurrexit, ſed etiam conſedit ad dextram Dei, ſed etiam interpellat pro nobis.

* (μᾶλλον δὲ ἐγερθεὶς, vid. not. ad c. 4, 25. p. 155.) *

ὃς καὶ ἐντυγχάνει. Theophylactus ἐντυγχάνειν exponit *legatione pro nobis fungitur.* Ambroſius: *Chriſtus ſemper cauſas noſtras agit apud Patrem.* Gregorius Nazianzenus ſerm. 2. de Filio: *Advocatum habemus Jeſum, non ut noſtrâ causâ ſe ad Patris pedes advolventem, ſerviliquе modo abjicientem, procul ſit iſta ſervilis ſanè ſuſpicio, ſpirituque indigna.* Conf. omninò quoque Damaſcenus lib. 3.

Orth. Fid. cap. 24. *Chriſtus in cœlis pro nobis orat, non ſolùm tacitè repræſentans carnem ſuam in cruce oblatam, verùm & expreßè, quamvis negarent aliqui.* Rupertus lib. 9 de off. divin. cap. 3. & Alexander Alenſis pag. 4. qv 91. *non quòd geſtum illi tribuamus ſingularem, aut Patris genibus advolutum, ut quondam in terris, orare credamus, ſed quia tum merito & virtute mortis ſuæ ſive pretio redemtionis, quod ſemper recens eſt coram Deo, & in quod reſpiciens Pater ſuos exaudit, tum preces noſtras offerendo*, Zach. 1, 12. Apocal. 8, 3. *& intercedendo pro nobis interpellat.* * (Talis verò interpellatio cùm æquali etiam competat apud æqualem, nec neceſſariò requirat, ut ille, qui intercedit, inferior ſit eo, apud quem intercedit, rectè docent noſtrates Theologi, quòd *Chriſtus ut Deus & homo, in unitate indiviſæ ſuæ perſonæ in throno Dei Patris apud nos interpellet.* Confer. Ebr. 7, 24. 25. cap 9, 24. 1. Iohan. 2, 1. Contra Pontificios quosdam, uti Thomam 2. 2. qv. 83. art. 10. ad prim. Bellat. l. 1. de Miſſa cap. 9. Piſtorium in Hodeget. c. 6. p. 270. 271. Kellerum tr. 2. Cathol. Papat. art. 7. pag. 356. 357. Quos contra disputantes vid. B. D. Fevvrborn. Synt. Theol. diſſ. 20. §. 29. B. D. Mentzer. Dispp. contra Piſt. D. 6. §. 97. ſeqq. Cumprimis verò evolvatur hîc B. D. König Vindic. Sacrar. Loc. 87. ubi oraculum hoc Apoſtolicum prolixiùs eleganterque exponit, & à falſis variorum interpretationibus vindicat. Auguſt. in Pſal. 94. *Ecce Sacerdotem ſi requiris, ſupra cœlos eſt, ubi interpellat pro te, qui in terra mortuus pro te.*) *

* (Eſt porrò Chriſtus ita noſter Advocatus apud Patrem, ut ei ſoli hoc interceſsionis officium competat, nec alios ipſe Mediatores admittat, quippe cùm ſolus peccata noſtra portarit, ſolusque Deum per ſufficientiſsimum λύτρον placarit. Quàm frivola ſit Pontificiorum hîc diſtinctio inter Mediatorem redemtionis, & interceſsionis, quâ diſtinctione vim noſtrorum argumentorum contra religioſam ſanctorum invocationem infringere ipſi conantur, dudum à noſtratibus oſtenſum eſt. Vid. B. D. Mentzer. l. c. § 88 ſeqq.) *

v. 35. Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα.

Quis

Quis nos ſeparabit &c. Peccata quidem nos à Deo ſeparant, Eſa. 59,2. ſed Chriſtus agnus ille Dei peccata ſuſtulit. *(cujus tamen beneficii non niſi credentes in Chriſtum redduntur compotes. Si quis igitur peccatis contra ſcientiam ac conſcientiam indulget, nec per veram pœnitentiam fidemq; in Chriſtum ad Deum redit, ille utique per peccata à Deo ſeparari poteſt..)* Tribuit Apoſtolus per metaphoram calamitatibus perſonam, ut eas introducat tanquam athletas, qui certent cum credentibus.

ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ χριστοῦ. Corn. à Lapide intelligit de *noſtra caritate*. Verùm agit Apoſtolus de *Chriſti caritate* ſive de caritate, qua Deus in Chriſto nos dilexit, & ad redamandum provocavit. ita enim exponitur verſ. ult. Eſtq; expoſitio illa, quâ ἀγάπη τοῦ θεοῦ exponitur de caritate, quâ Deus nos amat, Toleto *certa, probabilior* Salmeroni, Pererio, Dominico à Soto, Iuſtiniano. Sadoletus utramque eſt complexus. Piſcator exponit *à ſenſu caritatis*. ſed per tentationes ille ſenſus ſæpiùs intercipitur.

θλῖψις *afflictio*, à θλίβειν, quod eſt premere. *(Emphaſin hujus vocis oſtendit B. *Par.* L. de Inferno §. 52.)*

στενοχωρία anguſtia. propriè eſt anguſtia loci, cùm quis à concertante in anguſtias cogitur, ut non poſſit expeditè pugnare.

V. 36. (καθὼς γέγραπται· ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς.)

πρόβατα σφαγῆς phraſi Ebræa dicuntur oves mactationi deſtinatæ.

V. 37. Ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς.

ὑπερνικῶμεν *ſupervincimus*, plusquam vincimus, plusquam victores ſumus: comparavit enim calamitates athletis, cum quibus pugnamus. vel ſupra modum, excellenter & egregiè vincimus.

Per eum, qui dilexit nos. Alius amor Dei generalis, alius fœderalis, alius ſpecialis.

V. 38. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα.

πέπεισ-

πέπεισμαι perſuaſum habeo, certò perſuaſus ſum. Poteſt hîc intelligi & πεποίθησις ſalutis propriæ,& alienæ; illa eſt perſuaſio fidei, hæc caritatis. * (Quòd verò perſuaſio hæc hominis fidelis de ſuâ ſalute non *conjecturalis* ſit, ſed *certa* & *indubitata*, patet, quia 1. oritur ex electione, v.29.`30. 2. nititur Spir. ſancti ſublevatione, v.26. 3. adducitur pro ingeneranda fidelium animis conſolatione. Atque hæc eſt illa παῤῥησία καὶ καύχημα ἐλπίδος, Ebr. 3,6. ſuprà cap.5,1. Urgent verò *P*ontificii contra orthodoxorum ſententiam, quâ ex h. loco concludunt, hominem pium de ſalute ſuâ poſſe eſſe certum, quòd verbum πέπεισμαι h. l. non *fidei divinæ certitudinem*, ſed *perſuaſionem* ſaltem moralem ſive *certitudinem conjecturalem* notet. ita excip. Bellar. l. 3. de Iuſtif. cap. 9. Becanus in Manuali l. 1. de Iuſtif. cap.16. quæſt.7. §.10. *C*oſterus in Enchir. pag. 184 probant, quia alibi etiam, nempe in hâc ipsâ epiſtolâ cap.15,14. it. 2.Timoth. 1,5. in hac ſignificatione adhibeatur. Verùm reſp. 1. diſt. inter πεποίθησιν de aliis, ac de nobis. illa eſt τοπικὴ & *charitatis*, hæc ἀποδεικτικὴ & *veritatis*. 2. non ſequitur igitur, verbum πέπεισμαι, quando de aliis accipitur, non niſi probabilem ſaltem opinionem ſive charitatis perſuaſionem ſignificat, ergò eodem etiã modo exponi debet, quando de nobis uſurpatur. Ratio enim diverſitatis manifeſta eſt, etenim de proximo noſtro non niſi à poſteriori ſive ex effectis, bonis nempe operibus, quam etiam hypocritæ imitari poſſunt, judicare poſſumus; de nobis verò judicare poſſumus à priori. Scimus enim, nos habere fidem, quando nempe in *C*hriſtum credimus: ſed in proximo eſſe, ſaltem putamus, ſive ex effectis colligimus. 3. igitur ſciendum, quòd verbum πέπεισμαι in Script. Sac. adhibeatur vel de *conjecturali perſuaſione*, quomodo illud accipi, dum de aliis ſermo eſt, facilè largimur; atque ita ſumitur non ſolùm in adductis locis, Roman. 15, 14. 2 Timoth. 1,5. verùm etiam alibi, uti Galat.5,10. *P*hil.1,6. Ebr.6,9. &c. vel *de ſpeciali applicatione* ſive *firma certitudine*, quæ nititur Dei promisſione ac Spir. S. interna teſtificatione Quòd verò verbum πέπεισμαι talem certitudinem etiam notet, patet ex Rom.14,14. 2.Timoth.1,12. Atque duplicem hanc dicti verbi ſignificationem ipſimet *P*ontificii

[illegible] agnoſcunt, ceu videre eſt ex Guilielmo Eſtio, Bened. Juſtiniano, aliis in Comm. ad 2. Tim. 1, 12. Conf. plura huc facientia apud B. P. Diſpp. Iſagog. Diſp. 20. c. 9. §. 11. 12. B. D. Walth. in Quadrag. Miſcel. Theol. c. 36.)*

Neque futura. Singulariter obſerva, inter ea, quæ negantur, à dilectione DEI in Chriſto nos ſeparare poſſe, referri etiam futura. Ergo de perſeverantiâ futurâ etiam certi eſſe poſſumus.

v. 39. Οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

Poterit. Non tantùm negantur ea nos diremtura, ſed ne poſſe quidem dirimere. Nam multa negari ſolent futura, quæ tamen conceduntur eſſe poſſe. Sed hîc Paulus utrumque negavit. Itaque ad ſummam confidentiam nihil reliqui fecit. Claudunt hæc verba diſputationem de prædeſtinatione, quæ non erat Pauli peculiare privilegium, ſed commune beneficium omnibus verè fidelibus i. e. per fidem juſtificatis commune.

*(Neque tamen hinc inferri poteſt, cùm pios nihil ſeparare poſſit à charitate DEI, quæ eſt in Chriſto Jeſu, quòd 1. *illi ipſi perfectè legem DEI implere, adeoque vitam promereri æternam poſſint*, quod Jeſuita Becanus in Man. Controv. l. 1. c. 18. q. 1. §. 3 evincere hinc inter alia ſatagit. Conſtat enim, & ex hoc ipſo quoque loco patet, quòd amor ſive charitas DEI, quâ nos proſequitur, non fundetur in noſtrorum operum merito ſive perfectione, ſed in Chriſti merito, ejusque fiduciali apprehenſione. 2. *quod renati nullo modo poſſint excidere gratiâ DEI*, quod Calviniani adſerunt. Etenim contrarium ſatis conſtat, & alibi etiam probatum, vid. Anal. ad Matth. c. 7, 25. c. 26. 31. Diſpp. Iſagog. Diſp. 20. c. 7. §. 10. c. 9. §. 13. Conf. omninò B. D. Sigwartus in Admon. ad Irenic. Parei p. 465. ſeqq. B. D. Affelm. in peculiari diſſert. de Perſever. Sanctorum. Benè igitur B. D. Tarnov. Exerc. Bibl. p. 8. monet, Apoſtolum hoc in præſenti capite velle, quòd is, qui à DEO dilectus

dilectus eſt, non poſſit à DEO ſeparari per externa mala, nec violenter, aut invitus. ex quo tamen non ſequatur, quòd ſeipſum per peccata, tanquam mala culpæ interna & domeſtica, fraudulenter à Diabolo ſeductus & volens ſeparare à DEO homo nequeat.)*

*(*ἡμᾶς nos.* Patet hinc, quòd Apoſtolus in proximè præcedentibus, quando de certitudine ſalutis egit, non de ſe tantùm, ſed de omnibus fidelibus loquatur. Id quod contra Pontificiorum effugium notandum. illi ipſi enim ſentientes vim argumenti, quo noſtrates ex verbo *πέπεισμαι* vera præcedente dubitationem eorum deſtruunt, excipiunt, *Apoſtolum quidem de ſe certum fuiſſe de ſuâ ſalute, ex ſingulari revelatione quâ cùm alii fideles deſtituantur, non poſſe illos eſſe de ſalute, ſuâ certos.* Ac Apoſtolus non de ſe duntaxat, ſed de aliis quoque loquitur, cùm pluralem num. hìc adhibeat. Dubitationi verò de perſeverantiâ rectè opponit ipſe Jeſuita Alph. Salmeron t. 8. tract. 19. p. 149. omnipotentiam ac fidelem curam Salvatoris noſtri, ſalutis noſtræ ſitientisſimi, qui non patietur, nos tentari ſupra id, quod poſſumus. Urget inſuper idem rectisſimè dicta, Philipp. 1, 6. 1. Cor. 1, 8. acconcludit; *Ut glorioſum eſt advocato vincere cauſas ſuorum clientulorum, & Medico ſanare infirmos &c. ita honorificum eſt Domino Jeſu, ſuos ſervare & cuſtodire, qui eſt advocatus noſter &c.)* *

*(*ἀπὸ τῆς ἀγάπης* &c. Conf. ſuprà c. 5, 5. & 8. ac not. ad illos verſ.)*

CAP.

CAPUT IX.

OCcurrit in hoc capite Apoſtolus tacitæ objectioni Judæorum, quòd injuſtus eſſet DEUS, ſi ipſis neglectis gentes gratiæ ſuæ participes faceret, cùm eorum majoribus, Abrahæ nempe ac ſemini ejus, factæ ſint à DEO promisſiones. Reſpondet proinde Apoſtolus 1. ſincerum ſuum erga populum Judaicum affectum exprimendo 2. quinam genuini Abrahami filii ſint explicando. 3. rejectionis Judæorum & vocationis gentium cauſam adducendo, eandemque Prophetarum teſtimoniis confirmando.

V. 1. Ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου, ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Veritatem dico in Chriſto. Quidam ſtatuunt, eſſe formulam jurantis, ut ſit quaſi *νὴ τὸν χριστὸν, ita me Chriſtus benè amet.* 2. Cor. 12, 2. *ἄνθρωπον οἶδα ἐν χριστῷ.* * (Pro juramento etiam è veteribus habent Theophylactus Oecumenius &c. è recentioribus B. Hr. Diſp. Iſag. p. 266. atq; ex eo ipſo inter alia veram Chriſti Deitatem probat. Conf. nonnulla in hanc rem d. l. Conſtat verò ex Gen. 22, 16. ac Joſuæ 2, 12. quòd ב, cui *ἐν* reſpondet, juramenti nota ſit. Eſt verò hoc præoccupatio. Cùm enim de Judæorum rejectione agere conſtituiſſet, proteſtari de ſuo erga ipſos affectu priùs voluit, ne ex odio quodam talia ſcribere videretur.)*

In Chriſto. i. e. tanquam miniſter & Apoſtolus Jeſu Chriſti, à quo doctrinam meam accepi. Origenes ex h. l. occaſionē ſumit quærendi, an etiam ſit aliqua veritas extra Chriſtum.

ſυμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως ἐν πνεύματι ἁγίῳ, intelligit conſcientiam, à Sp. S. illuminatam & gubernatam. Tres ergò producit teſtes 1. Chriſtum. 2. conſcientiam ſuam. 3. Spiritum Sanctum.

V. 2. Ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου.

Αὕτη μοι ἐστι μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. *Eſt perpetuus & indeficiens cruciatus cordi meo.* Metaphora ducta à parturientibus, quarum cruciatus eſt ſummus & indefinens. Cauſa doloris erat incredulitas gentis Judaicæ, quæ erat rejectionis cauſa.

(ἐν πνεύματι ἁγίῳ. eſt juramentum per Spiritum Sanctum, è quo etiam veram Sp. S. Deitatem Theologi intra alia probant. vid. B. Par. Diſpp. Iſag. p. 320.)

v. 3. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα.

Ηὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι. Deeſt ἄν. Hypotheticè verba illius voti accipienda ſunt, ut ſubintelligatur conditio quædam, qualis eſt, *ſi fieri poſſet*, aut, *ſi fas eſſet*, *& ita liceret*, ſi à DEO daretur optio, ut alterutris, vel ſibi, vel ipſis eſſet à Chriſto recedendum. Non id fieri velle ait, quod non debet aut poteſt, ſed καθ' ὑπερβολὴν ἀγάπης, id quod maximum & graviſſimum eſſet, ſi poſſet ac deberet fieri, non recuſaturum ſe pro ſuis indicat. Lutherus: Jch habe gewünſchet/ verbannet zuſeyn. Subintellige, *ſi fieri potuiſſet, ut hâc mea anathematiſatione Iſraeliticus populus fuiſſet ſalvatus.* Exod. 32, 32.

(Hypotheticè dicta verba Apoſtoli accipiunt quoque è veteribus Chryſoſtomus tum h. l tum l. 1. de compunct. cordis it hom. 1 & 2. de laudibus Pauli, Theophylactus, Theodoretus, Anſelmus, Oecumenius, Origenes aliique nonnulli in h. l. è recentioribus, & quidem è Lutheranis B. D. Quiſtorpius Annot. ad h. l. B. D. Glaſſius Rhet. S. p. 477. B. D. Wellerus Annot. ad h. l è Pontificiis Corn. à Lapide, Guilielmus Eſtius, Jacobus Tirinus &c. è Calvinianis, Piſcator, Pareus, alii in h. l.)

Quidam ſtatuunt, Apoſtolum id revera optaſſe, idque in exceſſu caritatis, cùm animum ſuum altiùs in iſtius populi tam exitioſam cæcitatem defixiſſet. Calvinus in Cap. Rom. *Inde fiebat, ut in extremum hoc votum confuſo animo erumperet.* Atqui hâc ratione zelus Pauli non fuiſſet κατ' ἐπίγνωσιν, ſed indiſcretus,

erectus, cùm tamen gravisſimè pronunciet v. 1. *ſe veritatem dicere in Chriſto.* Hieronymus, Anſelmus & Cajetanus in comm. ſtatuunt, *Apoſtolum loqui de eo tempore, quo adhuc erat in Judaiſmo, ac de zelo & amore, quo tunc proſequebatur populum Iſrael & antiquæ legis ceremonias. Tunc enim optabat eſſe anathema & ſeparatus à Chriſto, ut fratrum ſuorum, i. e. Judæorum leges tueretur.* Approbat hanc expoſitionem Becanus part. 1. Theol. Scholaſt. p. 165. * (item Cardinalis Franc. Toletus, ac Gloſſa ordin. Notandum autem quòd non tàm Hieronymi Comm. illi in Ep. Paulinas, ei adſcripti, ſint, quàm Pelagii. Ipſe enim Hieronymus ep. ad Algaſiam de præſenti ſtatu accipit.) * Nam Apoſtolus cap. præced. multa dixerat, quæ videbantur eſſe contra Judæos, & nunc cap. 9. acturus erat de eorum excluſione à gratia Evangelii. Ne ergo putarent, hoc proficiſci ex malevolo animo, adducit naturalem ſuum affectum, quo olim ſuam gentem & ceremonias proſequebatur.

* (Verùm ex addita προσθήκη, *à Chriſto*, manifeſtum eſt, quòd Apoſtolus minimè h. l. loquatur de eo tempore, quo adhuc erat in Judaiſmo: tum enim Chriſtum pro ingenti piaculo ipſe habebat. quale verò, quæſo, ſingularis affectûs ſignum, ſeparari ab eo, quem execrabilem cenſes, & à quo jamtum es ſeparatus.) * Hieronymus ad Algaſiam q. 9. t. 3. op. p. 362. * (it. in Comm. ſuper c. 14. Zach.) * putat, anathema hîc accipi poſſe pro *occiſione corporali*, non pro *exitio mentis*. Verba ejus hæc ſunt: *Vult Apoſtolus perire in carne, ut alii ſalventur in ſpiritu. Vult ſanguinem ſuum effundere, ut multorum animæ conſerventur.* * (id quod ſanè maximum aliàs charitatis indicium eſt, Joh. 15, 13. Cum Hieronymo facere videtur Joan. Camero, in Myrothec. Evang. p. 223. ſcribens, quòd Apoſtolus optarit anathema eſſe; alterum autem, quod ei cohæret, nempe ſeparari à Deo, execratus ſit. Eodem modo, nempe de corporali ſaltem exitio, accepiſſe & Gloſſarum Bibliorum Erneſtinorum ſive Vinarienſium Auctores videntur, conferentes ſiquidem locum hunc Paulinum cum dictis & hiſtoriis Joſuæ 7, 25. 15. 2. Sam. 21, 6. 14. ac Joh. 11, 50. Sic quoque ſtatuere viden-

 tur

tur Dn. Dilherrus Diſpp. Acad. t. 1. p. 734. 735. ex Pontificiis Benedictus Pererius Diſpp. in h. l. & ex veteribus Hilarius in Pſalm. 8. nec non Eucherius in Qq. N. T.) * Sed reclamat huic expoſitioni, quod ſequitur: *à Chriſto.* *(Etenim per martyrium ſive corporale pro fratribus exitium Chriſto potiùs conjungimur, quàm ab eo ſeparamur, Philip. 1, 21. 22. Actor. 21, 13.) * Senſus igitur eſt, *optarim rejectum eſſe à Deo, & exitio ſempiterno deſtinatum.* Eſt enim ἀνάθεμα Ebr. חרם res devota & conſecrata Deo, quæ ſi animata erat, erat immolanda. vid. Joſuæ 10, 35. Ac dictum eſt ἀνάθεμα ἀπὸ τῦ ἀνατεθῆναι. quæ enim gentes Diis ſuis conſecrabant, ea reponebant aut affigebant, aût ſuſtinebant. * (Neque tamen exiſtimandum eſt, quòd nullum inter ἀνάθεμα & ἀνάθημα diſcrimen ſit, quod Jeſuita Benedictus Juſtinianus adſtruere ſatagit. à quo rectè diſſentit Guilielmus Eſtius Theol. D. ejusdemque in Acad. Duac. Prof. contrariumque ſatis adſtruxerunt noſtrates pasſim. vid. B. D. Wellerus in h. l. Dn. Dilherrus Diſp. Acad. p. 733. B. D. Quiſtorpius Annot. ad Luc. 21, 5.) * Optat Apoſtolus fieri ἀνάθεμά ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν. Atqui fratres ſive Judæi, Chriſtum rejicientes, exitio ſpirituali & æterno erant obnoxii. Photius apud Oecumenium ſic explicat, quòd ἀνάθεμα εἶναι ſit χωρισθῆναι καὶ ἀλλοτριωθῆναι. Gregorius in Orat. περὶ τῆς φυγῆς ſic accipit: *Optarim perpeti aliquid tanquam ſceleratus & impius, non dubitarim impendere ſaluti illorum non modò vitam, ſed exiſtimationem quoque meam & famam innocentiæ.* *(Conf. 2. Cor. 12, 15.) * Subintellige autem vocem ὡσαύτως, ſicuti Chriſtus paſſus eſt ut impius & malus. * (Licet eſſet innocens. Eodem modo intellexiſſe videntur verba Apoſtoli Clemens Romanus l. 2. Conſtit. Apoſtolic. c. 20. Origenes in h. l. Gregorius Nazianzenus Orat. 1. comparat hoc factum Pauli cum facto Chriſti, de quo Apoſtolus Gal. 3, 13. & Eſ. 53, 6. Atque hæc interpretatio, quòd nempe Apoſtolus non loquatur de bonorum ſpiritualium jacturâ, utpote quam charitas ne pro aliorum quidem ſalute admittat; ſed tantùm de ignominiâ & dedecore, ita ut morti etiam & internecioni pro Judæis voluerit

exponi

exponi, approbatur Hugoni Grotio Annot. in h. l. it. Simoni Epiſcopio Inſt. Theol. p. 42. b. ac p. 436. vehementer quoq; arridet Jeſuitæ Benedicto Juſtiniano in Explan. h. l. p. 252. 253. ubi etiam è plurimis autoribus oſtendit, tum quomodo in primævâ Eccleſiâ illos, qui quaſi anathemata ab Eccleſia expellebantur, publicè objurgarint: tum quomodo apud gentiles tales objurgationes & execrationes fuerint in uſu. Sed cùm falſa ſit hypotheſis Juſtiniani, quòd inter ἀνάθεμα & ἀνάθημα nullum ſit diſcrimen, & inſuper expoſitio hæc, qua de corporali ſaltem exitio verba Apoſtoli accipiuntur, non ſatis exprimat zelum ac ſpiritum Apoſtoli, ſatiùs eſt de animæ quoque exitio illa accipere. Nec aliena quoque interpretatio hæc à voci ἀνάθεμα (quæ reſpondet Ebr. חרם) ſignificatione eſt. Cumprimis quam habet apud Paulum. vid. 1. Cor. 12, 3. c. 16. 22. Gal. 1, 8. 9. dicebatur enim ita res Deo conſecrata, quæ moriebatur vel naturaliter, vel civiliter, adeoque in æternum quaſi à Domino ſuo ejusque uſibus ſeparabatur, ceu patet ex Levitici 27, 28. Num. 21, 2. Heroico proinde exceſſu & ſalutis populi Judaici ſitientisſimus optabat Apoſtolus æternum à Chriſto ſeparari, ac futura beatorum gloriâ quaſi privari, modò Judæi ſalventur. Quæ expoſitio ſicuti jampridem Chryſoſtomo, Theodoreto, Theophylacto, Anſelmo in h. l. it. Caſſiano collat. 31. c. 6. arriſit, quemadmodum & Soto Major atq; Ambroſius Catharinus, itemq; Corn. à Lapide eandem amplectuntur: ita reliquis omninò videtur præferenda.)* Notandum autem eſt, ceu jamtum monitum, quòd verba Pauli h. l. non accipienda ſint abſolutè, noverat enim Apoſtolus, eos, qui libro vitæ ſunt inſcripti, nunquam inde expungi. Eſt igitur votum non *categoricum*, ſed *hypotheticum*, licet non explicitum, tamen implicitum, ita ut ſubintelligatur hypotheſis ſive conditio quædam, videl. *ſi poſſibile eſſet, ſi liceret*. *(h. m. accipiunt B. Par. Diſpp. Iſag. p. 692. B. D. Glasſius Rhet. S. p. 477. ex Pontificiis Jacobus Bonfrerius in c. 32. Exodi, & alii, de quibus paulò antè.)* Neque tamen *fruſtraneum*, quia exprimit incredibilem affectum erga fratres. Neque dici poteſt, *per intemperiem præcipitis affectûs verbum inconſideratum Apoſtolo excidiſſe*: non e-

nim

nim quod præcipitanter effundebat, ſed quod in animo rectè meditatum habebat, literis commendabat. *(ceu ex gravi obteſtatione ſatis patet. noverat enim Apoſtolus optimè, DEUM adeò fore liberalem, ut minimè permiſſurus ſit, eum qui ſalutem ſuam proximi ſaluti poſtponere paratus eſſet, æternùm perire, vel à Chriſto anathema fieri. Opponit quidem Epiſcopius huic expoſitioni, quâ ſtatuitur, Apoſtolum optaſſe ſeparationem à viſione Dei & ſempiternâ felicitate, duo. primo quòd tale votum non modò non ſit laudabile, ſed nec decorum ac licitum. Deinde quòd hoc modo longè major dilectio Apoſtolo tribuatur, quàm ipſi Chriſto. Reſp. Tum demum rationes hæ aliquid contra noſtram ſententiam efficerent, ſi votum ſtatueretur abſolutum. ſed ſciendum, quòd ſaltem ſit votum hypotheticum, uti jamtum monuimus. Thomas de Aquino in h. l. notat, *ſeparationem à Chriſto* duobus modis intelligi poſſe. Uno modo per *culpam*, quâ ſeparatur quis à Chriſti caritate, cùm illius præcepta non ſervat. hoc modo non poterat Apoſtolus optare, à Chriſto ſeparari, ſiquidem charitatis ordo poſtulat, ut quis ſalutem ſuam magis velit, quàm aliorum. Alio modo ſeparari à Chriſto juxta Thomam eſt, ſeparari à *fruitione Chriſti*, quæ habetur *in gloria*, non quidem ſimpliciter & abſolutè, *ſed per aliquod temporis ſpatium*. Ut ita ſenſus Pauli ſit: Is eſt meus erga Judæos affectus, ut pro eorum ſalute optarem diutiùs in præſenti ſeculo vivere, & à Chriſti gloria retardari, modò Judæorum converſio ſequeretur, veluti iſtum affectum Philipp. 1, 23. 24. indicat. Optabat igitur, concludit Aquinas l. c. Paulus anathema fieri à Chriſto i. e. à gloriâ cœleſti retardari, quò Judæorum ad Chriſtum fieret converſio. Eodem modo exponit Nic. Lyranus. Sed quum nec hæc expoſitio charitatem ac Zelum Apoſtoli ſatis adſequatur, ſuo eam loco relinquimus, concludentes cum Chryſoſtomo: *Quia nos longè ſumus ab hâc dilectione, idcirco intelligere* (adſequi) *hæc ejus dicta* (ſatis) *non poſſumus.*

* (ἀπὸ τοῦ χριστοῦ *à Chriſto.* τὸ ἀπὸ poteſt accipi duplici modo, videl. tum quat. habet *vim removendi*, tum quat. notat *cau-*

ſam

ſum efficiendi. Priori accipiunt, qui verba Paulina non ſolùm de occiſione corporali, ſed mentis quoque exitio ſive æternâ damnatione intelligunt, adeoque vel *hyperbolicè* vel ſaltem *hypotheticè* dicta volunt. ita ut ſenſus ſit: optarim anathema eſſe à Chriſto, h. e. æternùm ab eo ſeparari, ſi tamen id poſſibile vel licitum eſſet optare; ſicuti aliàs is dicitur anathema fieri à populo, ab Eccleſia, qui ab ea tanquam membrum mortuum ſeparatur. poſteriori modo exponunt alii, notantque, nihil obſtare, quò minus ita particula ἀπὸ h. l. ſumatur, quippe cùm & alibi, puta Eph. 6, 2. Gal. 1, 1. Philip. 1, 2. 1. Tim. 1, 2. hoc ſenſu adhibeatur. ut ita ſenſus ſit, optarim anathema eſſe à Chriſto ſive judice, ſive autore, ſive certè ab eô, tanquam à permittente, quomodo Eſaiæ 53. Chriſtus dicitur percuſſus *à* DEO. ſed num alibi phraſis hæc ita occurrat, dubitant viri docti.) *

v. 4. Οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται· ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι.

Quorum eſt ἡ υἱοθεσία. quia DEUS præteritis omnibus gentibus Iſraelitas in peculium ſibi elegerat, unde vocat *filios ſuos*, Exod. 4, 22. Eſ. 1, 2. Jerem. 31, 9. Novem *prærogativæ Judæorum* enumerantur. 1 *nomen glorioſum*, à Patriarcha Jacobo, cui Iſraelis nomen divinitus datum, deductum, Gen. 32, 27. 2. adoptio in filios & peculiarem populum. 3. habitatio Dei, qui eſt Dominus gloriæ, Pſalm. 24, 8. in medio hujus populi, quia arca fœderis & templum erat ſymbolum hujus gratioſæ præſentiæ. 4 fœdera i. e. tabulæ fœderales, decalogum continentes. 5. νομοθεσία, lex forenſis, juxta quam in foro Politico judices pronunciabant. 6. ἡ λατρεία i. e. lex ceremonialis, juxta quam cultus divinus in hoc populo adminiſtrabatur. 7. ἐπαγγελίαι corporalium ac ſpiritualium beneficiorum, in quibus eminet promisſio de Mesſia. 8. genus, quòd ſecundùm carnem ex patribus deſcendunt. 9. nativitas Chriſti ex hoc populo, propter quam ſunt ipſius conſanguinei. Proclus in ſerm. de fide ad Armenios p. 45. totum hunc locum explicat. Quorum eſt *adoptio* filiorum: clamabat enim DEUS per Prophetas. Filius meus primogenitus Iſraël. (*Et gloria*) nam iis,

quos DEUS tanquam nutrix geſtabat, immenſam gloriam adſidua miracula conferebant. (*Et teſtamenta*) per quæ ipſi Abraham benedictio & multiplicatio eſt promiſſa. (*Et Legislatio*) illa in monte digito DEI ſcripta (*& obſequium*) quo divino cultui ſerviebant. (*& promiſſa*) tum illa terra Palæſtinæ, tum omnes gentes, per ſemen Abrahæ benedicendæ (*quorum patres*), qui in erroris nocte tanquam fidei luminaria ſunt exorti.

ἡ δόξα. Piſcator intelligit *de arca fœderis*, ubi reſidebat DEI gloria inter duos Cherubim, 1. Sam. 4, 22. Eſ. 64, 11. Jerem. 14, 21. Pſ. 26, 8. Quidam intelligunt de *gloriâ veri cultûs ac miraculorum*. Deut. 4, 34. 35. *(ita exponit B. D. Mentzer. t. 1. Diſpp. Gieſenſ. 774. Cyprianus l. 2. contra Judæos c. 6. vertit *claritatem*. *(Camero in Myrothecio Evangelico p. 191. intelligit non ipſam quidem arcam & templum, ſed *externa præſentiæ divinæ* in arcâ & templo *Symbola*, *Nubem* ſc. 1. Reg. 8, 10. 11. ac 2. Chron. 6, 1. & *vocem cœleſtem*, quæ ex medio Cherubinorum audiebatur, Num. 7. 8. 9. vel *conſortium divinitatis*, Deut. 4, 7.)*

αἱ διαθῆκαι. Auguſt. lib. contra Fauſtum vocem διαθήκων accipit de *duobus Teſtamentis*, quia novum in veteri eſt figuratum. Alii ſtatuunt, unius Teſtamenti legalis aliam atque aliam ſanctionem denotari, quarum una deſcripta ſit Gen 17. altera Exodi 14. Concinnius eſt, de duabus tabulis fœderis, in arca reconditis accipere, in quibus decalogus, verba ſc. fœderis, DEI digito perſcriptus.

*(Atque ita etiam accipit B. D. Mentzerus t. 1. Diſpp. Gieſenſ. p. 774. it. B. P. Diſpp. Iſagog. p. 15. ubi cum h. l. confert quoque Rom. 1, 16. it. Deut. 13, 24. 1. Sam. 10, 24. 2. Reg. 22, 8. Rom. 3, 2. add. quoque Luc. 16. 29. Simili metonymiâ 2. Cor. 3, 14. παλαιὰ διαθήκη adhibetur pro libris, quibus N. T. comprehenſum eſt. Æthiops vertit ሥርዐት፡ *fœdus*.)*

ἡ νομοθεσία pertinet ad partem legis judicialem, quia decalogi facta eſt mentio in voce διαθήκων.

ἡ λατρεία denotat legem Ceremonialem, quæ virgulti inſtar ex prima tabula pullulaſcebat. Præſcripta autem erat in legibus

bus Ceremonialibus forma cultus divini externa. *(Æthiops transtulit hanc vocem, ac ſequenti poſtpoſuit, vertitque: ወእሙንቱ፡ ካህናት፡ *& illi ſunt ſacerdotes.* Syrus habet ܘܬܫܡܫܬܐ *& miniſterium.* Locus parall. eſt Pſal. 76, 1. 2. Pſ. 147, 19. 20.)*

αἱ ἐπαγγελίαι. Quidam exponunt de *promisſionibus, quæ in lege exhibitæ erant obſervantibus eam.* Piſcator exponit de *promisſionibus gratiæ*, comprehenſis in fœdere, qualis eſt illa: *Ero Deus tuus.* Commodiùs acciperetur de *promisſionibus Meſſiæ*, ex hoc populo naſcituri, niſi ſequeretur ἐξ ὧν ὁ χριστὸς.

V. 5. ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Per *Patres* intelliguntur ſancti Patriarchæ, Iſraelitarum majores.

(καὶ ἐξ ὧν &c. Vulgatus, quem ſequutus videtur B. Lutherus, omiſit conjunctionem copulativam καὶ. cujus tamen omninò videtur hîc habenda eſſe ratio. oſtendit enim, quòd relativum ὧν non ad proximè præcedens vocabulum οἱ πατέρες, ſed ad remotius, nempe Ἰσραηλῖται referendum ſit. Vult enim Apoſtolus oſtendere, quòd hæc quoque Iſraelitarum prærogativa inter alias jam recenſitas ſit, quòd Chriſtus, Deus ille benedictus in ſecula, ſecundùm carnem ex ipſis familiam ducat. Unde etiam Syrus, Arabs & Æthiops rectè conjunctionem hîc retinuerunt. Locus parallelus eſt Actor. 3, 25. 26.)

*(ὁ χριστὸς. Vulgatus inſeruit *eſt.* Syrus ܐܬܚܙܝ i. e. *apparuit.* reſpectum fortè habens ad illud 1. Tim. 3, 16. ἐφανερώθη, pro quo tamen Syrus ibi habet ܐܬܓܠܝ. Æthiops ተወልደ፡ *natus eſt.*)*

*(τὸ κατὰ σάρκα. Conf. ſuprà c. 1, 3. Actor. 2, 30. 1. Petr. 3, 18. c. 4, 1. notandumque, quòd particulæ hujusmodi in præſenti materiâ non ſint χωριστικαὶ καὶ διαμεριστικαὶ, (quaſi τὸ natum eſſe ex Maria virgine, à concreto divinæ naturæ τοῦ λόγου eſſet ſeparandum, eſt enim Maria θεοτόκος, ceu in Concil. Epheſ. rectè

Oo 2 contra

contra Neſtorium definitum fuit.) ſed διαιρετικαὶ ϗ διακριτικαί. vid. B. P. Diſpp. Iſag. p. 378. B. D. Fewerborn. Syntagm. 2. Sacr. Disquis. Diſſert. 13. §. 10. Manifeſtum porrò eſt, quòd τὸ κατὰ σάρκα hîc & ſuprà c. 1, 3. minimè eo ſumatur ſenſu, quo paullò antè v. 3. ac Gal. 4. 29. accipitur, Ceu prolixiùs oſtendit B. D. Fewrb. in AntiOſtor. p. 84. Contra Anabaptiſtas negantes, quòd ex h. l. probari poſſit, *Chriſtum habuiſſe carnem nobis conſubſtantialem, quandoquidem phraſis* κατὰ σάρκα, *non ſignificet neceſſariò materiam carnis eandem, ſed ſignificare poſſit idem, quod ſecundum ſpeciem vel apparentiam externam; quia qui ex muliere naſcitur, cenſeatur ex eodem eſſe ſemine, ex quo mater eſt: ut adeo conveniat cum phraſi ſimili* κατ' ἄνθρωπον. obſervandum, quòd duplex phraſis de Chriſto homine in Sc. S. occurrat, nempe κατὰ σάρκα, & τὸ κατὰ σάρκα. illa Rom. 1, 3. hæc in præſens & Actor. 2, 30. Ut ut igitur quàm maximè prior ita fortè exponi poſſit, vid. Joh. 8, 15. 2. Cor. 1, 17. poſterior tamen nullo modo ita exponi poteſt, nec ullibi in Sc. S. eo ſenſu adhibetur. Cumprimis verò notandum, quòd nulla poſſit dari ratio, cur non eodem ſenſu, quô Apoſtolus Judæos fratres ſuos & συγγενεῖς κατὰ σάρκα vocat, v. 3. & Chriſtus ex Patribus ſive Iſraelitis κατὰ σάρκα eſſe, intelligendus ſit. Jam verò Apoſtolus Iudæos fratres ſuos vocat κατὰ σάρκα, quia revera ex eodem ſemine nati erant, eosdemque majores, ex quibus carnem & ſanguinem illis conſubſtantialem acceperant, habebant. Ergo & Chriſtus homo ex Iſraelitis eo ſenſu κατὰ σάρκα dicitur, quia ejusdem cum illis ſubſtantiæ humanæ, ex eodemq; ſemine humano natus. Interim facilè largimur, quòd quantum ad modum conceptionis & nativitatis, inter Chriſtum aliosque homines diverſitas ſit, quæ tamen minimè ipſius ſubſtantiæ diverſitatem arguit.)*

ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς. Caſſianus lib 3. de incarnat. *Quando Paulus dicit, Chriſtum eſſe Deum, hoc ſufficit Chriſtianis: quando verò addit,* eſſe Deum ſuper omnia, *eo omnem blaſphemiam perfidæ aſſertionis excluſit.* Gregor. homil. 8. in Ezech. *Deus in Scriptura aliquando* nuncupativè, *aliquando* eſſentialiter *dicitur. Qui nuncupativè dicitur,* Deus inter omnia; *qui verò eſſentialiter,* Deus

ſuper

ſuper omnia. *ut ergò oſtenderet, Chriſtum naturaliter Deum, non hunc DEUM tantummodo, ſed DEUM ſuper omnia eſſe, memoravit.*

* (*ἐπὶ πάντων. ſuper omnia* ſive *ſuper omnes creaturas.* Conf. Actor. 10, 36. Coloſſ. 1, 16. 17. Epheſ. 1, 19. quà homo quidem χάριτι, Phil. 2, 9. quà Deus vero ſive ſecundùm divinam ſuam naturam φύσει, utpote μονογενὴς παρὰ τοῦ πατρὸς, Joh. 1, 14. Prov. 8, 22. Col. 1, 17. Sed objiciunt Photiniani, 1. quòd de Chriſto hæc phraſis non posſit intelligi, quippe cùm Pater illi non ſit ſubjectus, ut qui ei omnia ſubjecerit, 1. Corinth. 15, 27. imò potiùs ipſe Patri ſubjiciendus aliquando, d. l. & Eph. 1. 22. & Ebr. 2, 6. ſeqq. Reſp. Agitur in locis adductis de Chriſto homine, ſive ſecundùm humanam naturam conſiderato, ſecundùm quam utique minor Patre eſt, Joh. 14, 28. non verò ſecundùm divinam naturam, ſecundùm quam ejusdem eſt & eſſentiæ & potentiæ & gloriæ. Conf. Joh. 5, 18. 19. 23. c. 10, 30. &c. Quòd verò duæ in Chriſto naturæ ſint, divina ſc. & humana, ſatis vel ex præſenti ſaltem loco, ut alia Sc. Sacræ oracula, qualia pasſim habentur, utpote Eſ. 7, 14. Ierem. 23, 5. 6. c. 33, 15. 16. Mich. 5, 1. 1. Tim. 3, 16. omittamus, manifeſtum eſt. 2. quòd Chriſtus dicatur ſaltem Deus *ſuper omnes*, ſc. homines, non verò *ſuper omnia*, ſive ſuper omnes creaturas. Reſp. in Gr. eſt ἐπὶ πάντων, quòd non minùs per τὸ *ſuper omnia*, quàm *ſuper omnes*, quomodo Beza etiam vertit, reddi poteſt. Imò cùm abſolutè ponatur, rectiùs per neutrum, ceu B. Luth. etiam expoſuit, quàm per maſculinum redditur. Syrus habet ܥܠ ܟܠ quod in Bibliis quidem Londinenſibus Interpres transtulit *ſuper omnes*: ſed æquè per τὸ *ſuper omnia* verti comodè poteſt, ceu Troſtius quoq; expoſuit. Cur verò Æthiops prorſus omiſerit, illius ſanè rei nulla apparet ratio. Arabs habet على الكل, quod pariter *ſuper omnes*, & *ſuper omnia* reddi poteſt. poſteriori modo transtulit Interpres Latinus in *Bibliis* Londinenſibus. Reliquos Photinianorum exceptiones ad h. l. ſolidè diſcusſit Dn. D. Mentzerus in peculiari disſert. eademque inaugurali ſuper præſens oraculum habitâ,

quæ inſerta eſt tom. 8. Diſpp. Gieſenſ. p. 390. ſeqq. ad quem lectorem remittimus.)*

(εὐλογητὸς. conf. Luc. 13, 35. c. 19, 38. Ioh. 12, 13. eſt verò epitheton hoc Dei ſummi, paſſim in N. T. obvium, ceu patet ex Marc. 14, 61. Luc. 1, 68. Rom. 1, 25. 2. Cor. 1, 3. Eph. 1, 3. & apud Iudæos adhuc hodie admodùm ſolenne eſt illud הקדוש ברוך הוא, quod Abbreviatè ſcribi ſolet הקב״ה. vid. Buxt. tum in Abbrev. Ebr. tum in Lex. Rabb. p. 1980. Cumprimis verò contra Socinianos notandum, quòd nec ipſi circa præſentem δοξολογίαν conveniant, num ad Patrem, an verò ad Filium referri debeat. De Filio ſanè ſive Chriſto accipit ipſe Schlinchtingus contra Meiſn. Diſp. de Trin. p. 235. quemadmodum & Enjedinus ad h. l. jurati aliàs Deitatis Chriſti hoſtes.) Ariani verba nefariè ita diſtrahunt, ut ponant punctum poſt πάντων, & verba θεὸς εὐλογητὸς exponant tanquam votum, pertinens ad ſolum Patrem. Sed hæc fallacia diviſionis incognita eſt priſcis Interpretibus. Apoſtolus poſtquam mentionem feciſſet originis Chriſti ſecundùm carnem, voluit ſimul commemorare Deitatem ipſius, ad laudem Iudæorum. Syrus vertit: *Qui eſt* DEUS, *qui eſt ſuper omnia. Cui ſunt laudes & benedictiones in ſecula ſeculorum. Amen.*

*(Arabs transtulit: *ex quibus eſt Chriſtus, quantum attinet ad carnem,* الذي لم يزل على الكل *qui eſt immobiliter ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* Æthiops: *& ex illis natus eſt Chriſtus ſecundùm carnem hominis, q. e. D. b. in ſec. A.* omittens ſc. τὸ *exiſtens ſuper omnia.* Patet verò ex addito nomini DEI elogio, quòd propriè hîc accipi debeat, adeoque Chriſtus verus Deus ſit, h. e. ejusdem numero cum Patre ac Sp. S. eſſentiæ. Conf. Tit. 2, 13. Epiſt. Iudæ v. 4. & add. B. P. Comm. in Pr. Ep. Petri p. 44. Contra effugia Photinianorum, quòd punctum inſerendum ſit, adeoque de Deo Patre hæc dicta accipienda ſint, notandum, quòd omnes antiquiores emendatiores Codices puncto illo poſt κατὰ σάρκα deſtituantur. Neque enim agnoſcit illud vel unicus ſaltem Codex MS. è plurimis

&

& antiquisſimis illis, quos Lucas Brugenſis, Hentenius, Robertus Stephani, ac novisſimè Londinenſes ingenti induſtriâ contulerunt. Hugo quidem Grotius pro ſuo in Arminianos Socinianosque affectu, & novitatis ſtudio annotat, *ex Syro apparere, in Vet. Codd. abſuiſſe Θεὸς, quod & conſuetæ locutioni Pauli melius conveniat, qui cum de Patre & Filio loquitur, Patri nomen* Dei, *Filio* Domini *tribuere ſoleat. & ſic quoque fuiſſe in vetuſtis Codd. Cypriani, ſic etiam legiſſe Hilarium, nec aliter videri legiſſe Chryſoſtomum, notaſſe quoque Eraſmum.* Ead. ſerè ex Eraſmo repetit Enjedinus Photinianus, hoſtis Deitatis Chriſti infenſisſimus. Verum ſtant pro recepta lectione Codd. Græci antiquisſimi, ſtant Interpretes Orientales. adeò ut conjecturis illis minimè hic ullus contra tot egregios teſtes relinquendus locus ſit. Præterea licet Apoſtolus aliquando, cum de Patre ſermo eſt, nomen DEI adhibeat, cùm de Filio, *Domini*: hoc tamen minimè perpetuum eſt, uti pridem obſervavit Oecumenius ad 1. Cor. 8, 6. hunc ipſum locum rectè urgens. operæque pretium eſt obſervare, quòd antiquisſimi Patres, uti Irenæus l. 3. contra hæreſ. c. 18. Athanaſius orat. 2. contra Arian. Hieron. ad Algas. q. 9. Greg. Magnus l. 8. Moral. ex h. l. veram Chriſti Deitatem egregiè adſtruant. Confer plura contra Socinianam aurei hujus dicti detorſionem apud B. Par. Diſpp. Iſag. p. 197. B. D. Fewerborn. in AntiOſtor. Diſp. 6. §. 3. ſeqq. it. Dn. D. Menczerum t. 8. Diſpp. Gieſenſ. p. 390. ſeqq. Dn. D. Calov. in Theol. Nat. & Revel. §. 12. in Exam. libb. Crellii. B. D. VVellerus in Annot. ad h. l. Notandum inſuper contra Photinianos, quòd non hoc ſolùm loco, ſed & alibi Chriſtus Patri in eodem honoris gradu conjungatur. vid. infrà c. 16, 27. 2. Petr. 3. 18. Iudæ v. 26. Apoc. 1, 6. c. 5, 13. Id quod nec ipſe Socinus it inficias, ceu ex ejus Miſcell. p. 268. & 270. videre eſt.) *

Proclus in ſerm. de fide ad Armenios p. 48. Quem aditum calumniæ hæc B. Pauli verba iis, qui conviciari ſtudent, non obſtruant? ποίαν παρείσδυσιν συκοφαντίας οὐκ ἀποτειχίζει τὰ Παύλου ῥήματα τοῖς φιλολοιδόροις; εἶπεν αὐτὸν χριστὸν, ἵνα δείξῃ

ὅτι

ὅτι καὶ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος. εἶπεν αὐτὸν ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀφ' οὗ ἐσαρκώθη ἐκ τότε μόνον ὑπάρχει. εἶπεν αὐτὸν ὄντα, ἵνα ἄναρχον βεβαιώσῃ (declararet) εἶπεν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα τῆς κτίσεως δεσπότην κηρύξῃ. εἶπεν αὐτὸν θεὸν, ἵνα μὴ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ σχῆμα δελεασθέντες (decepti) τὴν ἀνώλεθρον αὐτοῦ ἀρνησώμεθα φύσιν. εἶπεν αὐτὸν εὐλογητὸν, ἵνα ὡς παντοκράτορα προσκυνήσωμεν, ἀλλ' οὐχ ὡς σύνδουλον συκοφαντῶμεν. εἶπεν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἵνα δείξῃ, ὅτι παρ' ὁ λόγῳ τούτους δημιουργήσας ἀϊδίως ἐν αὐτοῖς θεολογεῖται, ut credas, qui in ſecula verbo condidit, perpetuò in ipſis ut Deum prædicari.

v. 6. Οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ.

Οὐχ' οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος. Luth. Aber nicht ſag ich ſolches / daß Gottes Wort darumb aus ſey. Græca ſic habent. οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. *Non poteſt autem fieri, ut exciderit ſermo* DEI i. e. quamvis maxima pars Judæorum propter incredulitatem ſit rejecta, tamen promiſſio DEI manet conſtans & firma, quia illa non pertinet ad omnes filios ſecundùm carnem, ſed ad filios promiſſionis i. e. ad credentes. *(Conf. B. D. Frantz. de Interpr. Sc. S. Orac. 31. p. 499. 500.) * Piſcator ſic exponit. *Non dico autem ſc. quaſi de rejectione Judæorum dico, quaſi quod exciderit, i. e. ex eo, quod dixi, Judæos eſſe rejectos, non ſequitur excidiſſe ſermonem* DEI. Alii verò exponunt, *fieri tamen non poteſt, ut exciderit*, ſubaudientes verbum ἐστὶ poſt nomen οἷον, ut ſit poſitum pro δυνατὸν. Sed ſi οἷον ita accipitur, ſolet ſequi verbum infinitivi modi.

Per *ſermonem* DEI intelligitur ſpecialiter promiſſio DEI, facta Patriarchis & Judæis, ipſorum poſteris. Gen. 17. *Ero Deus tuus.* * (Prolixè hanc expoſitionem probat B. D. Frantzius l. c.) *

Non enim omnes, qui ſunt ex Iſrael, ſunt Iſrael. Elegans ἀντανάκλασις. Sermo ille Dei tantùm ad verum Iſraelem & ad veros Abrahæ filios pertinet. Iam verò non omnes, qui ſunt ex Iſraele

Iſraele ſecundùm carnem, ſunt ipſius filii, ſed tantùm filii promiſſionis cenſentur in illo ſemine, ad quod pertinet promiſſio. Illi demùm ſunt veri Iſraelitæ, qui veſtigiis fidei Abrahæ & reliquorum ſanctorum Patriarcharum inſiſtunt, Rom. 4. v. 12.16. *(Qui non per operum legem ſalvari quærunt, nec propriis nituntur meritis, ceu Phariſæi horumque ſequaces faciebant, ſed qui omnem ſalutem in promiſſo ſemine benedicto quærunt, adeoque ſolâ in Chriſti meritum fide nituntur. Conf. B. D. Frantzium l. c. p. 504. 505. Patet verùm ex allata explicatione, quòd in eo ſimus veri Iſraelitæ, ſi promiſſionem de Chriſto Salvatore verâ fide amplectamur. haudquaquam verò neceſſe eſt, ut in omnibus ſectemur vitam & mores Patriarcharum, ut adeò inepta ſit argumentatio Tertulliani pro monogamia, quòd cùm Iſaacus fuerit monogamus, etiam fideles, tanquam ſpirituale Iſaaci ſemen, monogami eſſe debeant. Sed hâc de re pluribus vid. B. D. Tarnov. de Conjug. l. 1. p. 122.)*

Sicut Abraham habuit duo nomina, unum ſecundùm carnem & Naturam; alterum ſecundùm gratiam & Sacramentum; ita illi duplices filii promiſſi fuerunt, *filii* ſcil. carnis ſive *ſecundùm carnem*, & filii *ſecundùm ſpiritum*.

v. 7. Οὐχ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα, ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα.

Neque quia ſunt ſemen Abrahæ i. e. quia ex Abrahæ ſemine per carnalem propagationem orti ſunt, *filii ſunt*, i. e. tales filii, ad quos pertinet promiſſio gratiæ, vel *Dei filii*, ut exponitur verſ. ſeqq. *Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen* i. e. illi tantùm ſunt filii Abrahæ, qui ſunt filii promiſſionis, ſicut Iſaac.

v. 8. Τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.

Filii promiſſionis ſunt, ad quos ſpectat promiſſio de gratia Dei & vita æterna, cumprimis qui promiſſionem fide amplectuntur. *(Conf. ſuprà c. 4, 12. Gal. 3, 7. dicuntur ita fideles, per metonymiam objecti, pro eo, quod verſatur circa illud.

ceu notat B. D. Glasſius Rhet. S. p. 48. Filii autem nominantur Metaphoricè ſive eâ ratione, quâ Abraham *pater* fidelium. Rom. 4, 12. ſeqq.) * & à Deo ex gratia in filios adoptantur ſicut Iſaac gratuitâ Dei promisſione fuit genitus. Connexio ac ſenſus talis eſt. Quemadmodum Iſaac non eſt natus ex viribus naturalibus Abrahæ & Saræ, ſed ex efficacia divinæ promisſionis: ſic non ſunt habendi pro genuinis Dei filiis, qui ſecundùm carnem ex ſanctis Patriarchis geniti ſunt, ſed qui ſunt filii promisſionis, i. e. qui promisſionem fide amplectuntur. * (Conf. ſuprà c. 4, 12. 16. Gal. 3, 7. 29. Cœterùm *filios promisſionis* non eſſe abſolutè electos, nec *filios carnis* abſolutè reprobatos, prolixiùs probant B. D. Quiſtorpius Annot. ad h. l. ac B. D. Wellerus itid. ad h. l.)*

V. 9. Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός.

Verba ſunt prandentis apud Abrahamum Filii Dei. Gen. 18.

V. 10. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

οὐ μόνον δὲ h. e. *non ſolùm autem hoc* accidit, quod narravi de duobus filiis Abrahæ, ſed & Rebecca uxor Iſaaci idem experta eſt in ſuis filiis. ἐξ ἑνὸς ſcil. Ἰσαὰκ, ut paulò pòſt exponitur.

κοίτην ἔχουσα concubitum i. e. ſemen habens. * (Vulgatus Interpres minùs rectè vertit, *ex uno concubitu.* qui error, ſicuti ex inſpectione textûs Græci facilè apparet, ita pridem quoque notatus ab ipſis Pontificiis, Laurentio Valla, Eraſmo Roterodamo, Card. Cajetano, aliis. Benè verò expresſit textum Græcum Syrus, vertens: *quum unius patris noſtri Iſaaci habuiſſet conſuetudinem.* Vulgatum tamen ſequutus videtur quodammodo Arabs, reddens: *ex uno concubitu excepit concubitum Iſaac patris noſtri.* Æthiops ſenſum potiùs, quàm verba attendens tranſtulit: ſed Rebecca etiam ፀንሰት፡ መንታ፡ *concepit gemellos Iſaaco patri noſtro.*)*

Auguſt in Epiſt. ad Sext, Presbyt. *Quò pertinuit, ut adderet,*

ex uno

ex uno concubitu, niſi ut non ſolùm de ſuis neque parentum meritis majorum, ſed nec de ipſius quidem unius patris mutata forte in melius voluntate gloriaretur Jacob dicens, ideo ſe à creatore dilectum, quia pater ejus, quando cum ſeminavit, melioribus laudabilior moribus fuit. Ex uno (inquit) *concubitu unum tunc ad eos ſeminandos meritum patris, unum ad concipiendos matris, quia etſi mater eos, donec pareret, [illegible] portavit incluſos, & fortè voluntates affectioneſque variabiles, non uni ſed ambobus utique variavit, quos pariter ventre portavit.*

Idem in lib. ad Simplician. Epiſc. *Vigilantiſſimè ait, ex uno concubitu. Gemini enim concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, ſi quisq; fortè diceret, ideo talis natus eſt filius, quia pater erat ita affectus illo in tempore, cùm ſevit in utero matris, aut erat ita mater affecta, cùm illum concepit, ſimul enim ambo ſunt uno tempore concepti.*

V. 11. Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ.

* (μήπω γὰρ γεννηθέντων, *nondum enim natis.* omiſſum eſt nomen puerorum, quam ellipſin etiam ſuppleverunt Syrus & Arabs. hic quidem vertens ولم يكن ابناها ولدا *nec erant duo filii ejus nati.* ille vero ܥܕܠܐ ܢܬܝܠܕܘܢ ܒܢܘܗܝ *priusquam geniti eſſent filii ejus.* Æthiops Græcum textum ſequutus, itidem omiſit nomen *gemellorum*, quod tamen verſ. præced. inſeruerat, ita reddens: *Neque hoc ſolùm, ſed & Rebecca* ፀንሰት፡ ወንታ፡ *concepit gemellos Iſaaco Patri noſtro.* Cœterùm ellipſeos hujusmodi pluſcula exempla ſiſtit B. D. Glaſſius Gramm. S. p. 656. ſeqq.)*

* (μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακόν. *Ergò* DEUS *abſque ullo boni intuitu electos ad vitam æternam elegit; ſimiliterque reprobos abſque ullo incredulitatis & peccatorum ſive malorum operum intuitu rejecit ſive ad æternam damnationem præſtinavit.* Ita concludunt ex h. l. Calviniani Supralapſarii. ceu ex Joh. Piſcatore ad duplic. Vorſtiu p. 358. aliisque videre licet. Sed à durâ hâc ſententiâ alii Calviniani, ſublapſarii dicti, ipſi alieni eſſe videntur, certè eſſe videri volunt, prout ex Ludov. Crocio in Adſert. Aug. Con-

ſeſſ. p. 471. videre eſt. Sed dicat aliquis, *quòd tamen ab apoſtolo excludantur & piorum ſive electorum bona opera, & impiorum ſive reproborum mala opera.* Reſp. 1. Apoſtolus hoc loco non agit de electione Jacobi, & reprobatione Eſavi, ſed de temporali quodam privilegio ac prærogativâ poſterorum Jacobi, ac temporali rejectione ſive poſthabitione poſterorum Eſavi: unde ſi vel maximè concedatur, quòd Deus absque ullo intuitu bonorum operum poſteros Jacobi temporali felicitate affecerit, contrà Eſavi poſteros absque intuitu malorum operum tali felicitate vel temporali prærogativâ privarit, minimè tamen inde ſequitur, ergò etiam in negotio electionis & reprobationis Deus ita procedit. Sicuti enim temporalis felicitas & prærogativa non ſemper omnibusque eſt prodromus æternæ felicitatis, ita nec temporalis infelicitas, ſed poſthabitio eſt prodromus æternæ damnationis. 2. Patres quidam exponunt de actuali operatione boni & mali, dicuntque, quòd excludatur ſaltem ab Apoſtolo actualis operatio boni & mali, hautquaquam verò intuitus operationis boni & mali, in prævifione ſive præſcientiâ Dei. Pro hâc expoſitione adducuntur Origenes, Chryſoſtomus, Theodoretus, Theophylactus, Ambroſius, Oecumenius in h. l. Verba Chryſoſtomi hæc ſunt: *Deus non expectat, quemadmodum homo, à rerum exitu videre, quinam bonus ſit, quinam itidem malus.* 3. Excludit Apoſtolus opera & merita bona ab electionis negotio, non verò fidem (uti quidem, ſed falsò ſibi perſuaſum habet Felicianus Capito in Expl. hujus loci, idque hoc loco Apoſtolum exemplo Jacobi & Eſavi docere, minùs rectè ſcribit.) Jam verò facilè conceditur, quòd opera bona ut merita, ſive eorum etiam intuitus non ingrediatur decretum electionis, cùm electio ſit gratuita reſpectu noſtrorum bonorum operum, quippe ſolius meriti Chriſti, verâ fide apprehendendi, intuitu facta. Non verò ſequitur: electio eſt gratuita, id quod probatur ex h. l. item ex v. 16. c. 11, 5. 6. 2. Tim. 1, 9. E. eſt abſoluta. Fides igitur poteſt attendi à Deo in electionis decreto, atque etiam maximè attenditur, & nihilo tamen minùs rectè dicitur, quòd

nullum

nullum B. O. meritum, ſive nullum bonum opus attendatur à Deo in electione. neque enim fides in negotio juſtificationis & electionis conſideratur, ut eſt qualitas vel B. O. ſed quat. eſt inſtrumentum, meritum Chriſti apprehendens. Quod mala opera ſive peccata concernit, illorum intuitus, intellige, ſi cum finali incredulitate fuerint conjuncta, omninò reprobationis decretum ingreditur. Quamvis enim ſola incredulitas ſit damnationis, adeoque & reprobationis cauſa adæquata (quo reſpectu etiam nonnulli dictum putant, quòd Deus Jacobum dilexerit, & Eſavum odio proſequutus fuerit, cùm nihil ipſe mali feciſſet.) negari tamen non poteſt, quòd peccata etiam in genere ſint inadæquata reprobationis ac damnationis cauſa. Id quod contra Chamierum t. 3. Panſtrat. l. 8. c. 9. Zwinglium t. 2, in Elench. contra Catabapt. p. 36. Zanchium t. 2. l. 5. De Nat. Dei c. 2. de Reprob. p. 546. alioſque Calvinianos, quos Dnn. Theologi Witteberg. in Fundam. Demonſtrat. part. 2. p. 192. ſeqq. B. D. Wellerus ad h. l. p. 545. allegant, notandum eſt, docentes, quòd opera mala ſive peccata non ſint reprobationis *cauſa*, ſed ſaltem *effectus*. Quâ ratione ſanè Deus ceu tyrannus introducitur, ut qui maximâ pœnâ homines afficere decreverit, præter ullã eorum culpam. Quam abſurdam ſententiam vel hoc quoque refellit, quòd magna ſit conformitas inter decretum divinum hujusque executionem. Jam verò Deus propter peccata, & præcipuè propter finalem incredulitatem homines in tempore damnat, ceu patet ex Marc. 16, 16. Joh. 3, 18. 36. ergo itidem intuitu peccatorum, & cumprimis finalis incredulitatis, ab æterno eos reprobavit, ſive damnare decrevit. Videantur quæ contra Supralapſarios diſputarunt Theologi noſtri paſſim, allegati Decad. VII. Diſpp. Theol. §. 2. Notanter Molinæus in Anat. Armin. c. 13. §. 7. p. 85. *Quòd ſi DEUS odio habuit Eſau, conſideratum ut non peccatorem, & in maſsâ integrâ: oportet DEUS oderit hominem innocentem. Odium autem in DEO etſi non eſt affectus humanus, nec perturbatio, eſt tamen voluntas certa puniendi. Pœna autem non poteſt eſſe juſta ſine culpâ. Nec poteſt juſte puniri, niſi qui*

peccator conſideratur. Conſentanea hæc ſunt illi Fulgentii lib. 1. ad Monimum: *Notum eſt, iram DEI dici non poſſe, niſi ubi cre-ditur hominis iniquitas præceſſiſſe.* Dici ergo nequit, Deum ex ab-ſoluto odio quosdam creare, ut ſint vaſa iræ. Urget Wendeli-nus in Exer. Theol. Exerc. 17. ſ. 4. *cùm omnes homines, ratio-ne originis & naturalis ad bonum ἀδυναμίας, pares ſecundum Sc. Sa-cram ſint, eam ipſam non aliam reprobationis cauſam nobis monſtrare, præter εὐδοκίαν, voluntatem & propoſitum prædeſtinantis. idque ſatis e præſenti dicto Paulino apparere, qui locus nobis ſudes ſit in oculis.* Ea-dem ſententia & Jeſuitæ Pererii eſt Diſp. 12. in Ep. ad Rom. p. 585. & 587. Reſp. minimè hic locus nobis ſudes eſt in oculis, ſed potiùs lucerna pedibus noſtris. Concedimus utique, quòd omnes homines naturâ ſint peccatores, adeoque quod nul-lam in hominibus, quos DEUS ad vitam æternam elegit, di-gnitatem vel meritum prævideri, cur eos eligeret. & hoc re-ſpectu omnes omninò pares ſunt. Verùm cùm totius mundi miſertus ipſe ſit, Filiumque ſuum dederit, qui eſſet *propitiatio non ſolùm pro noſtris*, (qui ſalvamur, quosque intuitu perſeve-rantis in Chriſtum Redemtorem noſtrum fidei ad vitam æ-ternam elegit,) *ſed pro totius mundi peccatis*, 1. Joh. 2, 2. hanc-que gratiam omnibus obtulerit, omnes vocarit, & revera ſe-rioque velit, ut omnes homines ſalvi fiant, & ad agnitionem veritatis veniant, 1. Tim. 2, 4. manifeſtum eſt, quòd maxi-ma omninò inter homines differentia ſit, dum quidam ad Chriſtum veniunt, verboque prædicato non contumaciter re-pugnant, quidam verò venire nolunt, Matth. 23, 37. Atque hanc ipſam etiam electionis atque reprobationis cauſam af-fert S. Hieronym. ep. 150. it. in Comm. ad Mal. 1. & Gal. 1. Re-gerit VVendelinus, Scripturam *quidem affirmare, quantum ad hos, qui vocantur ac quibus verbum prædicatur, damnationis cauſam pecca-tum adeoque incredulitatem eſſe, adæquatam vero damnationis cauſam meritoriam, eamque univerſalem, reſpectu omnium reproborum & dam-natorum vel damnandorum eſſe contemtum mediorum ſalutis, verbi & ſacramentorum finalem, & ex hujus cauſæ impulſivæ præviſione in u-niverſum fluxiſſe decretum Reprobationis, id vero nuſpiam dicere Scri-pturam,*

pientem, duo contrarium docere Chriſtum Joh. 15, 22. Reſp. Quod concernit dictum Salvatoris Joh. 15. illud non ἁπλῶς, ſed συγκριτικῶς accipiendum eſt. neque enim negatur in eo, quòd Judæi planè nullum vel non damnabile habituri eſſent peccatum, niſi Dominus ad eos veniſſet: ſed ſaltem, quòd non tam atrox & tam grave eſſet Judæorum peccatum, quàm nunc ſit, poſtquam ad eos ipſe Chriſtus venit in propriâ perſonâ, & clariſſimè Evangelium ſalutis illis manifeſtavit, idemque tot miraculis confirmavit. Quod ſi verba Chriſti ἁπλῶς accipienda eſſent, ſequeretur, neminem habere peccatum damnabile, ad quem Chriſtus in propriâ perſonâ non venit. Id quod abſurdum ac Sc. Sacræ prorſus contrarium. Licet verò non omnibus reprobis, h. e. hominibus tum damnatis tum damnandis actu verbum Dei fuerit prædicatum, ac prædicetur, non tamen exiſtimandum, quaſi propterea reprobi non propter incredulitatem reprobati à Deo fuerint, atque etiam actu ob incredulitatem, tanquam adæquatam reprobationis & damnationis cauſam damnentur. ſufficit, quòd Deus per ſuam omniſcientiam ab æterno præviderit, eos ipſos, quibus actu verbum non prædicatur, non credituros eſſe, ſi vel maximè verbum illis prædicetur, unde etiam noluit invitis obtrudere verbum ſalutis, ne margaritas projiceret porcis, Matth. 7, 6. quâ de re eleganter & uberiùs diſſerit B. D. Hutterus in Explic. F. C. p. 1074. ſeqq. B. D. Tarnovius Comm. in Joh. c. 3. p. 315. paullo aliter reſpondet, qui poteſt evolvi. Cæterùm, quæ VVendelinus alibi, uti Exerc. 16. 18. 24. 26. 29. 30. 64. 117. & 127. orthodoxæ noſtræ opponit, & contrà pro abſoluto reprobationis decreto ſtabiliendo è præſenti oraculo adducit, jam nunc quidem inſtituti noſtri ratio diſcutere non permittit. de iis igitur loco alio. Conferri autem contra abſolutum reprobationis poſſunt cumprimis Dnn. Theol. VVitteb. in Fundam. Demonſt. it. Dnn. Theolog. Marpurg. contra Caſſel. in Fundam. Deductione, B. D. Fewerborn. Synt. 2. Diſquis. Sacr. diſſert. 23. 24. 25. B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 22. c. 2. th. 4 & Diſpp. Iſag. L. 9. c. 6. B. D. Sigwartus ad Iren. Parei. aliique Theologi paſſim.) * ἢ κατ'

ἡ κατ' ἐκλογὴν θεοῦ πρόθεσις propoſitum DEI, quod pertinet ad electionem. κατὰ non notat cauſam efficientem, ſed objectum, ut 2. Cor. 11. v. 21. Senſus igitur eſt, ut propoſitum illud DEI æternum, quantum ad electionem attinet, ſive circa, vel in electione maneret. Mentz. tom. 1. Diſp. Gieſenſ. Diſp. 14. th. 37. *(Exiſtimat Camero in Myrothec. p. 191. quòd diſtinguendum ſit inter πρόθεσιν κατὰ τὴν ἐκλογὴν, & πρόθ. κατ' ἐκλογὴν. notatque, Apoſtolum hic non dixiſſe πρόθ. κατ' ἐκλογὴν, ut indicetur, *propoſitum DEI eſſe mere liberum*: addit: *non eſt autem actio in DEO merè libera juſtificare credentem & pœnitentem &c.* ſimilia habet in Prælectionibus t. 1. p. 72. ſeqq. Quibus verbis ſi Camero hoc intendit, quòd electio non ſolùm gratuita, ſed etiam abſoluta ſit, h. e nullum reſpectum habeat ad meritum Chriſti, perſeverante fide apprehendendum, errat. contrarium enim Sc. S. teſtatur. neque diſtinctio etiam inter illas phraſes, quam tantopere urget, fundamentum in Sc. S. habet. Imò quòd minimè de abſoluta quadam electione Apoſtolus loquatur, patet 1. ex Apoſtoli ſcopo. 2. ex fundamento ſive ex locis V. T. unde Apoſtolus hæc deſumſit, videl. ex Gen. 25, 23. Mal. 1, 2. 3.)*

v. 12. Οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. ἐῤῥέθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι.

Non ex operibus i. e. non propter opera illorum gemellorum, ſed ex vocante i. e. ex gratia DEI vocantis dictum eſt ei. Gen. 25. v. 22. Luth. in Germ. verſ. tranſpoſuit: **ward zu ihr geſagt / nicht aus Verdienſt der Werck.** Sed Græca ἐῤῥέθη αὐτῇ conjungunt cum verbis ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει.

Quod oraculum divinum de poſteris horum gemellorum dicit, id Apoſtolus ad Eſavum & Jacobum applicat, quæritur quâ ratione? Reſp. quod de populis, qui è duobus illis fratribus oriundi erant, propriè dicitur, id de ipſis quoque populorum autoribus per uſitatam in Scripturis Synecdochen rectè dicitur. Piſcator divinum oraculum intelligit de *Eſavo & Jacobo in perſona propria, cùm duæ gentes propriè loquendo non fuerint in utero Rebeccæ, ſed duarum gentium autores.* At hoc repugnat & verbis oraculi *(Gen. 25, 23.)*

25, 23.)* & Hiſtoriæ Moſaicæ, Eſau enim in perſona propria non ſervivit Jacobo.

*) Rectè proinde conſtans noſtratium ſententia eſt, quòd dictum illud: *major ſerviet minori*, non *de ipſis auctoribus*, ſed *de eorum poſteris* accipiendum ſit. Ita ſtatuunt B. D. VVinckelm. c. 4. Diſp. Marp. Diſp. 7. §. 3. 4. B. D. VVeller. Annot. in h. l. B. D. VValth. Cent. Miſc. Theol. 61. B. D. Frantz. de Interpret. Sc. S. p. 517. B. Hackſp. Not. Philol. ad Gen. 25, 23. Gieſſenſ. tom. 1. Diſpp. p. 779. B. D. Calixtus in h. l. ex Pontificiis Tirinus, Corn. à Lapide, aliique in h. l. Et patet quoque ſatis ex 2. Sam. 8, 14. 1. Par. 18, 13. Pſalm. 60, 10. 1. Macc. 5, 10. 2. Maccab. 10, 27. 31. Quemadmodum verò verba hæc: *major ſerviet minori*, non de perſonis Jacobi & Eſavi, ſed de poſteris eorum accipienda, ita & illa: *Jacobum dilexi, Eſavum odio habui* non de ſolis perſonis Jac. & Eſavo, ſed de eorundem poſteris accipi debent, ac proinde abſolutum reprobationis decretum minimè ex h. l. probari poteſt. Id quod præter noſtrates pulcrè etiam oſtendit ex ipſis Adverſariis Jacobus Batallerius Eccleſiæ Miniſter in peculiari tr. *Jacob & Eſau*, inſcripto, & Amſtelodami A. 1664. impreſſo.)*

v. 13. Καθὼς γέγραπται, τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα.

v. 14. Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο.

Eſavum odio habui. E. reprobatus fuit abſolute, ſive tantùm propter naturæ corruptionem, quæ omnibus Adami poſteris communis eſt, non vero ob præviſam incredulitatem finalem. ita colligunt ex Pontificiis Jeſuitæ Salmeron ac Corn. à Lapide in h. l. it. Guil. Eſtius in h. l. Bellarm. l. 2. de Amiſſ. grat. c. 8. 12. Franc. Lucas ad Matth. 11. 26. p. 170. ex Calvinianis Benedictus Aretius in h. l. Pareus in Iren. aliique paſſim, cumprimis VVendelinus Exerc. 17. §. 3. ſeqq. & alibi. Imò Zvinglius contra Anabapt. part. 1. f. 36. ſcribere non dubitavit, *Divinam providentiam Eſavum in hoc creaſſe, ut viveret, atque impiè viveret.* Reſp. Diſting.

inter *odium, moraliter*, & *Logice* acceptum. *Morali odio* i. e. inimico reprobationis & damnationis odio Deus nullam creaturam, proinde nec Eſavum odit, ſine reſpectu ad peccatum Sap. 11, 23. odio verò *Logicè & comparate accepto* Deus Eſavum odit, i. e. tanto amore ipſum proſequutus non eſt, uti Jacobum, cui jus primogenituræ, inhabitionem terræ fertilis & alias prærogativas conceſſit, Malach. 1, 2. 3. Plura in rem hanc videantur apud B. D. VVellerum in Annot. ad h. l. ac B. D. Frantzium de Interpret. Sc. S. p. 515. Joh. quidem Camero in Myrothec. Ev. p. 192. rejicit illam diſtinctionem odii, moraliter, & Logicè accepti, ſive odii *poſitivi*, & *privativi*, quippe cùm tale odium privativum in Deum non cadat, & Scriptura hoc odium privativum penitus ignoret, quum de odio Dei agit, quo ipſe reprobos proſequitur. Verùm falsò præſupponit Camero, quòd Eſavus fuerit reprobatus ad æt. ſc. damnationem. Contrarium à noſtratibus rectiùs ſtatuitur. vid. B. D. Frantzius de Interpret. Sc. S. p. 517. B. D. VVeller. in h. l. p. 544. B. D. Bald. in h. l. B. D. VValther. Centur. Miſcell. Theol. p. 64. & alii, alibi adducti. Nec eſt, quòd quis urgeat, Malach. 1, 4. de Eſavitis dici, *quòd ſint populus, cui iraſcitur Dominus uſque in æternum.* Etenim ſermo eſt *de ira exitii temporalis*, *non æternæ reprobationis* vel *damnationis*, hujus enim contrarium patet ex vaticiniis mox adducendis. Eſtque hæc communis orthodoxorum ſententia. vid. præter comment. in h. l. itemque in Malachiam, B. D. Tarnovius in Johannem p. 283. Quod verò verbum *odiſſe*, ita accipiatur in ſacris litteris, nempe pro *minùs diligere* (idque juxta Canonem, quem B. D. Glaſſius Gr. S. p. 285. uberiùs explicat; *Verba affirmantia ponuntur quandoque pro contrariis negantibus.* Imò de hoc ipſo verbo concedunt tum Jeſuitæ Vasquez in 1. part. Thom. q. 23. art. 3. Diſp. 9. c. 8. ac Pererius in h. l, tum Calvinianus non incelebris, Petrus Molinæus in Anatom. Armin. c. 14. §. 5. it. D. VValthon. in Appar. ad Bibl. Londin. p 45.) eluceſcit ex Gen. 29, 31. Pſal. 78, 67. Prov. 11, 15. Malach. 1, 2. Luc. 14, 26. coll. cum Matth. 10, 37. Joh. 12, 25. Conf. B. Crineſium Exerc. Ebr. 2. q. 4. §. 9. ſeqq.

Præterea

Præterea non de Eſau & Jacobo in propriâ perſona, ſed de illorum poſteris hoc accipiendum eſt: neque enim Eſau in propria perſonâ Jacobo ſervivit Geneſ. 32. & 33. Jam ſi quis de reprobatione ſive æternâ damnatione illud, *τὸ odio habui*, velle accipere, ac *τὸ Jacobum dilexi*, de electione ad vitam æternam, ſequeretur, quòd omnes Eſavi poſteri fuerint damnati, & omnes Jacobi poſteri ſalvati. Cujus contrarium in propatulo eſt. Etenim & Eſavi poſteris Evangelicæ prædicationis gratia exhibita fuit, ceu patet ex vaticiniis Eſ. 11, 14 Amos. 9, 11. 12. eorumque impletione, Marc. 3, 7. 8. Certum ergo eſt 1. quòd Apoſtolus h. l. non loquatur de perſona Eſavi & Jacobi, ſed de illorum poſteris. Eſavi enim poſteros ſerviiſſe Iſraelitis, patet ex 2. Sam. 8, 14. 2. Reg. 8, 20. 1. Par. 19, 12. Pſ. 60, 10. 2. quòd Apoſtolus hîc primariò ac principaliter non agat de æternâ vel Judæorum ad mortem reprobatione, vel gentilium ad vitam æternam electione. ſed de temporali Judæorum à gratia ſive Eccleſiâ rejectione, ac gentilium gratioſâ ad gaudium vocatione. Quamvis interea non negemus, applicari poſtmodum v. 18. hoc ipſum ad electionem & reprobationem. 3. quod adducatur hoc exemplum Jacobi & Eſavi ſaltem ut typus electionis & reprobationis, uti pridem docuerunt noſtrates. vid. B.D.Tarnov.Exerc.Bibl.p.7.ſeqq.B.D. Mentzerus t.1.Diſp.Gieſenſ.p.775.ſeqq. B.P.Comm.in Gen.p.503.Bb. DD.Hunnius,Mylius, Balduinus, VVellerus alii Comm. & Annot. ad h.l.B.D.Frantz. de Interpr.Sc.S.Orac.31.p.515.ſeqq.B. D.Fewerborn. Syntag.1.Sacr.Disquis. Diſert.3.p.108.ſeqq. it. Diſſ.7.§.43.ſeqq.B.D.Walther.Miſcell.Centur.p.60.ſeqq.B.D. Meiſnerus Ἀνθρωπ. S. Diſp.13.q.2.§.22.Diſp.20.§.20.ſeqq. B. D. VVinckelm. t. 5. Diſpp. Marp. Diſp. 7. §. 5. Quæ VV. Exercit.10.§.11.12.huic reſponſioni opponit, alibi diſcutientur.)*

Aug. in Epiſt. ad Sixt. Presbyt. *Cùm rem ſtupendam propoſuiſſet, quando de nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali, rectè dici potuerit, quòd unum Deus dilexerit, alterum odio habuerit, ipſe ſibi objectâ quæſtione motum exprimens auditoris inquit: Quid ergo dicemus? nunquid eſt iniquitas apud Deum?*

v. 15. Τῷ γὰρ Μωσῇ λέγει, ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω.

ἐλεήσω ἂν ὃν ἐλεῶ. *Cui miſericordiam exhibere cupio, illius miſerebor.* ita enim poſtea exponitur v. 18. Luth. **welchem ich gnädig bin / dem bin ich gnädig.** *(Rectè monet Jeſuita Bonfrerius Comm. in Exod. 33, 19. quòd *Apoſtolus ſententiam hanc ad propoſitum ſuum accommodet, quod erat, oſtendere, non ex operibus legis vel naturæ advenire homini gratiam juſtificationis* (add. & electionis & ſalvationis,) *ſed ex ſolâ DEI miſericordia.* Accuratè verò hîc diſting. inter *miſericordiam* DEI conſideratam ratione *intentionis*; & ratione *actualis juſtificationis* & *ſalvationis*. Illo modo omnium hominum Deus miſertus eſt, nec quenquam vult perire. ceu patet ex Ezech. 18, 31. c. 33, 11. Joh. 3, 16. Eſ. 49, 6. Rom. 11, 32. 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9 (Falſa proinde gloſſa Feliciani Capitonis, ArchiEpiſcopi Avinionenſis, quando Calvinizans in Expl. h. l. p. 1019. ſcribit, *Quanquam DEUS omnes homines diligat, non tamen ita diligere, ut omnibus bonum vitæ æternæ dare velit.*) Hôc modo, nempe quantum ad actualem juſtificationem & ſalvationem, fit particularis, ob culpam nempe hominum, media ſalutis negligentium ac rejicientium, infrà v. 30. & c. 10, 3. c. 11, 20. hautquaquam verò ob abſolutum aliquod DEI decretum. Breviter: miſericordia DEI *univerſalis* eſt, quoad voluntatem DEI antecedentem, *particularis* quoad voluntatem ejus conſequentem, quia nempe non omnes homines beneficia Dei, in verbo quidem omnibus oblata & per Chriſtum omnibus acquiſita, verâ ſibi fide applicant: Egregiè allegatam diſtinctionem illuſtrat B. D. Meiſn. Ἀνθρωπ. S. D. 12. q. 1. §. 12. ſeqq. Sed objiciat aliquis: *ſi propoſitum DEI de noſtra ſalute eſt univerſale, nec tamen omnes convertuntur, ſequitur, quòd DEUS fruſtretur fine ſuo.* Reſp. negando conſequentiam, quia propoſitum Dei non eſt abſolutum, ſed certa includit media, ab hominibus non negligenda. Neglectus igitur mediorum eſt cauſa damnationis & particularitatis, non abſolutum reprobationis decretum. Contra Calvinianos, de quorum errore conſulatur B. D. Fewrb. Synt. 1. Diſquiſ. Sacr. p. 292. ſeqq.)*

v. 16.

v. 16. Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ.

Syrus. *Non eſt in manibus ejus qui velit.* Per *voluntatem* notat deſiderium ſalutis, per *curſum* ſtudium demerendi Deum ad ſalutem. Nequaquam hic eſt ſenſus, quòd reprobi quidem ſalvari velint, DEUS autem eos ſalvari nolit, contrarium enim docet Chriſtus Matth. 23. v. 37. ſed quod ex noſtris viribus in ſpiritualibus & in negotio ſalutis nihil quicquam poſſimus, omnia autem unicè dependeant ex indebita DEI gratia, Phil. 2. v. 13.

*(Excipiunt Synergiſtæ ac L. A. patroni, *quòd elliptica hîc locutio ſit, quòdque omiſſa ſit particula* ſolùm, *ut ſenſus ſit, non eſt tantùm volentis, ſed ſimul miſerentis* DEI. ita ſtatuit Jeſuita Maldonatus & alii Papicolæ: Verùm licet non diffiteamur, quòd ellipſis hujusmodi in ſacris literis non inſolita ſit, vid. Gen. 32, 28. Exod. 16, 8. 1. Sam. 8, 7. Hoſeæ 6, 6. Marc. 9, 37. Actor. 5, 4. 1. Cor. 15, 10. Eph. 6, 12. ac conf. B. D. Glaſſ. Gramm. S. p. 489. negatur tamen, quòd ellipſis illa hîc obtineat, cùm ſatis ex ſacris conſtet, quòd homo quoad ſpiritualia prorſus mortuus ſit, ita ut ex ſe ſalutarem ſui converſionem non ſolùm non poſſit velle, 2. Cor. 3, 5. verùm etiam DEO repugnet, ceu patet ex Rom. 8, 7. B. D. Frantzius ita *τὸ velle & currere* in Tract. de Interpret. Sc. S. p. 520. explicat, quòd *τὸ velle* ſit velle currere vel velle operari, *τὸ currere* ſignificet operari vel laborare, ceu Matth. 21, 28. ut adeo ſententia hæc coincidat cum verbis Apoſtoli, Rom. 4, 4. 5. Poteſt tamen in genere quoque dictum hoc ita accipi, quòd non ſit in hominis poteſtate, pœnitentiam agere & in Chriſtum credere, niſi Deus gratiâ eum ſuâ præveniat. Quare etiam dum janua gratiæ aperta eſt, agenda pœnitentia eſt. vid. B. D. Bald. Cas. Conſcient. p. 671.)*

v. 17. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ, ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ.

*(Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ φαραώ. i. e. Scriptura S. teſtatur, Deum dixiſſe Pharaoni. Conf. ſimiles loquutiones Gal. 3, 8. & 22. coll. cum Rom. 11, 32. Add. B. D. Glaſſ. Gr. S. p. 296. Syrus aliquo modo idipſum inſinuavit, quando h. l. vertit ܐܡܪ ܓܝܪ ܒܟܬܒܐ *dicit enim in Scriptura*, ſc. DEUS, *Pharaoni*. Reliqui Interpp. Orientales arctè hîc inhærent textui Græco.)*

εἰς τοῦτο ἐξήγειρά σε. Oecumenius ἐξεγείρειν vertit per [illegible], Deus toleravit diu Pharaonem, & tardè proceſſit ad πανωλεθρίαν, ſubinde ipſum *reſuſcitans*, & ex morte quaſi in vitam revocans. Reſpicit Apoſtolus hoc verbo procul dubio ad illud, quod Pharao de plagis ad Moſen dicit: *Aufer à me mortem illam*. LXX. διετηρήθης: reſervatus es. Hebr. הֶעֱמַדְתִּיךָ *ſtare te feci*. Tremell. & Jun. *feci ut reſtares, non percuſſi te cum pecudibus*. Ambroſ. h. l. *Servatus eſt, ut multa ſigna & plagæ oſtenderentur in illum quaſi jam mortuum. Suſcitatus autem dicitur, quia cum apud DEUM mortuus eſſet, modicum tempus accepit, ut vivere videretur*.

*(Bene proinde monet B. Hackſpanius, Not. Philol. ad Matth. 14, 19. quòd cùm verbum עמר & העמיר duo ſignificet 1. *creare* 2. *conſervare in vitâ*, Apoſtolus h. l. verbum ἐξεγείρειν, quod illi reſpondet, non in priori, ſed poſteriori ſignificatione adhibuerit, nempe quat. notat *conſervare in vitâ*. Conf. idem Not. Philol. ad Exod. 9. v. 16. Atque hoc poſter. ſenſu occurrit verbum עמר Exod. 21, 21. Faventque huic ſententiæ & Interpretes Orientales. Diſertè Syrus: *Ad hoc ipſum* ܐܩܝܡܬܟ *excitavi te*, ſive *ſtare*, vel *reſtare te feci*, vel *viventem te* [illegible]. Similiter & Arabs: *Ad hunc ipſum finem* اقمتك *conſtitui te* vel *ſtare te feci*, ſive permiſi, ut regnum conſequereris, nec ſtatim è medio te ſuſtuli, præſcius quippe commodi, ad meos inde perventuri, tum verò ut ipſe diſcas & toti mundo exemplo ſis, quòd te omnibusque tyrannis potentior ſim. Sicque omnes homines agnoſcant juſtitiam & potentiam meam in vindicandis populi mei perſecutoribus. Conf. B. D. Fantzius de Inter-

Interpret. Sc. S. p. 521. B. Par. Com. in prior. ep. Petri p. 209. ex Pontificiis Pererius in h. l. Eleganter Theodoretus ad v. 22. hujus capitis: *Quemadmodum Medici non ipſi fabricantur viperas, ſed ex iis utile hominibus medicamentum conficiunt. Ita etiam Deus voluit quidem, Pharaonem ſupplicia ſubire. Sed quia ille in omnium feritatem impegerat, illi quidem omnis generis pœnas inflixit, ſuam autem potentiam omnibus hominibus oſtendit.* Quòd verò induratio non dependeat à voluntate DEI abſolutâ, ceu Joh. Piſcator part. 2. Reſponſ. ad Duplic. Vorſtii p. 6. 212. &c. ſtatuit, ſed *à prævisâ incredulorum culpâ*, ſolidè oſtendit, adductis ipſorum Adverſariorum verbis, B. D. Fewerborn. Synt. 1. & 2. Disquis. Diſp. 23. §. 29. Conf. omninò Diſpp. Iſagog. S. Sac. p. 935. ſeqq. B. D. Frantzius de Interpr. Sc. S. p. 383. 385. ſeqq. B. D. Winckelm. in h. l. B. D. Mentzer. t. 1. Diſpp. Gieſ. p. 792. B. D. Meiſn. Schol. Acad. Diſp. 3. §. 101. ſeqq. add. ex Armin. Epiſcopius p. 389. Conf. plures autores, Decade VI. Theſ. Theol. §. 5. litt. h. allegati.)*

Beza exponit, *feci ut exiſteres* i. e. *creavi te, quia Pſal. 33. v. 9. declaratque dicitur, ipſe præcepit, & ſtetit.* Sed Deus neminem creat ad exitium.

Piſcator h. l. *Excitavi te i. e. excitavi animum tuum ad reluctandum mandatis meis & recuſandum dimiſſionem populi mei. Vel excitavi te i. e. ante totius mundi oculos propoſui te & quaſi in arena produxi, quaſi in certamen deſcenderem.* Sed Deus neminem impellit ad peccatum.

ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου, *ut annunciet, ſcil. unusquisque*, Heb. ספר למען *propter enarrare:* i. e. ut omnes enarrent, vel ut enarretur *nomen meum.* Verbum διαγγέλλειν eſt emphaticum, ſignificat enim, *paſſim & per omnia loca annunciare.*

v. 18. Ἄρα οὖν ὃν θέλει, ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει.

* (*Cujus vult &c.* Sermo eſt de voluntate conditionata, ſive quæ aliquam includit conditionem. Hujus enim DEUS miſereri, huncque adeò ſalvare vult, qui perſeverante fide meritum Chriſti apprehendit, Joh. 3, 16. Marc. 16, 16. qui à malo deſiſtit, 2. Tim. 2, 20. 21. &c. Excluditur igitur ex parte homi-

hominis non fiducialis meriti Chriſti apprehenſio, ſed proriorum operum, meritorum & propriæ dignitatis exaggeratio. Conſ. B. D. Frantz. de Interpret. Sc. S. p. 520. Innititur proinde his verbis non abſoluta aliqua miſericordiæ divinæ particularitas, ſed meriti noſtri nullitas, & inobſtricta voluntatis divinæ libertas.)*

*(*Miſeretur*. vid. Exod. 33, 19.)*

σκληρύνει Deus *indurat* non impertinendo malitiam, ſed non impertiendo miſericordiam. *(Notat B. Hackſpanius Not. Phil. ad Matth. 12, 31. τὸ *indurat* hîc idem ſignificare, ac *indurare poteſt*. Ex Ebraiſmo nempe, cujus ductu in Sc. S. ea, quæ intelliguntur de potentia, ſæpè ita efferuntur, ac ſi jam actu eſſent. Sic Matth. l. c. τὸ ἀφεθήσεται *remittetur*, exponi ſolet *remitti poteſt*. B. D. Glasſius Gr. S. p. 262. juxta canonem: *verbum voluntatis quandoque non de ſimplici & nudo voluntatis arbitrio accipiendum, ſed ita, ut cauſam ſimul & conditionem effectus includat*, præſentem locum exponit. ita ut ſenſus ſit: quem vult, h. e. quem contumaciter & pertinaciter diabolicèque in blaſphemiis & impietate perſeveraturum novit, illum tandem indurat i. e. deſerit tandem ſuâ gratiâ, Satanæque tradit. De *induratione* vid. paullò antè ad v. 17. Cœterùm Joh. Camero, quò abſolutum reprobationis decretum quodammodo ſuffulciat, monet in Myroth. Evang. p. 193. *quòd in promtu cauſa ſit, cur hi potiùs, quàm illi juſtificentur: id verò non æquè liqueat, cur Deus huic potiùs fidem ac pœnitentiam dederit, quàm iſti, cùm ſimus omnes pares, itaque hîc nobis in voluntate ejus ſit acquieſcendum.* Reſp. Concedimus, quòd in Dei voluntate acquieſcendum ſit, interea tamen ita de Dei voluntate ſentiendum, ne aliqua injuſtitia ei tribuatur, quod fit, ſi ſtatuitur, quòd ex abſoluto quodam decreto maximam hominum partē neglexerit, ita ut nec fidem dare pleriſque voluerit. Aſt ſi Deus omnes vult, ſalvos fieri, 1. Tim. 2, 4. ſi omnes ad ſe vocat, Matth. 11. ſi non vult, ut ullus pereat, ſed ut omnes pœnitentiam agant, 2. Petr. 3, 9. ſequitur quòd omnibus ſeriò velit dare fidem. intellige tamen, niſi per affectatam malitiam media ad fidem concipiendam atque excitan-

citandam divinitus ordinata negligant, contemnant, vel uno verbo, niſi venire nolint, Matth. 23, 37. Diſt. igitur inter *repugnantiam naturalem*, quæ omnibus communis, atque ſic omnes ſumus pares, & inter *repugn. affectatam* ſive *moroſam*, de qua c. 1. & quantum ad hanc non ſumus omnes pares.

* (μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα &c. Haut immeritò de præſenti loco Apoſtolico B. D Sigwartus in Admon. ad Iren. Parei c. 3. lib. 3. art. 6. p. 415. pronunciat, *illum tam obſcurum eſſe, ut vix alius extet in ſacris litteris obſcurior: nec ulli loco magis competat Divi Petri judicium de Epiſtolis Paulinis, quàm huic, quòd habeant difficilia quædam, quæ indocti (i. e. imperiti, & Apoſtolici ſermonis ignari) & inſtabiles depravent.* Eademque de hoc ipſo dicto ſententia B. D. Franzii eſt in de Interpret. Sc. S. Orac. 30. p. 475. B. D. Ægidii Hunnii in Comm. ad h. l. & aliorum. Cæterùm argumentatur Apoſtolus hîc à minore ad majus. Ac ſenſus eſt: Si plasma non poteſt accuſare figulum, quòd è materia non repugnante facit vas ignominiæ, quanto minùs Deus injuſtitiæ accuſari poteſt, ſi è hominibus, contumaciter ſibi ac Spiritûs Sancti operationi repugnantibus facit vaſa ignominiæ, hoc eſt, eoſdem tandem gratiâ ſuâ indignos cenſet, eandemque illis ſubtrahit. Probè autem obſervandum, quòd ſimilitudo illa inter Deum & figulum non in omnibus posſit debeatve inſtitui: ſufficit, quòd in uno vel altero posſit oſtendi. Neque etiam in parabolis ſingula verba & membra, præter & extra inſtitutum, ad quod in Scr. adhibentur, urgenda ſunt. uti pridem à S. Chryſoſtomo hom. 65. in Matth. aliiſque, Anal. ad Matth. 13, 3. adductis, monitum. Cumprimis cavendum, ne tale quid è parabolis colligatur, quod claris Sc. S. oraculis contrarietur, vel quod pugnet cum DEI bonitate, juſtitia, miſericordia. Tale igitur cùm abſolutum Reprobationis decretum ſit, quod hinc cumprimis adſtruere Calviniani ſatagunt, manifeſtum eſt, quòd argumenta haut ſatis firma ſint, quæ contra tot aperta Sc. S. teſtimonia ex hoc loco illi nectunt. Conferuntur autem ab Apoſtolo Deus & figulus 1. ratione poteſtatis. 2, ratione liberæ voluntatis. Quòd verò

non per omnia ſimilitudo procedat, patet, quia 1. figulus facit vaſa ignominiæ, ſed DEUS non facit vaſa iræ, verum à Diabolo per peccatum talia facta, magnâ patientiâ tolerat. 2. Figulus pro mero arbitrio ex eadem maſſa facit vaſa honoris & ignominiæ, ſed DEUS habet gravisſimas cauſas, cur quosdam homines damnet, quia nempe malitiosè Sp. S., per prædicationem verbi convertere eos cupienti, malitiosè reſiſtunt, Act. 7, 51. cor obturant, & conſilium DEI adversùs ſemetipſos ſpernunt, Luc. 7, 30. alios verò ſalvet ſive vaſa gloriæ faciat, quia nempe operationi Sp. S. non ita contumaciter repugnant, ſed verbum in bono corde ſuſcipiunt, & fructum ferunt in patientiâ, Luc. 8, 15. Conf. quoque B. D. Mentzer. t. 1. Dupp. Gieſ. p. 703. ſeqq. B. D. Sigwartus l. c. p. 419. ſeqq. B. D. Winckelm. in h. l. p. 196.)*

v. 19. Ἐρεῖς οὖν μοι, τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε.

τί ἔτι μέμφεται, cur adhuc incuſat, objurgat & reprehendit, cùm ſcil. meipſum induraverit.

*(*Quis ejus voluntati reſiſtet?* Accipiendum hoc de voluntate DEI abſolutâ (uti rectè quoque Joh. Crocius in Anti-Bec. part. 1. p. 112. monet, atque ita locum hunc conciliat cum Actor. 7. 51.) qualis eſt, quòd DEUS voluerit mundum creare, velit mortuos reſuſcitare, & de hac loquitur etiam ipſe Eſ. 46, 10. Aliter ſeſe res habet cum iis, quæ ſub certâ conditione vult: hæc enim non fiunt, niſi conditione illâ impletâ, ceu patet ex Jerem. 18, 7. ſeqq. Matth. 23, 36. Luc. 7, 30. Actor. 7, 51. Luc. 13, 3. Joh. 3, 13. Nec tamen ſequitur, quòd ſi Deo voluntas conditionata tribuatur, propterea ipſe mutabilis ſit, uti quidem Joh. Piſcator not. ad tract. Vorſtii de DEO not. 4. ad p. 58. perſuaſum ſibi habet. Etenim tum demum voluntatis mutabilitas DEO tribueretur, ſi ea, quæ abſolutè vellet, non fieri ſtatueretur. Conf. plura in Analectis ad Matth. 23, 36. Cæterùm notant Interpp. quòd *τὸ reſiſtere* hîc idem notet, ac *τὸ reſiſtere poterit*, cùm in Sc. S verbum actionem ſive effectum denotans, quandoque pro facultate ſive poteſtate aliquid agendi adhibeatur. Vid. B. D. Glaſſ. Gram. S. p. 242.)*

V. 20. Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως.

August. in ſerm. de verb. Apoſt. *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? qui ſit ille, attende; quis tu ſis, attende. Ille Deus eſt, tu homo. Sed juſtitiam loqueris tu, & fons ille juſtitiæ ſiccatus eſt? ſi juſtum loqueris, unde tibi? aut injuſtum loqueris, & debes tacere: aut juſtum loqueris, & non habes niſi de fonte juſtitiæ. Fons autem juſtitiæ quis eſt, niſi DEUS? primum ergo fundamentum fidei pone. Numquid iniquitas apud DEUM? latere te æquitas poteſt, eſſe iniquitas ibi non poteſt. Expectas à me fortaſſe, ut tibi dicam, quare cui vult, miſeretur, & quem vult, obdurat? Expectas à me homo? ſi es tu homo & ego homo, ambo audivimus: O homo, tu quis es, qui reſpondeas DEO? [illegible] eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia.*

ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ, *qui ex adverſo reſpondeas DEO*, cùm ſis homo i. e. civis & pulvis.

V. 21. Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.

An non habet figulus? Patres notant, non tam quid DEUS nobiſcum faciat ſecundùm potentiam ſuam ordinariam, quàm quid facere poſſit ut abſolutus & merus omnium dominus, & cujus voluntati nemo ſe opponere valet, Paulum indicare. Ita enim Chryſoſt. Theodoret. & Theophyl. hunc locum explicant. Poſtea enim addit Apoſtolus, Deum non poteſtate, ſed ſumma æquitate & juſtitia nobiſcum agere ſolitum. Chryſoſt. hom. 16. in Ep. Rom. *Non vult DEUS ſuum robur per ſupplicium [illegible], ſed per beneficium & liberalitatem: tulit igitur Pharaonem [illegible], ſuam ſimul declarans bonitatem & potentiam.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, ex eadem maſſa. τὸ φύραμα ſignificat *farinam humore maceratam & ſubactam*, hoc loco metaphoricè accipitur pro *luto humore ſubacto*.

Baſil. in orat. quòd DEUS non ſit autor pecc. *Vas iræ eſt, qui omnem in ſe Diaboli operationem, quaſi vas quoddam ſuſcipit, &*

propter fœtorem, quem habet ex corruptione, ad nullum uſum aptari poteſt, ſed dignus, qui pereat.

V. 22. Εἰ δὲ θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν.

ἀνανταπόδοτον. Oecumenius ad ſupplendam ἔλλειψιν revocat huc, quod v. 20. præmiſſum: *Tu quis es, qui reſponſas DEO,* εἰ ταῦτα ὁ θεὸς ποιεῖ, σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιποχειρόμενος τῷ θεῷ ... τὴν ὀργήν. Auguſt. lib. 2. ad Simplician. q. 2. eodem ferè modo ſupplet. *Recurrente* (inquit) *ſententiâ ad priora verba ſenſus erit. Si volens DEUS oſtendere iram, tulit vaſa iræ, tu quis es qui reſpondeas DEO?* Alii figuram orationis dicunt eſſe ἐλλειπτικὴν ... ἀποσιώπησιν, ut ſubintelligatur, οὐδὲν δὲ ἄτοπον, vel οὐδὲν δὲ οἷς ... φεσθαι εἰ θέλων ὁ θεός. Alii particulam εἰ δὲ perinde accipiunt, ac ſi dictum, quid autem ſi? & in ſeq. v. ἔλλειψιν ita reſarciunt, καὶ τοῦτο δηλονότι ἐποίησεν ἵνα γνωρίσῃ, idque nimirum fecit, ut declararet: alicubi tamen τὸ καὶ non ſcribitur.

ἤνεγκεν μετὰ πολλῆς μακροθυμίας, *cum multa lenitate pertulit ſive toleravit vaſa iræ*, quia Deus non ſtatim punit reprobos, ſed expectat eorum converſionem, Rom. 2. v. 5. *(Cæterum quomodo dictum hoc conciliandum cum illo Deut. 7, 10. prolixè docet M. Joh. Mettingerus in Harmp. 688. ſeqq. diſtinguens tum inter perſonas, quibus Deus iraſcitur; tum inter pœnas, quibus eos afficit. De μακροθυμίᾳ verò DEI idem Mettingerus l. c. eleganter diſſerit. Conf. quoque de ead. B. D. Glaſſ. in Exeg. ad Domin. Remin. p. 532. it. in Exeg. Ep. Dom. 24. poſt Trin. p. 1121. ac alibi.)*

κατηρτισμένα *coagmentata, coaptata*, Piſcat Diſp. 12. de Prædeſt. §. 27. it. in h. l. & Toſſan. ex eo colligunt, reprobos à Deo eſſe ad interitum conditos, cùm in priore parte ſimilitudinis figulus dicatur formare vaſa ad dedecus *(Similia habent Pareus in reſp. ad l. 2. de amiſſ. grat. c. 12. p. 339. in Admonit. Neoſt. p. 45. 47. Grynæus in Tabulis Szeged. p. 122. Beza in h. l. Wendel. Exerc. 26. §. 24.)* Sed hoc repugnat analo-

giæ

giæ fidei. *(Imò & ipſi contextui. Si enim DEUS cum multa lenitate ac patientia vaſa iræ toleravit, ſequitur, quòd ipſe homines impios & rebelles non crearit aut præpararit ad interitum. Sanè non opus eſt μακροθυμία ad tolerandum illud, quod ipſi fecimus, & tale, quale eſt, eſſe voluimus. Nemo illius eſt autor, cujus eſt ultor. Jam DEUS punit impietatem, ergo illius non poterit dici autor vel cauſa, efficiendo impietatem, vel incitando, impellendo homines ad peccandum. Quin potiùs cauſa peccati eſt Diabolus ſeducens, ac homo illi conſentiens, Joh. 8, 44. Rom. 5, 12. Eph. 2, 3. Conf. plura huc facientia apud B. Par. Diſpp. Iſagog. p. 846. Notari inſuper poteſt, non dici, *quòd DEUS vaſa iræ coaptarit* vel *coaptaverit*, ſed *quòd coaptata*, nempe à Diabolo, *DEUS tolerarit*. Et quomodo quæſo dici poſſet, quòd multâ lenitate impios tolerarit Deus, ſi ipſe ad interitum eos creaſſet. Cauſa igitur interitûs ac damnationis impiorum non eſt Deus, tales creans, ſed homo Deo repugnans, & in impietate atque incredulitate ſuâ perſeverans, Joh. 3, 18. Conf. B. D. Fewrb. Synt. 1 Sacr. Disquis. Diſſ. 5. §. 7. & §. 45. ſeqq. B. D. Calixt. in h. l. B. D. Tarnov. in Joh. p. 316. Nec eſt, quòd Calviniani urgeant, *adhiberi hîc verbum καταρτίζειν, quod de creatione & formatione in S. S. adhibeatur, ceu patet ex Ebr. 11, 3.* Etenim ſciendum, quòd ſæpius etiam idem de hominibus uſurpet Script. S. vid. Matth. 4, 21. Gal. 6, 1. &c. Et obſtat præterea crudæ illi ſententiæ, quòd DEUS homines reprobos crearit vaſa iræ, hominis ad imaginem DEI creatio, Gen. 1, 26. 27. ejuſdemque in peccatum prolapſi pretioſa per Chriſti Filii DEI unigeniti paſſionem & mortem redemtio, Matth. 18, 11. Joh. 3. 16. peccati odium & deteſtatio, Pſal. 5, 5. perditionis cauſæ à DEO remotio, Hoſ. 13, 9. Rectè proinde Joh. Crocius, & ipſe licet Calvinianus, part. 2. controv. Pruten. p. 222. *Quomodo ad id hominem crearet opifex, propter quod ut juſtiſſimus Judex eum ad æterna rapturus eſt ſupplicia? quomodo ad id crearet, quod ut ſeveriſſimè improbat & adverſatur?* & in AntiBecano part. 1. p. 94. *Diligit DEUS naturam quam fecit; culpam autem odit, quam non fe-*

cit, quia non eſt autor mali culpæ, ſed vindex &c. Quæ conferatur cum effato Damaſceni, qui l. 2. Orth. Fid. c. 29. *Non ad puniendum*, ſcribentis, *nos plasmavit DEUS, ſed ut efficiat nos bonitatis participes, ut bonus, peccantes autem punire vult, ut juſtus.* Conf. etiam dictum Fulgentii, ſuprà ad v. 11. allegatum.) *

v. 23. Καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν.

τὸν πλοῦτον τῆς δόξης *divitias gloriæ ſuæ* i. e. gratiæ ſuæ. Eph. 1 v. 6. 7. 14. *(Senſus verò verborum Apoſtoli hic eſt: Si Deus impiis tantam exhibuit in præſenti vitâ gratiam & benevolentiam, cum magnâ animi lenitate illorum expectans pœnitentiam, interea multis afficiens eos beneficiis temporalibus, cùm tamen ob impœnitentiam æternam damnandi illi ſint: quanta gratia ac gloria erit, quam pii ac credentes in altera vita à tam munifico Deo expectare poterunt debentque.)*

προητοίμασεν Piſcator exponit de *creatione*, ſed rectius accipitur de *vocatione, juſtificatione, ſanctificatione* & reliquis Dei actionibus in electis, quibus eos format & quaſi fingit ad gloriam. Vel quia ſequitur, οὓς καὶ ἐκάλεσεν, accipi poterit de electione in Chriſto.

v. 24. Οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν.

οὓς καὶ ἐκάλεσεν, quos non ſolùm ex gratia elegit, ſed etiam in tempore vocavit. Poteſt σαφηνείας causâ inſeri particula nimirum *nos*, declarat enim Apoſtolus, de quibus vocatis loquatur. *(Præceſſit quidem neutrum σκεύη. Sed quia de hominibus ſermo eſt, adhibetur pronomen maſculini generis, non infrequenti in Sc. S. enallage, vid. Matth. 28, 19. Joh. 15. 26. c. 16, 13. 14. ſuprà c. 2, 26. Gal. 4, 19. &c.

v. 25. Ὡς καὶ ἐν τῷ Ὡσηὲ λέγει: καλέσω τὸν οὐ λαόν μου λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην.

Dictum extat Oſ. 2. v. 23. * (De quo cumprimis conſulatur B. D. Tarnov. Comment. in eum locum.)*

V. 26.

v. 26. Καὶ ἔςαι ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἐῤῥήθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ ζῶντος.

v. 27. Ησαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ ἰσραὴλ, ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται.

Eſaias clamat i. e. clarâ voce & manifeſtè pronunciat. *Reliquiæ ſalvabuntur*, i.e. ſolæ reliquiæ. Propheta loquitur de reductione populi è captivitate Babylonica, Apoſtolus verò illam liberationem conſiderat ut typum beneficiorum ſpiritualium. *Per reliquias* intelliguntur credentes & electi, ex numero reproborum reliqui.

Κράζει ὑπὲρ ἰσραὴλ, *ſuper Iſrael* vel *de Iſrael*. Luth. **Eſaias ſchreiet für Iſrael.**

v. 28. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς.

Λόγον γὰρ συντελῶν ſc. ἔςαι. *Erit conficiens & concidens* i. e. conficiet & concidet rem, ita enim λόγος phraſi Hebr. accipitur. Luth. **es wird ein verderben und ſteuren geſchehen zur Gerechtigkeit.** Græca ad verbum ſic habent: *Ipſe enim* (Dominus) *verbum* (i.e. negotium, videlicet pœnam magni cœtus reproborum in populo Iſraelitico) *perficiet & concidet per juſtitiam* (i. e. in momento puniet, & in nihilum rediget, quando ſibi veniet ad judicium) quia Dominus verbum ſive negotium conſummans perficiet in terra.

Auguſt. lib. ad Simplic. *Verbum conſummans & brevians faciet Dominus ſuper terram, i.e. ut compendio fidei per gratiam ſalvos faciat credentes, non per innumerabiles obſervationes, quibus illa multitudo ſervilibus onerata premebatur. Per gratiam nobis quippe verbum conſummans dicit: Jugum meum leve eſt.* Sed à textu remotior eſt hæc Auguſtini expoſitio.

v. 29. Καὶ καθὼς προείρηκεν Ησαΐας, εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.

Niſi

Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen. In Hebræo eſt, *ſuperſtites paucos*, Eſai. 1. v. 9. LXX. reddiderunt metaphorico vocabulo *ſeminis.* Cum enim homines maximam frumenti partem molant, ut inde panem conficiant, aliquantulum tamen ad ſeminandum reſervant. Oſtendit Apoſtolus, DEI miſericordiæ, non autem Judæorum merito aſcribendum eſſe, quòd quidam ex communi interitu liberati.

* (ὡς Γομ. ἂν ὡμοιώθημεν. adverbium comparationis abundat, cujus rei ſimile exemplum occurrit Marc. 4, 30.)*

v. 30. Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως.

ὅτι ponitur εἰδικῶς, *hoc dicemus*, quod gentes apprehenderint juſtitiam. Verbum καταλαμβάνειν manifeſtè docet, non de noſtra, ſed de Chriſti juſtitia hoc loco agi: non enim illa, ſed hæc fide apprehenditur.

ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην, gentes quæ non ſectabantur juſtitiam i. e. quæ non quæſiverunt, propriâ juſtitiâ coram Deo ſalvari, ſed crediderunt in Chriſtum.

*(κατέλαβε *apprehenderunt*, ſcil. fide, ut quæ *manus & inſtrumentum dicitur, quô Chriſti merita nobis applicantur*, ceu rectè monet Jeſuita Juſtinianus Comm. in Ep. ad Rom. c. 3.)*

v. 31. Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε.

Ad legem juſtitiæ non pervenit. Per *legem juſtitiæ* intelligitur *juſtitia legis*, ſive à lege præcepta, per hypallagen. *(Cujus etiam exempla occurrunt alibi vid. Lev. 12, 4. c. 22, 4. Joſuæ 2, 6. 1. Reg. 17, 14. &c.)*

v. 32. Διὰ τί; ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος.

Quia non ex fide, ſcil. juſtitiam ſectati ſunt Iſraelitæ, i. e. non quæſiverunt juſtitiam fidei in Chriſto Mediatore propoſitam.

* (ὡς ἐξ ἔργων. τὸ ὡς hîc non eſt *ſimilitudinis*, ſed *veritatis*, ex operi-

operibus enim juſtificari voluerunt. Conf. ſimilia exempla Matth. 14, 5. Luc. 22, 44. Joh. 1, 14. 1. Cor. 4, 1. & alibi.)*

προσέκοψαν τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος. Oſtendit Apoſtolus rationem, ex qua factum, quòd Judæi non crediderint. quia in externa contemta Chriſti ſpecie fuere ſcandalizati, Matth. 13, v. 57. 1. Cor. 1. v. 23. *(Atq; hoc modo, nempe de Chriſto, dictum Propheticum Eſaiæ 28, 16. (ad quod Apoſtolus reſpicit) accipiunt quoque ipſi Judæi quidam, ceu R. Salmonis expoſitionem adducit B. Hackſp. Not. Phil. Theol. ad d. l. Eſaiæ, quemadmodum & Targhum Jonathanis h. m. interpretari, teſtatur idem cum Petro Galatino lib. 3. de Arcan. Cath. verit. c. 21. Quomodo v. Pontificii Oraculo Prophetico ad ſtabiliendum Pontificis Romani primatum & infallibilitatem abutantur, oſtendit laudatus Hackſp. l. c. Hîc illud tandem notandum, quòd Chriſtus per ſe conſideratus, ſit *petra ſalutis* Eſ. 28, 16. Hoſ. 14, ult. Matth. 11, 6. & c. 18, 11. Luc. 19, 10. per accidens verò fiat *lapis offenſionis*, illis ſc. qui ſervili ejus habitu ſcandalizantur, nec in ejus ſatisfactione, ſed in propriis meritis ſalutem quærunt, adeoq; lapidem illum rejiciunt, Pſ. 118, 22. Eſ. 8, 14. Matth. 21, 42. Conf. Lud. Crocium in Dyodec. Diſſ. 10. p. 506. imò Calvinum ipſum in Comm. ad 1. Petr. 2, 8. p. 23. allegatos à B. D. Fewrb. Synt. 2. Disq. Theol. Diſſert. 23. §. 30. 31. ubi ſententiam orthod. & ipſi approbare videntur.)*

v. 33. Καθὼς γέγραπται, ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου, πᾶς καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

Principium & finis hujus dicti deſumta ſunt ex Eſai. 28. v. 18. medium ex Eſai. 8. v. 16. *(Cœterùm quomodo ex h. l. vera Chriſti deitas evinci contra Photinianos posſit, prolixè oſtendit B. D. Tarnov. de SS. Trin. p. 191. 193. ſeqq. qui poteſt evolvi.)*

οὐ καταισχυνθήσεται, *non pudefiet*. Hebr. *non feſtinabit*. Qui nimirum feſtinant, ſolent labi, atque ita pudefiunt. Er wird ſich nicht übereylen/ ſed patienter expectabit impletionem divi-

narum promiſſionum, & hac ratione earum particeps reddetur. unde conſequens eſt, quòd non pudefiat. *(Ita explicant Interpretes communiter, vid. è noſtratibus B. D. Glaſſius Rhet. S. p. 590. B. Oſiander, Gloſſ. Bibl. Erneſtinorum; è Calvinianis Franc. Junius, Johannes Piſcator, Calvinus ipſe &c. in h. l. è Pontificiis Corn. à Lapide, Salmeron, Eſtius, alii. Verùm exiſtimat Hackſpanius in Notis Philol. Theol. ad Eſ. 28, 16. falli eos, qui talem metalepſin h. l. ſtatuunt, quà conſequens ſcil. ponitur pro antecedente, quòd nempe qui nimis feſtinat, poſtmodum ſæpiùs confundatur. Ipſe verò contra ſtatuit, quòd Apoſtolus LXXII. ſequutus fuerit, qui olim ita reddiderint. hos verò, ceu alibi multa, aliter legiſſe quàm ſcripta fuerunt. ita & apud Prophetam Eſ. c. 28, 16. pro יחיש à חוש *feſtinare*, legiſſe יבוש à בוש *pudefieri*. idque rectè annotaſſe Bezam. Jeſuita Bened. Juſtinianus in Explic. h. l. utrinsque ſententiæ mentionem facit, ac neutram incommodam putat. Cardinalis Toletus poſteriorem itidem non improbabilem cenſet.) *

CAP.

CAP. X.

DIſpoſitio ac ſumma capitis. Pergit Apoſtolus in hoc capite explicare 1. gratuitam omnium hominum, gentilium æque ac Judæorum, per fidem in Chriſtum juſtificationem. 2. univerſalem per Evangelii ſonum vocationem. 3. gratioſam gentilium credentium in Eccleſiam receptionem. 4. juſtam Judæorum incredulorum rejectionem.)*

V. 1. Ἀδελφοί, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν, ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ ἐστιν εἰς σωτηρίαν.

Per εὐδοκίαν intelligit propenſam ſuam voluntatem erga Judæos, quòd ſcil. cupidè illorum ſalutem expetat. Precibus ſuis complectitur Apoſtolus totum populum Iſraëliticum, ut Deus aliquos ex illis ſalvet, ex errore & cæcitate eos eripiendo. ergò non fuerunt abſoluto aliquo decreto reprobati. Vocat *fratres* 1. ne, quæ de ipſorum rejectione diſputat, ex inimico quodam affectu & odio profecta exiſtiment. 2. ut hac fraterna appellatione ſeriaque deprecatione ad DEUM pro ipſorum ſalute, ad agnitionem veritatis & ad ſalutem per ſalutaria media perducere posſit. *(Diſcimus verò hinc, quòd non ſolùm pro noſtrâ, ſed proximi etiam ſalute æterna ſolicitos eſſe debeamus. Conf. Luc. 22, 23.)*

V. 2. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν.

Ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν. intelligit zelum legis divinæ, ex qua ſalutem ſperabant.

οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, quia zelus ille non ex Spiritus Sancti impulſu ſed ex proprio cordis arbitrio erat ortus, nec ad voluntatem DEI conformatus. Zelum habebant DEO ſerviendi & ſalutem conſequendi, ſed non ſecundum ſcientiam, οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, quia ignorant DEI juſtitiam, ut ſtatim exponitur v. 3. *(Communis ſententia eſt, quòd ἐπίγνωσις more in Sc. S. non inconſueto, vid. ſuprà c. 3, 20. it. 2. Petr. 1, 2. ſumatur h. l. pro ſimplici voce γνώσει, & à B. Par. Comm. in d. l.

Petr. exponitur per *prudentiam*, quæ virtutes omnes ſic moderatur & dirigit, ut in earum exercitio nec in exceſſu, nec in defectu peccemus, nec à debito fine aberremus. De iſtiusmodi v. præpoſtero zelo loquitur etiam Salvator Joh. 15, 21. c. 16, 3. Neq; tamen talis ignorantia excuſationem meretur, ceu ipſe Salvator noſter innuit Joh 15, 21. eſt enim ignorantia *juris*, vid. B. P. Harm. Evang. edit. in fol. p. 1492. a. B. D. Wellerus in h. l. nec contrarium etiam indicant verba Chriſti ibid. *peccatum non haberent*, loquitur enim de prætextu aliquo, quem haberent, ſi non tam clarè cœleſtis veritas eis fuiſſet manifeſtata. Accipiendus igitur Chriſti ſermo non ἁπλῶς, ſed συγκριτικῶς. Porrò de zelo Theologico videri poſſunt B. D. Waltherus Centur. Miſcell. Theolog. Them. XXIII. B. D. Balduinus in epiſt. Pauli edit. in fol. p. 223. 194. 720. 825. B. P. Comm. in Poſt. ep. Petri p. 237. it. L. de Magiſtr. Polit. §. 328. Harm. Ev. p. 577. 601. Not. in Apoc. c. 3, 16. alii.)*

v. 3. Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν.

Verbum στῆσαι innuit, juſtitiam operum eſſe nimis invalidam & infirmam, quàm ut coram Dei judicio erigi & conſiſtere poſſit. Vera ſalutis via eſt miſeriæ & injuſtitiæ noſtræ agnitio, ſed Judæi ex ambitione & ſuperbia propriam ſuam juſtitiam coram DEO ſiſtere quærebant.

*(Patet ex h. l. quòd homo per propriam ſive inhærentem juſtitiam non poſſit coram DEO juſtificari. Siquidem juſtitia, quâ coram DEO juſtificamur, non eſt noſtra, docente h. l. Apoſtolo. At inhærens juſtitia eſt noſtra. E. Circa exceptionem Pontificiorum, *quòd Apoſtolus loquatur de juſtitia, quam homo ex naturalibus Liberi Arb. viribus præſtet, non autem quam à DEO donatam inhærentem habeat.* (quâ exceptione utuntur Jeſuita Hagerus in Collat. A. C. cum Concil. Trid. p. 89. §. Nota ſec. Conzen. in h. l. q. 1. Corn. à Lap. in h. l. aliique Pontificii communiter) notandum, quòd neque Judæi per eam juſtitiam, quam propriis L. A. viribus præſtare

ſe

ſe poſſe putaverint, juſtificari apud Deum confiſi ſint, ſed utique gratiam & auxilium DEI ad juſtitiæ impletionem neceſſarium eſſe ſtatuebant. Et tamen talem juſtitiam cum juſtitiâ DEI conſiſtere poſſe, in articulo nempe juſtificationis, Apoſtolus negat. Manet igitur firmum, quòd per ſolam juſtitiam Dei, quæ in imputatione meriti Chriſti conſiſtit, coram rigoroſo Dei judicio juſtificemur. Unde etiam non dicit Apoſtolus, quòd Chriſtus ſit finis legis ad juſtitiam *omni operanti*, ſed *credenti*. conf. Gal. 3, 19. 21. 22. Phil. 3, 9. infra c. 11, 6. ut ita in art. juſtificationis omnia noſtra opera, utpote imperfecta multisque peccatis contaminata, exulent. Conſ. B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 23. c. 4. in reſponſ. ad Except. Adverſ. B. D. Bald. in h. l. q. 2.)*

δικαιοσύνη θεοῦ vocatur *juſtitia fidei*, vel quia coram DEO valet, quomodo vertit Lutherus, vel quia à DEO imputatur.

δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ὑποτάττεσθαι eſt peccata ex lege agnoſcere, & juſtitiam in Evangelio oblatam verâ fide recipere.

V. 4. Τέλος γὰρ νόμου χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

Chriſtus eſt τέλος *finis* & impletio legis, πληρώσεως καὶ ἀναιρέσεως, utrumque enim voce Græca ſignificatur, Gal. 3. v. 24. Oſtendit Apoſtolus rationem, propter quam ex lege non potuerit juſtitia & ſalus haberi, quia lex non fuerit eo fine data, ſed ut peccatorum noſtrorum nos convinceret &, ad quærendum Mediatorem compelleret. Chriſtus vocatur *finis legis*, non ſolum, quia in eo hæc à nobis impletur, ſed etiam quia ad eum nos deducit, ut Theodoret. in comm. explicat. *(Conf. ſuprà c. 3, 22. 24. 1. Cor. 1, 30. 2. Cor. 2. ult. 2. Petr. 1, 1.)*

Quidam ſic exponunt, quòd Ceremoniæ legis Chriſtum præfigurarint, & quòd lex moralis peccatorum convicerit Judæos, & hac ratione ad quærendam in Chriſto juſtitiam eos coëgerit. Cùm τέλος ſive τελείωσις legis, in perfecta caritate conſiſtens, poſt lapſum à nobis præſtari non posſit, Chriſtus legi, cujus ipſe quidem Dominus eſt, propter nos tamen ei obnoxius & ſubjectus, dicitur eſſe τέλος *finis legis*, i. e interprete Theophylacto τελειωτής.

*(Pulcra quoque eſt obſervatio B. D. Quiſtorpii in h. l. cùm inter alia vox τέλος *vectigal* notet, inſinuari, quòd Chriſtus vectigal, quod lex tanquam cuſtos januæ ad vitam æternam ab omnibus,qui intromitti cupiunt, requirebat,noſtri loco perſolverit, ut ita fide ſimus ἀτελεῖς ſive Zollfrey / beneficio nempe Chriſti liberatoris, qui τέλος perſolvit. Cæterùm rectè ex hoc loco colligunt Dd. Orthodoxi, vid. B. D. Hutterus in Explic.Form.Concord. p.264. B. D. Fewrb.Synt. 1. Sacr. Diſq. p. 592. B. D.Bald. in ep. Pauli p. 194. alii, quòd Chriſtus ſatisfecerit juſtitiæ divinæ, non ſolùm obedientiâ pasſivâ, ſed etiam activâ. Atque huc cumprimis etiam facit inſigne effatum Apoſtoli Gal. 4, 4. Perverſa verò eſt interpretatio Hugonis Grotii, quando per *Chriſtum* intelligit Evangelium, hoc ſenſu, quòd lex tantùm via fuerit ad Evangelium, hoc autem fuerit vitæ meta. Contrarium ex ipſo textu patet. quemadmodum ex eodem etiam liquet,quòd nec hoc ſolùm ſenſu Chriſtus dicatur finis legis, *quòd regeneratos faciat implere legem*, ceu Pontificii volunt, ſed quia perfectè legem DEI noſtri loco implevit. licet igitur facilè largiamur, quòd etiam inchoativam legis impletionem Chriſtus in juſtificatis efficiat,minimè tamen per aut propter inchoativam illam obedientiam juſtificari poſſumus, ſed requiritur perfecta legis impletio, quæ ſoli Chriſto tribuenda, & de tali etiam Apoſtolus loquitur.Fruſtra autem Calviniani, vid. David. Pareus in Iren. p. 263. è præſenti dicto evincere conantur, *quòd promisſiones Evangelicæ non ſint Univerſales, ſed particulares,cùm Chriſtus ſaltem credenti dicatur finis legis ad juſtificationem.* Etenim diſting. inter *promisſionem per fidem applicatam, ſive cum applicatione conjunctam*, atque ſic facilè conceditur, quòd culpâ hominum, oblatam gratiam non acceptantium, promisſio Evangelica, quæ in ſe univerſalis eſt,1.Tim.2,4.2.Petr.3,9.fiat particularis, Marc. 16, 16. & inter *promisſionem Evangelicam fide applicandam* & *ratione oblationis*. Hoc poſteriori modo univerſalis eſt. Chriſtus enim quoad ſe, ac ratione meriti præſtiti ſive *ratione acquiſitionis*, eſt finis ſive perfectio legis pro *omnibus hominibus*, ceu pa-

tet

ſtet ex 1. Tim. 2, 6. 2. Cor. 5, 14. 1. Joh. 2, 2. ac diſertè docet Apoſtolus Gal. 4, 5. Quicunque enim ſub lege erant, illos Chriſtus, legi factus obnoxius redemit. Atqui omnes homines, ſolo Chriſto excepto, erant ſub lege. E. Conf. omninò B. D. Sigwart. Admon. ad Irenic. Parei p. 533. B. P. Diſpp. Acad. p. 781. Hoc loco illud ſaltem notamus, quòd ipſe D. Henricus Flockenius, Prof. Harderwic. Op. Th. Loc. 27. fateatur, *pretium mortis Chriſti eſſe ſufficiens ad omnium hominum redemtionem.* qui ipſe tamen errat, quando Loco ſequenti 30. docet, *quòd cauſa, cur quidam non percipiant fidem, ſit ſolus* DEI *arbitratus*, Rom. 9, 18. imò potiùs mediorum ſalutis contemtus, Matth. 23, 37.)*

v. 5. Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς.

Qui fecerit illa, vivet in eis i. e. *propter ea*, phraſi Hebraica. *(Videtur locus hic pugnare cum Gal 4, 21. ubi Apoſtolus negat, *datam eſſe legem, quæ poſſit vivificare.* Reſp. Communis tum Pontificiorum, tum Photinianorum hypotheſis eſt, quòd fideles in V. T. non habuerint promisſiones vitæ æternæ. (quam ſententiam prolixiùs examinavi præfat. Comm. B. P. in Deuter.) ex quâ falsâ hypotheſi reſpondent ad hanc ἐναντιοφ. Pontificii Interpretes, diſtinguendo inter vitam *temporalem*, & *æternam*, monentque, quòd Apoſtolus Gal. 3, 21. loquatur de *vitâ æternâ*, hîc vero cum Moſe Levit. 18, 5. (unde præſens teſtimonium Apoſtolus deſumſit) de *vita* ſaltem *temporali*, quemadmodum & de eâdem ſaltem ſermo ſit Ezech. 20. ut ita ſenſus hujus loci ſit: Qui fecerit juſtitiam legis, puta juſtum, quod lege præſcriptum eſt, hic vivet in eâ, h. e. non punietur morte, quam lex transgreſſoribus ſui ſæpè intentat, vivetque vitâ temporali proſpera, quam lex ſervantibus ſe promittit. E contrario, qui fidem Chriſti amplexus fuerit, hic vivet vita juſtitiæ in hoc mundo, & in futuro vivet vitâ ſalutis, gloriæ & felicitatis æternæ. ita Cornelius à Lapide. Cui adſtipulatur quoque Jeſuita Tirinus, itidem ſcribens, quòd Moſes promittat *non niſi vitam & ſalutem temporalem & corporalem.* Eandem

dem interpretationem amplectitur quoque Jeſuita Bened. Juſtinianus, alii. Verùm ſicuti hypotheſis illa tum Pontificiorum, tum Photinianorum falſa eſt, ita rectiùs noſtrates, Auguſtinum, Chryſoſtomum & Oecumenium ſequuti (hos enim noſtros eſſe, ipſi Jeſuitæ Cornelius ac Juſtinianus largiuntur) ſtatuunt, quòd omninò Moſes de vitâ loquatur ſpirituali & æternâ, quam etiam legem DEI perfectè implentibus promittit. non quidem ut meritum, DEUS enim nemini quicquam debet, ſed ut gratuitum DEI promiſſum. & hujus quoque vitæ æternæ ac divinæ promisſionis homo factus fuiſſet compos, ſi legem DEI perfectè impleviſſet, h. e. ſi in ſtatu integritatis permanſiſſet, nec mandatum de non comedendo arboris vetitæ fructu fuiſſet transgreſſus. Ex quo autem protoplaſti turpiter prævaricati ſunt, omnes vires, legem DEI perfectè implendi, non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro omnibus ſuis poſteris amiſerunt. ut ita ob iſtam prævaricationem, & poſtquam homo nullas ampliùs vires habet, legem DEI perfectè implendi, nulla etiam ampliùs lex ſuperſit, quæ hominem operantem poſſit vivificare, Gal. 3, 21. Quod igitur homo per legem divinam poſt lapſum non poteſt juſtificari ac ſalvari, non adſcribendum eſt legi divinæ, quaſi ea non habeat vitæ æternæ promisſionem, ſed naturæ noſtræ, per lapſum corruptæ, Rom. 8, 2. Ut adeò neceſſum habeant, quotquot vitæ participes æternæ fieri exoptant, ad Chriſtum confugere, qui eſt finis & impletio legis ad ſalutem omni credenti. Conf. Matth. 5, 17. Atque hunc præſentis loci ſenſum eſſe, ipſe largitur Guilielmus Eſtius, Pontificius doctisſimus, idemque Acad. Duacenſis Profeſſ. Prim. ac Cancellarius. Unde cùm in Comm. h. l. commemoraſſet, quòd pleriq; (Pontificii) accipiant hunc locum, quemadmodum & Lev. 18. ac Ezech. 20. ſaltem de vita temporali, ſubjicit, quòd aliorum ſententia probabilior ſit, qui locum hunc *de verâ* (h. e. perfectâ) *legis obſervatione accipiunt, & conſequenter etiam de vitâ æternâ.* ut ſit ſenſus: *Moſes ſcripſit de juſtitiâ, quæ eſt ex lege obſervatâ, eum victurum verâ & æternâ vitâ apud Deum, qui fecerit ea, quæ lex præcipit*

cipit. Sed eam, pergit Eſtius, *juſtitiam, quâ legem obſervet, nemo conſequi poterit, niſi per fidem in Chriſtum. Hic ſenſus optimè reſpondet ei, quod præcedit: Finis enim legis Chriſtus &c. Quâ ſententiâ ſignificatum eſt, legem, qui juſtitiam exigit, non niſi per Chriſtum, ſi in eum credas, impleri ſeu conſummari.* Hactenus Eſtius. Apparet verò etiam hinc, quòd, licet poſt lapſum ex legis juſtitiâ non detur ſalus, non tamen exulare illa ex Eccleſiâ debeat. quamvis enim deſtructa ſit per fidem quoad juſtificandi efficaciam, non tamen eſt deſtructa quoad obedientiam. Et cumprimis inſignis ejus uſus eſt, ut morbum noſtrum nobis indicet, & ad animæ noſtræ Medicum nos deducat. Conf. ſuprà c. 3, 19. it. Gal. 3, 24.)*

v. 6. Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτω λέγει, μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι χριστὸν καταγαγεῖν.

ἡ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕτως λέγει, h. e. ſic deſcribitur nobis in verbo.

μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου. *Ne dixeris in corde tuo*, i. e. ne ita cogites, eſt enim διάνοια quaſi dialogus quidam mentis. Senſus eſt, quòd juſtitia fidei eximat cordi humano anguſtias & dubitationes, quas ſentiunt, qui ex operibus juſtitiam quærunt, quia credens in corde certus eſt, quòd Chriſtus in mundum venerit, pro nobis paſſus & mortuus ſit, reſurrexerit, in cœlum aſcenderit, ac plenam juſtitiam nobis promeruerit.

Quis deſcendet in cœlum, ſc. ut inquirat, an Deum habeamus propitium, & an paratus nobis ſit in cœlo locus.

Hoc eſt Chriſtum deducere, i.e. qui dubitat, an Deum propitium habeamus, is dubitat, an Chriſtus in cœlum aſcenderit, ut apud Patrem pro nobis intercedat, & locum in cœlo nobis paret. * (Hugo Grotius Annot. ad Joh. 3, 13. monet, quòd juxta Sc. S. illud, quod eſt obvium, planum & cognitum, dicatur *non eſſe in cœlo, ut eo ſit adſcendendum.* Atque ex hâc loquendi ratione explicat etiam illud Chriſti Joh. 3, 13. ut *adſcendere in cœlum* ibi dicatur, qui arcana cœli penetrat. Verùm ex

contextu patet, quòd phraſis ea propriè ibi accipienda ſit. Rectèque notat D. Andr. Rivetus Comm. in Pſalm. 68. quòd etiam h. l. licet τὸ *adſcendere in cœlum* ſumatur pro eo, quod eſt admitti in conſcientiam divinorum conſiliorum; videatur tamen ſimul *adſcenſio* illa præſupponere aliquam præſentiam adſcendentis, præter ſimplicem cognitionem. idque patere, ſubjicit ex Joh. 3, 13. *Nemo adſcendit &c.* hæc enim verba ſi de ſimplici adſcenſu figurato cognitionis acciperentur, non ſolus Filius adſcendiſſet in cœlum, ſed etiam Prophetæ, qui participes fuerant divinorum conſiliorum. Ideo adſcenſus ille de omni homine abſolutè negatur, qui DEUS & homo non eſſet, & ſolus θεάνθρωπος dicitur *eſſe in cœlo*, nempe per ἰδιωμάτων κοινωνίαν, quat. Filio hominis τὸ *in cœlis eſſe* tum tribuitur. Nullum verò dubium eſt, quin Grotius perverſionem illam loci Joh. 3. ex Photinianorum lacunis hauſerit. Porrò ex hoc quoque loco Sc. Sacræ perſpicuitatem colligunt noſtrates, quòdq; ſalutis media omnibus ſint obvia. Vid. B. Par. Annot. in Apoc. c. 2, 8. it. Confeſſ. Cathol.) *

v. 7. Ἤ, τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν.

Hoc eſt Chriſtum deducere. Verba hæc ſunt juſtitiæ fidei, i. e. quæ per proſopopoeian juſtitiæ fidei tribuuntur, ac continent & rationem dehortationis, quare non ſit in corde dicendum. *Quis aſcendet in cœlum.*

Per *abyſſum* intelligitur gehenna, Luc. 8. v. 31. Apoc. 20. v. 1. Senſus eſt, quòd cor credentis & fide juſtificati non *aſcendat* cogitationibus ſuis *in cœlum*, ut exploret, an DEUS ſibi reconciliatus ſit, & an locum in cœlo ſit habiturus: hac enim dubitatione Chriſtum ex cœlo deduceret; nec cogitationibus ſuis *deſcendat in abyſſum*, ut exploret, an contra mortem æternam victoria ſit parta, hac enim dubitatione Chriſtum ex mortuis reduceret, i. e. infectam redderet Chriſti mortem & ad inferos deſcenſum. Piſc. Toſ. *Hoc eſt Chriſtum à mortuis* ἀναγωγεῖν i. e. talis ergo dubitat, an Chriſtus verè pro nobis mortuus ſit, & ad infernum deſcenderit.

Abyſſus

Abyſſus figuratè ſignificat malorum gurgitem, unde Chriſtus nos morte ſua eruit, ſicut aſcendere in cœlum, ibidem nihil aliud eſt, quàm res cœleſtes ita exploratas habere, ac ſi eas ex αὐτοψίᾳ noſſemus. Senſus igitur eſt, juſtitiam per Chriſtum partam tam clarè in Evangelio eſſe patefactam, ut nec cœlum aſcendere, nec in abyſſum deſcendere neceſſe ſit, quò cognoſcamus, quanam ratione cœlum i. e. vitam ac ſalutem adipiſci, & abyſſum i. e. exitium effugere poſſimus. Til. in not. ad lib. 4. Bell. cap. 12. de Chriſto.

* (Minùs firmiter igitur Pontificii nonnulli, uti Bellarminus lib. 4. de Chriſto c. 12. §. Quintus locus, Guilielmus Eſtius, Jeſuita Tirinus, aliique nonnulli in Comm. h. l. è præſenti loco limbum patrum, ut vocant, extruere ſatagunt, quaſi indicare Apoſtolus voluerit, Chriſtum in cruce mortuum & corpore poſitum deſcendiſſe ſecundùm animam ad infera terræ loca, quibus animæ mortuorum incluſæ tenebantur: quasdam earum inde liberaturum, ut loquitur Eſtius l. c. Nec evincit quoque illum argumentum Bellarmini d. l. ita concludentis. *Per abyſſum, in quem Chriſtus poſt mortem deſcendit, non poteſt intelligi ſtatus damnatorum, nec ſepulcrum, ergo intelligendus per illum limbus patrum, abyſſus nempe longiſſimè à cœlo remotus.* Etenim ſciendum, quòd licet Chriſtus non ſuſtinuerit poſt mortem æternas damnatorum pœnas, tamen in paſſione ſuâ dolores verè infernales ſenſerit. atque hi ipſi dolores, ſive pœnæ infernales, quas Chriſtus noſtri loco ſuſtinuit, juxta Gerſonis obſervationem tract. 11. ſuper Cantic. *abyſſi* nomine aliquando veniunt. Non obſtat huic ſententiæ inſtantia Bellarmini, *quòd Apoſtolus loquatur de eo ſtatu ac loco Chriſti, non ubi fuerit vivens, ſed ſolùm cùm eſſet mortuus.* Mors enim Chriſti per ſynecdochen ſignificat quidquid ipſe paſſus in morte, ſive in paſſione ſuâ jam jam moriturus, eſt. Eſtque iſte loci hujus ſenſus, quòd videl. Apoſtolus prorſus hîc non loquatur de limbo Patrum, adeò clarus, ut ipſi quoque doctiſſimi Pontificii, pro limbo aliàs Patrum tanquam pro aris & focis pugnantes, dum oraculum hoc in Commentariis

ſuis exponunt, nullam tamen limbi mentionem faciant, ceu ex Jeſuitis, Salmerone, Pererio, Juſtiniano ac Cornelio à Lapide oſtendit B. Par Confeſſ. Cathol. art. 2. c. 3.§. 1. in reſponſ. ad arg. 15. Adverſariorum. Quid quòd Nicolaus Lyranus in expl. hujus loci diſertis verbis expoſitionem de limbo rejiciat, utpote quæ minimè videatur concordare in aliquo cum ſententiâ Deut. 30. unde ſententia hæc depromta, nec cum litera etiam ſequenti. Monet proinde dictus Lyranus, quòd ſic exponendus ſit: Ne dixeris in corde tuo, quis adſcendent in cœlum, negativè. Id eſt Chriſtum deducere, h. e. dicere, *quòd nondum venit in mundum*, adductus per obedientiam Patris. Aut quis deſcendet in abyſſum, ſimiliter negativè. Hoc eſt Chriſtum à mortuis revocare, i. e. dicere, *quòd non fuit mortuus*, & per conſequens nec reſurrexit à mortuis, vitam immortalem inchoando. Utrumque enim dicebant Judæi tempore Apoſtoli, & adhuc dicunt, negando, Chriſtum veniſſe, & per conſequens reſurrexiſſe à mortuis. ita Lyranus, è Judæo factus Chriſtianus. Atque hoc ſenſu, quo per τὸ *Chriſtum à mortuis revocare*, idem intelligitur, ac *negare, Chriſtum eſſe mortuum & ſuſcitatum*, accipiunt quoque è Pontificiis Dominicus Soto, Thomas de Aquino, Johannes Gagnæus, Thom. Stapletonus, aliique in expoſit. h. l. Imò poſito, quòd Apoſtolus de ſtatu Chriſti poſt mortem loquatur, non tamen hinc ſequitur, Apoſtolum indicare, quòd eo fine Chriſtus in infernum, gloriosè puta, poſt mortem ſecundùm animam deſcenderit, ut animas Patriarcharum in limbo hactenus detentas ſecum in cœlum perduceret. conſtat enim ex 1. Sam. 25, 29. Sapient. 3, 1. Luc. 16, 22, ac c. 23, 43. aliisque Sc. S. oraculis, quòd animæ piorum non in V. minùs, quàm in N. T. ſtatim poſt mortem ſive liberationem è corporis ergaſtulo ad cœleſtem beatitudinem translatæ fuerint. Vid. B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 2. c. 3. §. 2. in probat. ſent. Orthod. it. alii, Decad. 20. Theſ. Theol. allegati. imò potiùs hoc fine in infernum victor poſt mortem redivivus ſecundùm corpus & animam deſcendit, ut tanquam triumphator mortis

tis atque inferni hoſtibus infernalibus ſeſe conſpiciendum exhiberet ac palam oſtenderet, ceu noſtrates in expoſ. art. 9. F. C. ex Hoſ. 13, 14. & Eph. 4, 10. docent. Confer etiam B. Par. Confeſſ. Cathol. l. c. De allegatione porrò dicti Moſaici à Paulo, videri cumprimis poſſunt B. D. Glasſius Rhet. Sacr. p. 582. 583. B. D. Quiſtorpius Annot. h. l.)*

v. 8. Ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου. τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν.

ἐγγὺς τὸ ῥῆμα, ad intelligendum & capiendum, per virtutem ſcil. S S. qui efficit in nobis, ut corde in Chriſtum credamus, & ore eum confiteamur.

*(Propè eſt tum ratione *cognitionis*, quia Chriſtus clarè patefecit, Joh. 1, 18. tum ratione *perfectionis*, quia idem perfectè ſatisfecit. Fruſtra igitur ex hoc & parellelo loco Deut. 30, 11. *Pontificii*, vide Jeſuitam Cornzenium in h. l. Quæſt. 1. Tirinum in Deut. 30, 11. alios, eiicere ſatagunt, *quòd homo renatus perfectè legem DEI implere poſſit, ſiquidem mandata DEI non ſint ſupra nos* hoc eſt *ſupra vires noſtras.* Etenim ſciendum, quòd Moſes propriè agat de legis ac mandatorum divinorum *intellectione*, quòd videlicet ea non ſint adeò occulta & obſcura, ut intelligi nequeant: non verò de eorundem *impletione.* Quòd enim homo, etiam renatus, legem DEI perfectè, talem verò obedientiam lex requirit, implere nequeat, ſatis tum ex obedientiæ, qualem lex requirit, deſcriptione, Joh. 7, 19. Actor. 7, 53. c. 15, 10. Rom. 8, 3. & 7. tum ex ſanctorum confeſſione, Exod. 34, 7. Pſ. 32, 6. Pſal. 130, 2. Rom. 7, 14. 1. Joh. 1, 8. tum ex negata per legem juſtificatione, tum denique ex piorum in hac vitâ conditione, Rom. 8, 25. Gal. 5, 17. patet. Quòd verò præſentem locum Paulinum attinet, facilè quidem largimur, quòd homo fidelis legem DEI implere poſſit, & quidem tum *imputativè*, quatenus perfecta Chriſti juſtitia per fidem ei imputatur, tum *inchoativè.* Sed de tali legis impletione nos inter ac Pontificios non eſt quæſtio. Cœterùm *priori modò* credentes in Chriſtum implent legem, & quidem perfectè, aſt non *faciendo*, verùm *cre-*

dendo: *poſteriori modo* non niſi imperfectè legem DEI implent. unde etiam inchoatâ illâ juſtitiâ in rigoroſo DEI judicio conſiſtere nequeat, multò minus vitam illâ promereri æternam. Cumprimis verò obſervandum, quòd Bellarm. ipſe lib. 5. de L. A. & Gr. c. 6. agnoſcat, *Moſen loqui non de facilitate legis obſervandæ* (implendæ,) *ſed cognoſcendæ.*)*

Senſus eſt, quòd fides intueatur & apprehendat promisſionem Evangelicam de gratia DEI, in verbo revelato propoſitam. Alludit ad verba Moſis Deut. 30. v. 14. Toſſanus exiſtimat, Moſen non de Evangelio, ſed de legis præceptis ibidem loqui, Apoſtolum verò ad doctrinam Evangelii verba Moſaica propterea accommodare, quia illa adhuc clarius viam ſalutis nobis manifeſtet. Sed contextus Moſaicus oſtendit, non de lege tantùm, ſed etiam & cumprimis de Evangelio Moſen ibi loqui.

ῥῆμα τῆς πίστεως. Evangelium vocatur *verbum fidei*, quia per fidem participes reddimur beneficiorum, quæ in Evangelio nobis offeruntur, & quia DEUS per verbum Evangelii fidem in cordibus noſtris operatur.

v. 9. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ.

ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς &c. Particula *ſi* non eſt conditionalis, quaſi promisſiones Evangelicæ includant operum noſtrorum merita, ſed docet, nos non juſtificari abſoluta DEI gratia, ſed in Chriſto nobis facta, & per miniſterium verbi oblata.

* (Neque etiam, quando noſtrates contra Pontificios (vid. Bell. l. 4. de Juſtif. c. 2. Cenſura Colonienſis p. 20. 2.) diſputant, negantes, *promisſiones Evangelicas eſſe conditionales*, hoc volunt, quaſi ſimpliciter illæ abſolutæ ſint, nullam omninò, ac ne quidem meriti Chriſti, verâ fiduciâ apprehendendi, conditionem includentes. id verò minimè. Sed hoc ſaltem in controverſia eſt, & ab Orthodoxis negatur, quòd promisſiones Evangelicæ non ſint gratuitæ, ſed conditionem bono-

rum

rum operum ac propriorum noſtrorum meritorum includant. uti pridem monitum à B. D. Hutter. LL. Theol. p. 396. B. D. Bald. in h. l. B. Par. L. de Evang. §. 26. aliis. Cur verò promisſiones Evangelicas conditionales eſſe negemus, ut ut fidem illæ includant, cauſa eſt, quia *fides* propriè loquendo non eſt *conditio*, ſed *medium* ſive *inſtrumentum*, gratuitum meritum Chriſti apprehendens.)*

*(*Quòd DEUS illum reſuſcitarit.* Tribuitur aliquando in Sc. S. ut h. l. it. Actor. 2, 24, 32. c. 3, 15. 1. Cor. 15, 15. & alibi. reſuſcitatio Chriſti *DEO Patri*, non *excluſivè*, quaſi non potuerit ſeipſum reſuſcitare, nec id fecerit (contrarium enim clarè patet ex Joh. 2, 19. 21. c. 10, 18.) ſed *incluſivè*, cùm opera DEI ad extra ſint indiviſa, hoc eſt, omnibus S S. Trinitatis perſonis communia. Unde etiam idem hoc opus Spiritui quoque Sancto tribuitur, prout ex Rom. 8, 11. colligere eſt. Ineptè igitur *Photiniani* (vid. Fauſtus Socinus in Diſp. cum Eraſmo Johannis p. 117. it. in AntiEutropio pag. 111. Valent. Smalc. in Reſponſ. ad nov. Monſtr. p. 190. it. in Refut. lib. de Err. Arian. p. 207. nec non in tr. de vero ac nat. DEI Filio c. 11. p. 111. ſimiliter de divin. Chriſti c. 13. it. in Catech. Racov. c. 11. p. 313. Chriſtoph. Oſtorodus l. 2. contra Tradelium c. 10. p. 176. Crellius l. 1. de uno DEO Patre ſect. 2. c. 29. Enjedinus in detorſ. dict. Joh. 2, 19.*) ex hujusmodi dictis colligunt, quòd Chriſtus non reſuſcitaverit, ſeipſum, atque inde porrò veram ejus Deitatem labefactare ſatagunt. Aſt quemadmodum ex eo, quando Chriſtus Joh. 10, 18. dicit, *ſe habere poteſtatem, animam* h. e. *vitam ſuam ponendi, & iterum eam adſumendi*, ſive ſeipſum ut hominem reſuſcitandi, minùs firmiter colligitur, quòd propterea DEUS Pater ipſum non reſuſcitaverit: ita ſimiliter ex eo, quòd Pater hîc & aliis in locis Chriſtum reſuſcitaſſe dicitur, concludi nec poteſt, nec debet, quòd propterea Chriſtus non reſuſcitaverit ſemetipſum. Reliqua autem argumenta, quibus aliàs Photiniani cœleſtem hanc veritatem impugnant, diſcuſſa videantur apud B. D. Fewrb. in AntiEnj. in vindic. loci Joh. 2, 19. B. Par. L. de Deo

Patre

Patre & æterno DEI Filio. §.95. ſeqq. Diſpp. Iſag. L. de æt. DEI Filio p. 253. Quemadmodum etiam ſententia noſtra orthodoxa uberiùs probata apud Dn. D. Calovii Socin. proflig. art. 3. tit. 2. controv. 7. B. Par. Diſpp. Acad. p. 1413. ſeqq. Cœterùm tribuitur in Sc. S. reſuſcitatio Chriſti plerumque DEO Patri. 1. ob communicatam Filio per æternam generationem deitatem. 2. ob audientium infirmitatem. 3. ad indicandam plenariæ ſatisfactionis per Chriſtum DEO Patri præſtitæ, qualitatem. Ex quo enim DEUS Pater in Chriſti pàsſione omnium noſtrûm peccata conjecerat, adeoque tanquam ſponſorem per mortis triduum in ſepulcri carcere detinuerat, tertio verò die, reſuſcitando ipſum à mortuis, è ſepulcri quaſi carcere reduxerat liberumque dimiſerat, evidentisſimo ſigno manifeſtavit, quòd ſacrificio mortis Chriſti perfectisſimum pro peccatorum noſtrorum debito λύτρον ſolutum, adeoque plenè juſtitiæ divinæ ſatisfactum ſit. Quemadmodum enim debitor non priùs è carcere dimittitur, quàm debitum fuerit ſolutum: ita ex eo, quòd DEus Pater Chriſtum ſponſorem ac fidejuſſorem è ſepulcri carcere dimiſit, colligere pronum eſt, quòd ſolutionem pro nobis præſtitam ipſe Deus Pater ratam habeat. Unde etiam Chriſtus per ſatisfactionem in arâ crucis dicitur deleviſſe chirographum, quod contra nos erat, Coloſſ. 2, 14. Vide plura in hanc rem in Analect. ad Col. 2, 14. item apud B. P. Diſpp. Academ. p. 1416. 1417. Tantum igitur abeſt, ut ex h. l. vera Chriſti Deitas labefactari posſit, ut potiùs firmiter inde adſtruatur. Si enim virtus illa, quâ Chriſtus à mortuis reſuſcitatus fuit, infinita ac verè divina eſt, id quod ex h. l. patet, quia DEO Patri tribuitur, ſequitur, quòd Chriſtus etiam verus æternusque DEUS ſit, eò quia eadem quoque virtus, ſeipſum nempe reſuſcitandi, alibi ei tribuitur, Conf. quoque dictum generale Johan. 5, 17. ſeqq. Sed quærat aliquis, *cur Apoſtolus ſaltem requirat, ut quis ore confiteatur ac corde credat, Chriſtum ex mortuis reſuſcitatum fuiſſe, nullam verò vel nativitatis vel pasſionis vel mortis mentionem faciat?* Reſp. factum hoc ideo, quia reſurrectio

rectio reliqua illa præſupponit. Cumprimis verò reſuſcitationis Chriſti facere mentionem voluit, quia clarisſima mortis devictæ ac juſtitiæ recuperatæ indicina illa ac pignus eſt, Rom. 4, 24. 25. 1. Cor. 15, 17. Idemque hoc etiam ab Apoſtolo Petro 1. ep. c. 3, 21. factum videmus. Sic idem Apoſtolus 1. epiſt. c. 1, 3. ſolius *regenerationis* facit mentionem, cùm tamen *vivificatio* quoque ac *peccatorum remisſio* miſericordiæ DEI effectum ſint, Pſalm. 51, 3. Eph. 2, 4. Unius tamen regenerationis Petrus ibi meminit, quia illa ipſa tum peccatorum remisſionem, tum ſpiritualem vivificationem includit.) *

Summa Evangelii & prædicationis Apoſtolicæ conſiſtit in reſurrectione Chriſti, quam fides cordis apprehendit, & lingua profitetur. Articulus reſurrectionis includit reliquos.

Confiteri hic ſignificat publicè vel privatim prædicare & profiteri divinum verbum de J. C. Hæc confesſio i. e. cœleſtis divinæ prædicatio, profesſio, meditatio, repetitio, quia eſt medium gignendæ & alendæ fidei, ideò præmittitur ipſi fidei.

Κύριον Ἰησοῦν, Quidam putant, eſſe hoc loco ellipſin, ita enim plenè legendum Ἰησοῦν εἶναι κύριον.

V. 10. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.

Quia in verſu præced. ordine inverſo confesſionem præpoſuerat fidei, h. e. effectum cauſæ, ideo ordinem hîc immutat, & fidem confesſioni præponit.

Vocula *ad* in priore membro accipitur cauſaliter, videl. inſtrumentaliter, in poſteriore tantùm effectum ſeu *indicium*, ab effectu oſtenſum deſignat.

Verbum Evangelii eſt in corde per fidem, in ore per confesſionem. quæ confesſio notat tum prædicationem Evangelii, 1. Joh. 4. v. 2. 2. Joh. v. 7. Hebr. 3. v. 1. & ſic h. l. interpretatur Chemnitius, tum meditationem ſeu recitationem Evangelii; quando quis privatim meditatur verbum. Pſal. 1. v. 1. Pſ. 138. v. 1. Mentz.

Ut fide obtinetur juſtitia, ita quoque ſalus, quia juſtitia & ſalus à ſe invicem ſeparari non poſſunt: ideò autem fidei *confeſſio* additur, quia eſt proprium fidei effectum, ex quo tanquam inſeparalibi τεκμηρίῳ vera fides agnoſcitur, quòd non ſit mortua, ſed vera & viva. Joh. 12. v. 42. *(B. D. Glasſius Philol. Sacr. l. 4. tr. 2. p. 726. ſtatuit hîc ellipſin, & utrobique conjunctim & *juſtitiam* & *ſalutem* intelligendam eſſe monet, cum utrunque ſit effectus & *fidei*, ut cauſæ organicæ reſpectu hominum, & *confeſſionis* ſive exercitii cœleſtis verbi, ut cauſæ organ. reſpectu DEI. Hoc modo vox ὁμολογία præter loca jamtum ſuprà allegata, accipitur quoque Ebr. 4, 14. c. 10, 23. eſt enim prædicatio doctrinæ Evangelicæ organon ac medium, quo tum nosmet ipſos, tum alios erudimus ad conſequendam ſalutem æternam, infrà c. 11, 14. 1. Cor. 1, 21. c. 3, 5. c. 4, 15. 1. Tim. 4, 16. Philem. v. 10. Tantus verò organo huic tribuitur effectus, non ut *opus noſtrum* eſt, ſed quat. eſt *medium ſalutis*, divinitus ordinatum. Si quis verò *Confeſſionem* pro fidei effecto ſumere hîc velit, tunc ſenſus eſt, quòd ore fiat confeſſio *ad ſalutem*, aliis ſc. *teſtificandam*. Conf. B. D. Mentzer. ac B. D. Fewrb. in Analyſi h. l. Quòd verò ore non fiat confeſſio ad ſalutem æternam *promerendam* vel obtinendam, ſed ſaltem *declarandam*, patet ex Rom. 3, 28. c. 4, 2. 3. c. 11, 5. 6. Et cumprimis obſervandum, quòd Apoſtolus ſuprà c. 4, 5. it. Gal. 2, 16. Eph. 2, 8. 9. fidem & opera noſtra opponat. Jam verò fidem & confeſſionem hîc non opponit invicem, ſed conjungit: patet igitur, quòd confeſſio h. l. ei non ſit opus noſtrum, vitæ æternæ meritorium. Præterea notandum, quòd licet vera fides cum Chriſti abnegatione conſiſtere nequeat, Matth. 10, 32. 33. (Nec repugnat locus Pſ. 15. 3. cùm Pſaltes per τὸ *loqui in corde*, intelligat loqui ſincerè & absque hypocriſi: quod non opponitur publicæ confeſſioni) publica tamen Chriſti confeſſio à fide juſtificante abeſſe aliquando posſit. vid. B. D. Fewrb. t. 7. Diſpp. Gieſ. D. 14. §. 55. ſeqq. it. Faſcic. 6. D. 2. §. 6. ſeqq. Ubi egregiè de fidei profeſſione in caſu publicæ confeſſionis edenda tum contra Priſcilliianiſtas, Audianos,

alios-

alioſque hæreticos veteres, tum contra Weigelianos ac fratres Roſ. crucis diſputat, & cumprimis urget oracula Matth. 27, 11. Joh. 18, 37. 1. Tim. 6, 13. &c. Atque hinc etiam ſatis clarum evadit, quòd graviter peccarit Apoſtolus Petrus, Chriſtum tempore paſſionis negando. Etenim quomodo is, qui Chriſtum non tantùm ore non confitetur, ſed etiam negat, & quidem ſe devovendo, quod Petrus fecit, veram cordis fidem retinere poteſt? Hautquaquam igitur cum Calvinianis, Sohnio art. 18. A. C. p. 778. Zanchio in Miſcell. p. 69. & p. 175. Paræo in Ep. ad Rom. p. 587. Remonſtr. Coll. Hag. pag. 395. Marco Frieder. Wendelin. Syſtem. Major. pag. 1077. ſeq. quibus pollicem quoque premit Cardinalis Bellarm. l. 4. de P.R. cap. 3. & 8. adſerendum, *Petrum negaſſe Chriſtum* non corde, *ſed* ſaltem ore; *nec fidem perdidiſſe, ſed ſaltem fidei confesſionem: imò ipſum non potuiſſe fidem, quâ corde creditur ad juſtitiam, amittere.* Contrarium eluceſcit ex Matth. 10, 33. Neque enim exiſtimandum eſt, Chriſtum eos abnegaturum eſſe, qui corde crediderunt ad juſtitiam. At ore negantes ipſe negabit, E. hi quoque corde non credunt ad juſtitiam. Conf. plura huc facientia in Anal. ad Matth. 26, 31. & 74. Hîc illud ſaltem adhuc noto, quòd Joh. Camero, Calvinianus non ignobilis, in Myrothec. Ev. p. 33. diſertè ſcribat, *Petrum non ſolùm perfidiam, ſed & perjurium commiſiſſe.* quod quomodo cum fide ſalvificâ ſimul conſiſtere posſit, Wendelinus cum adſeclis diſpiciat. Errat porrò idem Bellarminus l. 3. de Eccl. milit. c. 13. in fin. turpiterque hoc dicto noſtro abutitur, quando ex eodem ſententiam noſtram de Eccleſiâ inviſibili deſtruere conatur, *eò quòd ſi ore profitetur fidem veram, non ſit inviſibilis; ſi verò non profiteatur, non ſit vera, cùm corde non posſit credi ad juſtitiam, niſi & ore fiat confesſio ad ſalutem.* Sciendum enim 1. quòd in Eccleſiâ dentur, qui non poſſunt fidem ſuam, quam in corde habent, profiteri, uti infantes. 2. quòd fieri posſit fidei profesſio, quæ tamen non omnibus innoteſcat. 3. quòd quidam in fide ſint infirmi ac timidi, ceu Nicodemus ac Joſephus ab Arimathia, qui licet non ſemper nec

palam inimicis profiteantur fidem, modò non negent, ſalvantur, adeoque veræ inviſibilis Eccleſiæ membra ſunt. Longè aliter ſentiendum de illis, qui tempore perſecutionis alienam fidem ſimulant. quos contra meritò tum præſens dictum, tum illud Apoſtoli Gal. 2,11. ſeqq. urgeri poteſt. Conſ. plura huc facientia, cumprimis etiam de quæſtione; *An & quomodo quis ſacris idolol. intereſſe poſſit*, apud Dedeken. Conſil. Theol. Vol. primo l. 3. ſ. 2. 3. *B*. D. Bald. Caſ. Conſc. p. 77. B. P. Harm. Evang. p. 151. 231. 2146. ſeqq. it. p. Ş99. Quando v. Apoſtolus requirit, *ut corde credatur*, ſubintelligendum eſt *toto*, ex Actor. 8, 37. probè enim diſpiciendum, ne Chriſtiana fides ſaltem in labiis natet, intus verò ſit καρδία πονηρὰ τῆς ἀπιστίας, Ebr. 3, 12. Hypocritæ enim abominatio ſunt DEO, nec ipſe eos novit, Matth. 7, 23. adde Jacob. 2, 14.)*

Phraſis *ad ſalutem* non ſignificat cauſam, propter quam datur ſalus, quia confesſio ſequitur fidem & juſtificationem. nec ſignificat conditionem, quia infantes infuſo fidei habitu absq; externa confesſione ſalvos fieri, ſtatuit Bellarm. lib. 1. de Bapt. cap. 11. Sed Hebraiſmus eſt, q. d. ore fit confesſio ſalutis, i. e. ideò confitemur, ut teſtemur, nos ſpe eſſe ſalvos. *Ad ſalutem* non ſignificat *cauſam*, propter quam quis rem accipiat, ſed *ordinem DEI*, quibus gradibus is ſalutem noſtram perficiat, & quomodo aliud ex alio ſequatur, ſicut Rom. 6. v. 23. *finis ſanctificationis* dicitur *vita æterna*, non quòd ſanctificatio noſtra ſit cauſa vitæ æternæ, ſed quòd hos gradus converſionis tantem vita æterna conſequatur. Chemn. part. 3. Loc. Comm. p. 69. Confesſio & invocatio hîc conſiderantur ut medium fidei, quatenus promisſiones Evangelii in illis continentur. conſiderantur igitur non ut opera humana, ſed ut occupantur in meditatione promisſionum Evangelicarum de Chriſto. Mentz.

*(Minùs proindè firmiter ex h. l. *Pontificii* (vid. Bell. lib. 4. de Juſtif. c. 7. Gerardus Matthiſius, Tirinus in h. l.) evincere conantur, *fidem non ſufficere ad ſalutem*. Etenim non eſt quæſtio, an præter fidem ex parte hominis aliquid requiratur ad ſalutem æternam conſequendam ratione *præſentiæ*, vel *ratione*

ordinis

ordinis divinitùs conſtituti, ſed ratione *efficientiæ* ac *meriti proprii*. Id quod nos negamus, Pontificii autem affirmant, minimèque ex h. l. unquam probabunt. Conf. B. Par. Confeſſ. Cath. art. 23. c. 6. ſ. 2. in reſponſ. ad arg. Adverſ. Add. omninò B. D. Walther. Centur. Miſcell. Theol. Q. 81. Sicuti verò Felicianus Capito Expl. Cathol. part. 3. p. 1025. rectè monet, quòd *principalis* gratiæ cauſa ſit DEUS, *meritoria* Chriſtus, ſacramentum verò *inſtrumentalis*, ita calumnia eſt, quando idem ibid. ſcribit, *quòd Lutherani*, quos more Pontificiis ſolito *hæreticos* proclamat, *ex hâc Pauli ſententiâ* (quòd corde credatur ad juſtitiam &c.) *concludant, Sacramenta novæ legis gratiam ſuſcipientibus non conferre, quoniam fides cordis & confeſſio oris talem impetret, adeoq; non Sacramenta.* Imò potiùs diſertè docemus, quòd Sacramenta non ſint nuda tantùm ſigna, ſed ex ordinatione DEI efficacia media atque organa, per quæ DEUS ſuam gratiam, remiſſionemque peccatorum non ſolùm offerat, ſed etiam credentibus conferat.)*

*(Colligunt autem ex h. l. orthodoxi, quòd cùm ore fiat confeſſio ad ſalutē, dicente Apoſtolo, cumprimis id tempore perſequutionis fieri debeat. quo referunt quoque illud *Chriſti* Matth. 10, 32. nec non Davidicum Pſ. 119, 10. atque inde porrò inferunt, quòd cum hac veritatis cœleſtis confeſſione maximè pugnet præpoſterum illud gratificandi ſtudium, dum in adiaphororum etiam abrogatione hoſtibus veritatis ceditur, quippe quâ ceſſione Confeſſionis radii obnubilentur, imò planè obtegantur & idololatriæ lata aperiatur feneſtra: ut jam nemini conſtare poſſit, utrum cum Adverſariis in Religione conſentiamus, nec ne. ut graviter loquitur B. D. Hutterus in Explic. art. 10. F. C. p. 1026. ubi etiam egregiè de rerum adiaphorarum nimis præpoſterâ abrogatione diſputat. Conferantur plura in hanc rem apud Dedekennum Vol. 1. Conſil. Theol. part. 2. ſect. 7.)*

V. 11. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, πᾶς ὁ πιςεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

Non pudeſiet, i.e. non fruſtrabitur ſpe ſua, quâ ex fide vitam

æternam expectat, Eſai. 28. v. 16. * (Non erubeſcet coràm tribunali DEI. qui enim Chriſtum verâ fide apprehenderit, & hanc quoque fidem, Chriſtum coram hominibus confitendo, declaraverit, illum Chriſtus iterum confitebitur aliquando coram Patre ſuo cœleſti, Matth. 10, 32. Marc. 8, 38. 2. Tim. 2, 12. Conf. & Eſ. 8, 14. 1. Petr. 2. 6. Propriis noſtris operibus ac propria juſtitiâ, ut quæ inſtar panni menſtruatæ Eſai. 64, 6. hautquaquam coram rigoroſo DEI judicio ſubſiſtere poſſumus, ſed debetur nobis *confuſio faciei*, Dan. 9, 7. Aſt ſi precioſam veſtem juſtitiæ Chriſti, Eſai. 61, 10. Gal. 3, 27. verâ fide apprehenderimus, hautquaquam nudi inveniemur, 2. Cor. 5, 3. Apoc. 3, 17. ut erubeſcere cogamur, ſed tanquam Sponſa pulcerrimè veſtita in oculis DEI comparebimus, Pſ. 45, 14. Poſſunt ergo fideles de ſalute ſua eſſe certi, ſubnixi DEI promittentis veracitate, Conf. Ezech. 33, 11. cum Ebr. 6, 17. ſeqq. Chriſti omnipotente Majeſtate, Joh. 10, 27. ſeqq. Apoſtolicarum conſolationũ ſuavitate, Rom. 8, 30. ſeqq. Porrò apud Eſaiam c. 28, 16. unde ſententia hæc petita eſt, habetur לֹא יָחִישׁ *non feſtinabit*, quod LXXII. quos Apoſtolus more ſuo ſequutus eſt, transtulerunt ὐ μὴ καταισχυνθῇ *non confundetur*, ſive *non pudefiet*, ſenſum reſpicientes. Niſi quis cum B. Hackſp. ac Ludov. Capello in Crit. Sacrâ p. 500. ſuſpicari velit, quòd LXXII. uſi fuerint Codice, quo in fuerit יֵבוֹשׁ. Neque tamen affirmare velim cum Capello d. l. quòd codex ille *procul dubio melioris fuerit notæ*. Etenim licet Apoſtolus noſter, nec non Apoſtolus Petrus 1. ep. 3, 6. verſionem τῶν LXX. ſequuti fuerint, idque more Scriptoribus N. T. haut inuſitato, hautquaquam tamen propterea adſerendum, quòd Codices illi, quos LXX. ſequuti ſunt, melioris fuerint notæ, quàm illi, qui hodienum extant. Accedit, quòd mera ſit conjectura, quòd hoc loco Codex, quo uſi illi fuerunt, habuerit יֵבוֹשׁ, cùm nullus hodie codex ita legat. Conſtat verò, quòd Maſorethæ, quos diu ac plus minùs centum annis ante LXX. opus Maſoreticum adornaſſe, viri docti obſervarunt, admodùm accuratè variantes lectiones in ſacro Codice annotarint,

notarint, hautquaquam ſilentio prætermiſſuri, ſi vel ullo ſaltem in Codice, dicto loco apud Eſaiam יבויש inveniſſent. Præterea non ſolùm non incommoda lectio ea per יחיש eſt, verùm etiam optimè convenit, quantum ad ſenſum, cum verſione τῶν LXX. quos ſequuti Apoſtolus Paulus & Petrus ſunt: quippe cùm ſicuti feſtinans ſæpè illud agit, ob quod poſtmodû confunditur ſive pudefit, ac qui confunditur, ad diverticula & latebras, in quibus ſe abdere poſſit, feſtinat: ita viciſſim qui præmeditatè aliquid agit, nil tale metuere, nec ad latebras ex pudore feſtinare neceſſe habet. Et quantum ad præſentem locum, ea intelligi hîc feſtinatio poteſt, qua quis vel operum ſuorum juſtitiâ Chriſtum antevertere ſatagit, propriiſque meritis ſalutem adſequi præſumit, vel qua quis juſtitiæ Chriſti non ſatis fidit, ſed ad quosvis Satanæ inſultus à Chriſto fugere feſtinat: talis enim omninò, niſi in tempore unicè Chriſti juſtitiæ confidere, eidemque perſeveranter adhærere laboret, tandem in æternum confundetur, ac ſpe ſuâ excidet. Cœterùm probari ex oraculo hoc vera Chriſti deitas poteſt, ceu ex collat. cum Pſ. 3, 9. Eſ. 30, 18. c. 43, 11. eruditè oſtendit B. D. Fewrb. Faſc. 6. Diſſ. Theol. D. 1. §. 55.)*

v. 12. Οὐ γὰρ ἔστι διαστολὴ ἰουδαίου τε καὶ ἕλληνος. ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων, πλουτῶν εἰς πάντας, τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν.

*(*Non eſt diſtinctio &c.* quantum ſc. ad juſtitiam & ſalutem, per fidem in Chriſtum gratis conſequendam. Conf. Joh. 3, 16. 1. Tim. 4, 10. 1. Joh. 4, 14. Rom. 11, 32. Fruſtra opponit Pareus locum Gal. 3, 22. cum Apoſtolus hîc agat de DEI intentione, in loco verò Gal. 3, 22. de hominum credentium applicatione.)*

*(*Græci. Græcorum* nomine ſcriptores N. T. in oppoſitione ad Judœos intelligunt quosvis homines, qui non ſunt Judæi, ceu patet ex Actor. 14, 1. c. 16, 1. 3. c. 17, 4. ſuprà c. 1, 16. c. 2, 9. 10. 1. Cor. 1, 22. Gal. 3, 28. Coloſſ. 3, 11. Qui loquendi modus inde ortus, quia tempore Apoſtolorum Græca lingua toto ferè orbe erat recepta, ita ut nulla ferme fuerit Romano-

manorum provincia; in quâ non eſſent aliqui Græcæ Linguæ gnari. quod Cicero ſatis clarè prodit Orat. pro Archia. Syrus N. T. Interpres loco dictionis ἑλλήνου cum h. l. tum alibi utitur voce ܐܪܡܝܐ *Aramæi* ſive *Syri*, idque notante B. D. Glasſio Rhetor. S. p. 448. ideò, quòd Judæi viciniores gentiles & idololatras non habebant, quàm Syros. Idem etiam factum ab Æthiope Interprete videmus, qui pariter adhibet nomen አረማዊ፡ *Aramæi*. Monet verò non incommodè Lud. de Dieu, Animad. in Act. c. 20, 21. quòd Syr. vocabulum ܐܪܡܝܐ aliter punctetur, quando *Aramæum* ſ. *Syrum* notat, & aliter, quando *gentilem*. Arabs tamen, arctiùs Græco textui inhærens, ita h. l. vertit: *non eſt diſtinctio* فاصل بين اليهودي واليوناني *ſeparans inter Judæum, & Græcum*. Idem verò Arabs Gal. 3, 28. ubi in Gr. eſt οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος, οὐδὲ Ἕλλην, reddit: *non eſt inter vos Judæus* ولا صابي i. e. (uti quidem Londinenſes tranſtulerunt,) *neque deficiens à fide*. in edit. verò Erpenii eſt شعوبي *gentilis*, quo loco tum Æthiops tum Syrus itidem *Aramæus*, uti hîc habent.)*

*(*Dives in omnes.* Conf. infrà c. 14, 9. 1. Cor. 6, 20. c. 7, 23. 2. Petr. 2, 1.)*

In omnes, i. e. divitias gratiæ ſuæ ſine diſcrimine gentis omnibus diſtribuens. Eph. 1. v. 7.

(Diſcrimen enim, quod in V. T. Judæos inter ac gentiles erat, in N T., Chriſto è mortuis reſuſcitato, penitus ſublatum. ita ut nullam illi præ his ad gratiam Evangelicam habeant ampliùs prærogativam. Conf. Actor. 10, 35. Galat. 3, 28. Epheſ. 2, 14. 19. 1. Petr. 2, 5. ſeqq. De divitiis hiſce gratiæ divinæ vide quoque Joh. 6, 37. 2. Cor. 8, 9. Eph. 2, 4. 7. Tit. 3, 6. 2. Petr. 1, 11.)

v. 13. Πᾶς γὰρ ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται.

* (*Quisquis invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Deprompta hæc ſententia ex Joel. 2, 32. Inferunt hinc Pontificii (vid. Bellarm. l. 1. de Juſtif. c. 17. Jeſuita Conzenius in h. l. Q. 1. Corn. à Lapide, Tirinus, aliique in h. l.) *quòd non ſolâ fide*

lâ fide juſtificemur ac ſalvemur, ſiquidem etiam invocationi promittatur ſalus æterna. Verùm reſpondemus 1. licet ſola fides juſtificet, tamen vera fides nunquam eſt ſola, ſive à bonis operibus, precibus, invocatione, caritate &c. ſeparata. Cùm enim per fidem Chriſtus gratiosè in cordibus noſtris habitet, Eph. 3, 17. adeſt quoque omninò Sp. Sanctus. Ubi verò gratioſa Sp. Sancti inhabitatio, ibi etiam adſunt fructus Spiritus, Gal. 5, 23. & 24. ad quos omninò etiam pertinet invocatio, Rom. 8, 15. Gal. 4, 6. 2. Sciendum, quòd vera fides aliquando deſcribatur à ſuis effectis, inter hæc verò eſt quoque invocatio, ex verâ fide profecta. 3. Ut ut invocationi promittatur ſalus, non tamen hinc ſequitur, quòd invocatio ſit opus aliquod meritorium vitæ æternæ. Noſtra verò ſententia, qua adſerimus, quòd ſola fides juſtificet, eſt oppoſita errori Pontificiorum de B. O. meritis ac diſpoſitionibus. Confer. pluribus B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 23. c. 3. §. 1. ex Calvinianis Chamier t. 3. Panſtrat. l. 22. c. 8. §. 7. 8. Porrò ex h. l. rectè contra Pontificios colligunt orthodoxi, *quòd Sancti non ſint invocandi*, cùm Paulus ex Joele doceat, *eum, qui nomen Domini invocarit, ſalvum fore.* Excipit Bellarminus lib. de ſanct. beatitud. c. 20. *Paulum h. l. agere de ea invocatione, quâ aliquis invocetur ut DEUS, & primus autor bonorum. Hoc verò modo Pontificios ſanctos non invocare.* Verùm frivola hæc eſt exceptio. Etenim 1. conſtat ex Pſalterio Mariano, quòd eodem modo uti DEUM, ita etiam Mariam, adeoque & ſanctos ipſi invocent. Ac docet quoque Biel ſuper Canonem Miſſæ, quòd ſanctos invocare debeamus ac debita veneratione eos implorare, ut ſalvemur eorum meritis &c. 2. Sicuti maritus rivalem in amore conjugali ferre nequit, nec adulteræ excuſationem audit, licet ea proteſtetur, ſe inferiori ſaltem gradu adulterum amare; maritum verò amore ſummo proſequi. Ita DEUS zelotes Exod. 20, 5. ferre nequit, ut cultum religioſæ adorationis aliis, licet in gradu inferiori, deferamus. Sufficit igitur, quòd cultus, quem Pontificii ſanctis exhibent, ſit cultus verè divinus, utpote cujus ratio formalis in eo conſi-

ſtit, quòd mihi perſuadeam, eum, quem invoco, eſſe καρδιογνώστην, audire meas preces, adeoque certò credam, poſſe ac velle eum in omni adverſitate ſuccurrere, ac corporis juxta atque animæ bona mihi largiri. Vid. plura huc facientia apud B. Par. L. de Morte §. 381. 382. Adde etiam auctores in Theſibus Theolog. Decad. 17 §. 5. & 6. allegatos.) *

V. 14. Πῶς οὖν ἐπικαλέσονται, εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν, οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος.

Fides & invocatio conjunguntur, quia invocatio ſine fide eſt inane murmur. Theodor. enarrans h.l. ex eo colligit, *hanc eſſe DEI methodum, quam in hominum converſione obſervat, quòd primum prædicatores curat eligi; electi prædicant; prædicantes audiuntur, auditores demum credunt.* * (Sunt igitur quinque ſalutis noſtræ organa 1. Divina Miniſtrorum verbi misſio. 2. Sincera verbi prædicatio. 3. diligens verbi prædicati auſcultatio. 4. fidei per verbum accenſio. 5. religioſa ejus, in quem creditur, invocatio. quæ omnia arctisſimè cohærent, ac poſterius ſemper præſupponit prius. Nec tollunt iſtam prædicationis ac Miniſterii necesſitatem in N. T. dicta Jerem. 31, 34. 1. Joh. 2, 27. Etenim his dictis non tollitur *prædicationis necesſitas*, contrarium enim patet ex Matth. 28, 19. 20. Eph. 4, 11. 12. 13. Actor. 20, 28. ſed indicatur *N. T. felicitas*, quòd videl. non tanto opus futurum ſit labore in docendis piis. it. quantum ad 1. Joh. 2. quòd pii & ab Apoſtolis informati non opus habeant, ut à ſeductoribus novum quid diſcant.)*

*(*πῶς οὖν ἐπικαλέσονται*, invocabunt, i. e. invocare poterunt*. Sæpè enim verba *actionem* ſive *effectum* notantia, de *facultate* ſive *poteſtate agendi* intelligenda ſunt. quem canonem multis exemplis confirmat B. D. Glaſſ. Phil. S. lib. 3. p. 244. 245. vid. ſuprà c. 9, 19. 1. Cor. 2, 15.) *

Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? declarat Apoſtolus finem vocationis, quare ſcil. DEUS Judæos & gentes vocet per verbum Evangelii, quia ſcil. eſt ordinarium medium, per quod Spiritus S. fidem in cordibus hominum excitat,

citate, per quam DEUM invocant, & ſalutis participes redduntur.

* (*De quo non audiverunt.* Similia habentur Actor. 17, 30. Gal. 4, 8. 1. Theſſ. 4, 5. de quibus non immerito quæritur, quomodo concilianda ſint cum Rom. 1, 19. Reſp. fieri id poteſt 1. diſtinguendo inter *cognitionem rudem* ac *generalem*, & inter *cognitionem* ſalvificam & *ſpecialem.* De hâc, non de illa Apoſtolus hîc, ſicuti & Gal. 4, 8. &c. loquitur. 2. notando, quòd in Sc. S. quædam negentur ἁπλῶς, quæ tamen accipienda συγκριτικῶς. Exempla vide Matth. 10, 20. Joh. 5, 22. 30. c. 7, 16. c. 8, 28. c. 12, 44. c. 14, 24. add. quoque B. D. Bald. in h. l. part. 2. quæſt. 7)*

* (*Quomodo verò audient ſine prædicante.* patet hinc contra *Weigelianos* Miniſterii Eccleſiaſtici neceſſitas, de quâ prolixè agunt B. P. L. de Miniſt. Eccleſ. ſ. 3. B. D. Fewrb. Faſc. 6. Diſp. 3. §. 1. ſeqq. Cumprimis verò huc faciunt dicta Scripturæ, in quibus docetur, quòd per externum verbi & Sacrament. Miniſterium illuminemur, Luc. 1, 77. Joh. 17, 20. Actor. 16, 16. 17. 1. Cor. 3, 5. Col. 1, 5. Spiritu Sancto donemur, Actor. 10, 44. Gal. 3, 23 regeneremur, 1. Cor. 4, 15. c. 9, 1. Gal. 4, 19. 1. Petr. 1, 23. juſtificemur ac ſalvemur, Matth. 18, 18. Rom. 11, 14. 1. Tim. 4, 16.)*

* (*Prædicabunt.* Prædicatio ergò Evangelii divinitus inſtituta eſt, adeoque *prædicantis* titulus honoris eſt, non ignominiæ, contrà ac Pontificii ſibi perſuaſum habent, Lutheranæ Eccleſiæ Miniſtros *prædicantes* per contemtum appellantes. quos contra notandum, quòd ipſi Chriſto & Apoſtolis hic titulus in ſacris tribuatur. Conf. præter hunc locum, Eſai. 61, 1 Matth. 4, 17. Luc. 4, 18. Marc. 16, 15.)*

* (*Quomodo prædicabunt, niſi miſſi fuerint?* Rectè hinc probant noſtrates Theologi, quòd Miniſtris Eccleſiæ vocatio ſive miſſio ſit neceſſaria. Conferantur dicta Jer. 23, 21. c. 27, 9. 14. 15. Joh. 3, 27. Ebr. 5, 4. 1. Cor. 3, 5. 2. Cor. 5, 20. Excipiunt Photiniani, Chriſtoph. Oſtorodus in Inſt. Germ. c. 42 p. 437. Theophilus Nicolaides in Defenſ. tractatûs Sociniani de Eccl. & miſſione miniſtr. adv. Miedzibozium c. 1. p. 140. Catech. Ra-

cov. p. 346. Piſetius in reſponſ. ad rat. Camp, p. 107. Andr. Radeccius not. ad libr. Smiglecii, Refut. diſſolutionis nodi Gordii inſcriptum, Val. Smalcius in Refut. Theſ. D. Franzii part. 2. p. 379. *Paulum loqui tantùm de ſuo tempore, cùm adhuc nova & inaudita eſſet Evangelii doctrina &c.* Avidè hoc arripiunt Photinianizantes Arminiani, itidem diſtinguentes inter *Eccleſiam ordinatam, & non ordinatam* ſive *ordinandam* h. e. ut aliis diſting. inter Eccleſiam *plantatam*, & *plantandam*, ſtatuuntque, quantum ad *hanc*, non verò quantum ad *illam* misſionem mediatam ſive vocationem eſſe neceſſariam, ceu patet ex Apolog. Remonſtr. pro Confeſſ. (cujus utriusque autor fuit Simon Epiſcopius) p. 225. adſerunt igitur, verba Apoſtoli accipienda eſſe non de vocatione *ordinariâ*, ſed *extraordinariâ*. Verùm 1. ſciendum eſt, quòd Photiniani pro ſententiæ ſuæ confirmatione adducant exempla Philippi, Apollo &c. quos ſine vocatione quadam peculiari Evangelium prædicaſſe adſerunt. At verò illo tempore Eccleſia adhuc plantanda ſive ordinanda erat. 2. notandum, quòd dictum Apoſtoli ſit generale, ceu patet ex anteced. quæ itidem generalia ſunt, nec minùs ad ſucceſſiva, quàm prima tempora pertinent. Sicuti enim æque tempore noſtro, ac tempore Apoſtolorum, nemo poteſt invocare, in quem non credit &c. ita etiam haut magis noſtro, quàm Pauli tempore prædicare quis poteſt, niſi miſſus fuerit, ſive legitimam habuerit vocationem. Loquimur verò de vocatione mediata. immediata enim nec neceſſaria hodie eſt, nec etiam expectanda, ceu egregiè probat B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 114 ſeqq. 3. negari non poteſt, quòd verbum κηρύττειν itidem ſit generale, quamvis prædicationem, etiam illis factam, quibus jamtum aliquid conſtitit de eâ doctrinâ, quæ prædicatur, notans, ceu patet ex Matth. 26, 13. Act. 8, 5. c. 15, 21. 4. probè obſervandum, quòd Apoſtolus loquatur non de prædicatione *ſimpliciter*, ſed quæ *jure, legitimè, bonâ conſcientiâ* & juxta DEI *voluntatem* fit. qualis loquutio quoque eſt 1. Cor. 10, 21. Denique 5. conſtat, quòd accidat vocationi, ut is, qui vocatus eſt, novi quid prædicet vel profe-

proferat. Videantur plura huc facientia apud B. D. Fewrb. in AntiOſtorodo Diſp. 36. §. 20. ſeqq. B. Par. L. de Min. Eccl. §. 58. B. Hackſp. Not. Philol. Theol. ad Jerem. 23, 21. Porrò contra calumnias *Weigelii*, itidem clamantis, Eccleſiæ noſtræ Miniſtros non eſſe à DEO vocatos, conſuli omninò poteſt B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 130. ſeq. Cœterùm B. D. Bald. Caſ. Conſ. l. 4. c. 5. caſ. 1. oraculum hoc etiam eousque extendit, quòd in caſu quoq; neceſſitatis h.e. ubi Eccleſia aliqua particularis aut per bella aut per alium caſum omnibus ſuis Miniſtris orbatur, nec aliorum, qui legitimè vocentur, copia haberi poteſt, nec Eccleſia diutius carere doctoribus poteſt, nemo absque præviâ vocatione ex cœtu illo prodire debeat, qui populum doceat, infantes baptizet, S. Cœnam adminiſtret, novellos conjuges copulet &c. Quid verò de illo Lutheri in libello de abuſu miſſæ habendum ſit, ubi docet, quemlibet prædicare poſſe verbum absque ſpeciali ad Miniſterium vocatione, docet idem B. D. Bald. Comm. ad h.l. q.2. diſtinguendo nempe inter *publicam* verbi *prædicationem*, & *privatam* proximi *informationem*; it. inter *poſſeſſionem*, & *executionem*.)*

*(Abutuntur verò & Pontificii hoc loco contra majores noſtros, eò quòd reformationis opus ſuſceperint cumprimis B. Lutherus absque Eccleſiæ, (puta Pontificiæ) præviâ ad eam vocatione. Verùm notandum, quòd omninò B. Lutherus legitimè & vocatus & ordinatus fuerit ad docendum verbum DEI. Cui cùm vocationi ipſe quidem facere ſatis non poſſet, niſi corruptelas, quæ Pontificum Romanorum partim malitiâ, partim negligentiâ in Eccleſiam irrepſerant, indicaret, ac quantum in ſe erat, removeret ac refutaret, manifeſtum eſt, quòd ad reformationis quoque opus ſuſcipiendum ordinariam habuerit vocationem. quamvis graves quidam Theologi adſerere non dubitent, quòd plus quàm mediatam vocationem, quam heroicam quis dicere posſit, ex mediatâ & immediatâ mixtam, Megalander ad illud habuerit. Videantur omninò B. D. Hunnius diſp. 10. in A. C. th. 41. B. D. Balduinus ad art. Smalck. Diſp. 17. §. 40. ſeqq. it.

contra Patzm. p. 133. B. P. L. de Min. Eccl. §. 115. ſeqq. B. D. Höpfnerus Saxon. Evang. p. 142. ſeqq. B. D. Meiſn. contra Conſult. Lesſii p. 280. Quod reliquos Eccleſiæ noſtræ Miniſtros ac Doctores, quos ipſe paraſtatas habuit, concernit, ſciendum eſt, quòd noſtrates minimè ſimpliciter ordinationem Pontificiorum rejecerint. Cur verò non petierint à Pontificiis Epiſcopis, cauſas habuerunt ſat graves, quas exponit *B.* Lutherus art. 10. part. 3. Vid. etiam B. D. Bald. l. c. §. 54. & 51. B. Par. L. de Miniſt. Eccleſ. §. 127. Dn. D. Haberkornius in decade Diſputat. Theol. de Miniſterii Eccleſiaſtici, quod in Eccleſiis Proteſt. Orthodoxis eſt, ſolidá veritate, B. D. Graw. in A. C. art. 5. Diſtinguendum præterea inter *ſtatum* Eccleſiæ *rectum*, & *corruptum*, quam diſtinctionem non inſcitè explicat & ſtatui temporum illorum, ubi reformationis opus ſuſceptum fuit, accommodat Joh. Camero Myrothecii Evangelici p. 193. ſeqq. Poſſet verò aliquis dictum hoc opponere Studioſis, qui exercitii causâ conciones ad populum aliquando habere ſolent, cùm tamen à totâ Eccleſia ad hoc munus non habeant vocationem, adeoque nec ordinati ſint. Verùm notandum, quòd B. Lutherus in Colloq. Menſalibus c. 22. rectè diſtinguat inter *vocationem fidei*, & *charitatis*. Illam vocat, cùm quis ab iis, qui jus vocandi habent, ad miniſterium docendi & ſacramenta adminiſtrandi ordinarium vocatur: hanc, charitatis vocationem nominat, cùm quis ad concionem pro alio habendam, ab Eccleſiæ Miniſtro, qui tacitum ad hoc Eccleſiæ habet conſenſum, vocatur & mittitur. Vocatio ac misſio ſolennis non ad hanc, quæ *charitatis*, ſed ad illam, quæ *fidei* dicitur, neceſſaria eſt. *Ordinatio autem licet* minimè ad munus docendi, vel ratione peculiaris præcepti divini, vel ratione ſingularis cujusdam effectûs, vel ratione abſolutæ necesſitatis requiratur, retinetur tamen merito propter antiquam Eccleſiæ primitivæ ſive Apoſtolicæ conſuetudinem. non tamen quantum ad omnes, qui quocunq; modo verbum DEI prædicant, ſed quantum ad eos, quibus munus ordinarium tum verbi docendi, tum ſacramenta adminiſtrandi committendum eſt.) * v. 15.

v. 15. Πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποςαλῶσι; καθὼς γέγραπται, ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά.

Quam ſpecioſi pedes. Sunt verba Eſaiæ, admirantis ſubitam & inſperatam lucem, ſedentibus in tenebris exortam. Eſt autem illa lux Evangelii per Apoſtolos primùm in Judæam, deinde in reliquas orbis partes illata. Eſ.52. v.7. *Quàm ſpecioſi pedes* i. e. quàm gratus adventus. Nahum. 1. v.15. Eſai.52. v.7. *(Confer. Actor. 8, 8. 1. Theſ. 1, 6.) *

ὡραῖος non tantùm eſt *decorus* & *pulcer*, ſed etiam *tempeſtivus*, ab ὥρα, quæ vox & *tempus* & *pulchritudinem* notat: prævidit igitur Eſaias, DEUM tempore opportuno miſſurum Apoſtolos.

Pedum voce innuitur, Apoſtolos non equorum nec currruum, ſed pedum miniſterio eſſe uſuros.

Non ſine emphaſi verbum εὐαγγελιζομένων bis repetitur: eſt enim εὐαγγελίζεσθαι lætum nuncium afferre.

*(Apud Eſaiam adhibetur ſingularis numerus *evangelizantis*, quia nempe Propheta loquutus fuerat in ſenſu collectivo. Studiò verò τὸ *ſuper montes*, quod apud Eſaiam legitur, omiſiſſe Apoſtolus videtur, ad inſinuandum, quòd Eſaias de rebus N. T. loquutus fuerit verbis V. T. interea verò prædicatio, quæ per Apoſtolos fieri debebat, non anguſtis montium Judææ ſpatiis includenda vel terminanda ſit, ſed per univerſum terrarum orbem extendenda, idque juxta mandatam Chriſti Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. cui etiam Domini ſui mandato Apoſtoli morem geſſerunt. vid. 1. Cor. 4, 11. Coloſſ. 1, 6. Patet verò ex h. l. quid ſit *Evangelium*, propriè & ſtrictè ſic dictum, videl. non concio pœnitentiæ, ſed lætum nuncium de Evangelio pacis &c. vid. Gal. 1, 15. 16. Epheſ. 6, 15. contra *Antinomos*, ac Bellarm. lib. 4. de Juſtif. c. 2. Ex eo etiam, quòd jamtum Eſaias Evangelii mentionem facit, rectè colligunt noſtrates, quòd non demum in N. T. illud prædicatum fuerit, ſed quòd etiam in V. T. idem ſonuerit, quòdque adeò credentes in V. T. habuerint promisſionem vitæ æternæ, cujus etiam ſtatim à morte facti ſunt participes, contra Photinia-

tinianos ac quoſdam Pontificios, item contra Weigelianos. Quos contra evolvi poſſunt Dd. Orthod. Decad. XI. Theſium Theolog. §. 4. litt. c. it. Dec. XX. §. 2. lit. b. c. allegati. Add. omninò B. D. Fewrb. faſc. 6. p. 103. ſeqq.)*

Per εἰρήνην intelligitur reconciliatio DEI per Chriſtum.

v. 16. Ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἠσαΐας γὰρ λέγει, Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν.

οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Loquitur potisſimum de Judæis, oblatam in Evangelio gratiam reſpuentibus, ac prædicationi Apoſtolicæ fidei obedientiam denegantibus. Hebr. 4, v. 2.

Quis &c. Cyrill. lib. 8. in Joh. cap. 20. *Particulam quæ Propheta non pro omnimoda negatione, ſed pro raritate poſuit, quia quod ſancti Prophetæ à DEO audiverunt, & populo denunciaverunt, paucisſimi crediderunt.*

Auditui noſtro i. e. prophetiæ & ſermoni noſtro, quem ex te audivimus ac didicimus, Eſ. 53. v. 1. Quidam exponunt objectivè *auditui noſtro* i. e. *concioni noſtræ, quæ audienda ipſis proponitur.* Nempe doctrina divina prædicata, per Hebraiſmum. Hebræis enim radix שמע notat *audivit*, aſt in 3. conj. השמיע *fecit audire*, i. e. *prædicavit, annunciavit*, unde *auditus* ponitur pro ſuo correlato, quod eſt *locutio* & *prædicatio*.

* (Sic Gal. 3, 2. prædicatio vocatur ἀκοὴ πίστεως, Gal. 3, 2. λόγος ἀκοῆς, 1. Theſſ. 2, 13. Ebr. 4, 2. Quo & Chaldæus reſpexit Interpres, vertens apud Eſaiam מן הימן לבסורתנא דא *Quis credidit huic nuncio noſtro.* Syrus utitur nomine ܫܡܘܥܬܐ quod & *auditum*, & *nuncium*, & *ſermonem* notat. Arabs verò adhibet vocem سماع, quæ *auditum* ſignificat. Notant verò Interpretes, quòd negatio illa apud Eſaiam *dolentis* ſit, non *omnimode negantis*.) *

Brachium Domini. Intelligitur Chriſtus, Joh. 12, 38. Vid. Cyrillus l. 8. in Joh. c. 20. Athanaſius de communi eſſentia P. F. & Sp. S. t. 1. p. 387. Auguſt. tr. 53. in Joh. Beda in c. 1. Lucæ.

v. 17. Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς. ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ.

Fides

Fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum DEI, i. e. verbum eſt ordinarium medium fidei accendendæ & augendæ. Beza, Toſſan. & Piſcator *per verbum* intelligunt *mandatum DEI*, qui Apoſtolos ad prædicandum miſit, & adhuc mittit Evangelii miniſtros, v. 15. Sed ſimpliciùs exponitur de prædicatione verbi ecc. 14. *quomodo audient ſine prædicante.* Clem. Alexandr. lib. 2. Mor. auditum menti tribuit juxta Epicharmum: *Mens audit, mens videt, cætera ſurda & cæca ſunt.* Sic ergo eſſet ſenſus. Ex ſeria meditatione verbi divini eſt fides. Sed antecedentia teſtantur, Apoſtolum loqui de auditu aurium, ſeu de ipſa audiendi actione, Actor. 16, v. 14. Schwenckfeldius accipit de *auditu interno, qui immediatè eſt à S. S.* At concedimus quidem, ad fidem requiri auditum internum, qui eſt à S. S. & in aſſenſu verbi conſiſtit, interim Spiritus S. non operatur immediatè extra illum externum, qui fit auribus, ut docet contextus. * (vid. B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 169. ſeq. B. D. Bald. in Inſtit. Miniſt. verbi, it. ad art. Smalk. p. 420. ſeqq. Commentatores ad art. 5. A. Confeſſ.) * Ponitur ergo *auditus* pro *prædicatione*, quæ auribus percipitur, ut etiam in verbis Eſaiæ. Gal. 3. v. 2. Et ſic etiam * (*Per metonymiam* ſcil. uti Piſcator vocat. qualis apud Ebræos non infrequens, ceu docet Flacius part. 1. Clav. Sc. S. voce *auditus.* Atque hanc interpretationem confirmat collatio locorum parallelorum Joh. 17, 20. 1. Cor. 1, 21. Conf. quoque Matth. 17, 5. Actor. 11, 14. Nec eſt, quod opponant Adverſarii, *quòd ſi per externum verbi prædicati vel lecti auditum fides datur, ac homo convertitur, exinde ſequatur, omnes verbi audientes converti, quod tamen falſum.* Sciendum enim, quòd, licet exterior verbi auditus ad converſionem requiratur, nec abſque eo homo adultus ordinariè convertatur, non tamen ſufficiat qualiscunque verbi auditus, ſed requiratur etiam auditus interior, h. e. ut ſemen verbi ſuſcipiatur in corde bono. debemus enim verbum DEI, ſi fructificare debet, audire *intelligenter*, quia ignoti nulla cupido, devote ac *reverenter*, Act. 10, 33. add. Joh. 8, 47. c. 10, 27. 1. Joh. 4, 6. *libenter*, Pſalm. 1, 2. *obedienter*. Ebr. 13, 6. ac *patienter*, Jac. 1, 21. Unius igitur po-

ſitio non eſt alterius excluſio. Auditus interior & exterior non ſunt oppoſita, ſed ſubordinata. Neque enim DEUS immediatè hominem convertere vult, ſed per externam verbi prædicationem & auditum. per hunc DEUS vult eſſe efficax, Actor. 16, 14. niſi homo gratiam DEI vel negligat, vel reſpuat, adeoque Spiritui Sancto reſiſtat. vid. B. P.L. de Min. Eccleſ. §. 259. B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 144. B. D. Bald. Caſ. Conſc. l. 2. c. 10. caſ. 3. Atque hoc pulcrè cumprimis in parabolâ eleganti Salvator noſter Matth. 13, 23. inſinuat. ad quam videſis Analecta. Conf. etiam B. D. Hutter. in Explic. art. 2. F. C. p. 164. ſeqq. Nec tamen ſequitur etiam hinc, quando homines jubentur audire verbum DEI, eò quòd fides non accendatur in homine adulto, niſi verbum DEI audiat, *quòd propterea homo ſit converſionis ſuæ cauſa vel efficiens vel promerens*: requiritur enim auditus ſaltem ut cauſa ſine qua non, ut nonnulli loquuntur, ſive ut conditio quædã ex ordinatione divina. Unde etiam Apoſtolus ſubjicit, *auditus autem per verbum DEI*, quibus verbis omnem fidei efficientiam auditui, quà actus humanus eſt, derogat, & in ſolidum verbo DEI vendicat. vid. B. D. Quiſtorp. in h. l. B. D. Hutter. in Explic. F. C. p. 167. B. D. Chemnit. part. 1. LL. C. C. p. 179. 183. it. part. 3. p. 223. B. D. Fevvrb. l. c. p. 171. 172. Atque hinc etiam patet, quid reſpondendum ſit Socino, quando part. 4. c. 12. in Prælect. p. 50. n. 10. adſerit, *humanarum virium eſſe, ex prædicatione verbi fidem concipere, eò, quòd DEUS futurus ſit injurius, quando hominibus incredulis eò majores interminatur pœnas, quò Evangelii lux eis clariùs affulſit*, *Matth.* 10, 15. *Luc.* 10, 12. Nec enim fides in totum eſt donum DEI, Joh. 6, 29. adeòque non magis, quàm ipſa vita æterna, quæ itidem χάρισμα Θεῦ, Rom. 6, ult. ex noſtris viribus, operibus aut meritis acquiri poteſt. Quòd verò verbi contemtores graviùs puniantur, hoc non ideò fit, quaſi in naturalibus illorum viribus ſit credere: verùm quia, dum Sp. Sanctus operari in illis per verbum fidem ſalvificam voluit, obicem illi poſuerunt, imò reſtiterunt, Actor. 7, 51. 1. Cor. 2, 4. Cauſa igitur vera atque unica, cur

dum

dum longè plurimis verbum prædicatur, paucisſimi tamen convertantur ac ſalventur, non eſt abſolutum reprobationis decretum, ſive quòd DEUS ex abſoluto quodam odio plurimis hominibus nolit dare fidem veram, eosque convertere, seu Calvinianis, quibus Jeſuita Bellarminus adſtipulatur, ajunt; contrarium enim patet ex ſeriis DEI obteſtationibus Ezech. 18, 32. & 33, 11. aliisque divinis oraculis, 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9. nec etiam, quòd aliqui ex propriis ſeſe convertere ac ſalvificè credere viribus posſint, quod Pontificii, Gregorius de Valentia, Becanus, Coſterus aliique volunt. contrarium enim itidem ex 1. Cor. 2, 14. Philip. 2, 13. &c. patet: ſed quia aliqui verbo prædicato contumaciter reſiſtunt, alii non. Diſtinguunt hinc Dd. inter *repugnantiam naturalem, & affectatam ſive moroſam.* Omnes quidem homines *naturaliter* repugnant; ſed illi, qui converti nolunt, *malitioſè.*)*

*(Manifeſtum quoque eſt, quòd, quando Apoſtolus h. l. dicit, *fidem eſſe ex auditu*, ipſe loquatur de adultis. Quod enim infantes concernit, in illis ordinariè accenditur fides per Sacramentum initiationis, vid. Joh. 3, 5. Tit. 3, 5. *extraordinariè* per immediatam Spiritûs Sancti operationem, in illis ſcil. Chriſtianorum liberis, qui cùm Sacramenti hujus compotes fieri non potuerunt, Chriſto per preces Eccleſiæ ac piorum parentum offeruntur. Ineptè proinde Weigelius l. 1. γνῶθι σεαυτόν p. 52. per inſtantiam ab infantibus deſumtam, efficaciam verbi divini prædicati enervare conatur, *eò quòd omnes infantes æternùm damnentur, morientes ſcil. antè quàm verbum externum audire posſint, ſi externus verbi auditus ad ſalutem eſſet neceſſarius.* Imò ne quidem reſpectu omnium & ſingulorum adultorum hominum, verbi divini auditionem medium fidei dandæ & conſervandæ eſſe neceſſarium, exemplo ſurdorum Theologi docent, utpote in quibus DEUS peculiari ratione in Eccleſiâ Chriſtianâ operetur fidem. Videatur B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 174. ubi in hanc rem etiam S. Hieron. t. 9. fol. 85. allegat. B. D. Balduinus Caſ. Conſc. lib. 2. cap. 12. caſ. 12. ſtatuit, quòd in mutis & ſurdis id præſtare picturæ posſint, quod

in aliis verbi auditus. Atque inde etiam porrò docet, eoſdem, ſi deſiderium participandi de S. Cœnâ præ ſe tulerint, (quod muti etiam ſcripto prodere poſſunt, ceu inter Collectanea mea MSS. talis hominis muti, Clas Klinghammer dicti, epiſtolam adſervo, qua in peccata ille ſua confitetur, & abſolutionem petit.) admitti poſſe. Alii, quorum B.D Bald. l.c. mentionem facit, concedunt, quòd Deus quidem ſurdis pro imensâ ſuâ miſericordiâ extraordinario modo proſpiciat, & ſalutem illis tribuat æternam: negant verò, eosdem ad S. Cœnæ uſum admittendos eſſe. Quomodo denique muti in Confesſione tractandi ſint, videatur apud B. D. König. Caſ. Catech. p. 362. Ex eo verò, quòd infantes eo modo, quo adulti, per verbi nempe auditum, non accipiant fidem, ſed per Baptiſmum, quæ proinde nec diſcreta eſt, ſive talis, ut diſtinctè de rebus fidei diſcurrere infantes, meditari, loqui, ac fidem exteriùs prodere posſint, non inferendum, quòd planè fide deſtituantur. modus enim non ſemper variat rem ipſam. Vid. B. D. Bald. C. C. l. 2. c. 1. caſ. 9. Qui ipſe alibi, puta l. 2. c. 10. caſ. 3. & 4. pulcrè oſtendit, quomodo illi erigendi ſint, qui cùm deſiderent, fidem ſuam vel per verbi in publicis conventibus Eccleſiaſticis auditum, vel per Sc. Sacræ lectionem confirmare, & tamen quò minùs præſtare non posſint, impediuntur.)*

V. 18. Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

*(*ἀλλὰ λέγω, ſed dico,* i. e. *dicat aliquis*, per enallagen perſonæ.)*

μὴ οὐκ ἤκουσαν, ſcil. *Judæi.* Annon Judæis æquè ac gentibus prædicatum eſt Evangelium?

εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Smalcius adv. Frantzii theſes diſp. 8. pag. 267. *Per omnem terram & fines orbis terræ ſola regio Judaica hic intelligitur.* Petitum hoc ex prælectionibus Socini. Rectiùs Piſcator ſic accommodat. Prædicatio Apoſtolorum non minùs in toto orbe ſonuit, quàm mutum illud cœlorum præconium,

um, Pſ. 19. v. 5. Quò non pervenit pes Apoſtolorum, eò pervenit ſonus Apoſtolorum. Eſ. 49. v. 6. Marc. 16, 20. Col. 1. v. 6. & 23.

*(Rectè proinde locum hunc noſtrates urgent tum contra *Calvinianos*, tum contra *Pontificios*. Contra hos quidem, quando ex Matth. 24, 14. evincere conantur, *quòd AntiChriſtus nondum venerit, adeoq́ P. R. non ſit AntiChriſtus, eò quòd Evangelium nondum ſit in toto terrarum orbe prædicatum.* Vid. Corn. à Lapide, Comizer.. ad Matth. 24, 14. Bell. l. 3. de P. R. c. 4. Suarez. t. 2. Comm. in part. 3. Thomæ Diſp. 56. p. 659. Aſt contrarium inter alia ſatis è præſenti patet oraculo. Excipiunt quidem ad hoc Pontificii, *eſſe hîc hyperbolen, intelligendamq́ partem terræ potiorem. imò & Pſalten idem hoc affirmare hymno 19. de tempore V. T. de quo tamen conſtet, quòd verbum DEI tantùm in populo Judaico prædicatum fuerit.* Pſ. 147, 20. cumprimis verò urgent, *quòd ſicuti in Pſ. 19. enallage temporis eſt, præteriti ſc. pro futuro, ita etiam talis ſit apud Paulum, quodq́ Apoſtolus non hoc velit, jamtum ſuo tempore in omnem terram perveniſſe Evangelii prædicationem, ſed perventuram ſuo tempore.* Verùm notandum 1. quòd licet quantum ad Pſ. 19. facilè largiamur, ibi *præteritum* poſitum eſſe pro *futuro*, more Prophetico, ob rei nempe futuræ certitudinem, cujus rei exempla infrà adducentur: 2. non tamen hinc ſequatur, quòd etiam apud Apoſtolum talis ſit enallage. contrarium enim patet ex Marc. 16, 20. Rom. 15, 19. Coloſſ. 1. 6. 23. Huc ſpectat quoque Prophetica prædictio, Pſ. 2, 8. it. Chriſti juſſio, Matth. 28, 16. Luc. 24, 46. 47. Act. 1, 8. Add. Euſeb. l. 2. H. E. c. 3. Philipp. Nicol. l. 1. de Regno Chriſti p. 83. 84. ſeq. B. P. Colleg. AntiWend. Diſp. 8. ſ. 30. ſeq. imò ipſum Chriſti mandatum, Apoſtolis Matth. 28. datum, teſtatur, nullam hîc eſſe hyperbolen. Eteními in mandatis hyperbole locum non habet, ceu rectè monet Hackſp. Not. ad Luc. 10, 4. 3. quòd clarè fateantur ipſi Pontificii quidam, à B. Par. art. 3. Conf. Cath. c. 6. in reſponſ. ad arg. 3. allegati, ipſorum omninò adhuc Apoſtolorum tempore Evangelium in totum terrarum orbem diſſeminatum fuiſſe. idque etiam B. D. Fewrb. Faſc. 6. p. 153. ſeqq. pulcrè oſtendit. Conf. B. D. Bald. in h. l. quæſt. 6. B. P. Diſp. AntiWend. Dn. Urſin. Analect. Sacr. lib. 6. q. 24.*)

*(Contra *Calvinianos* autem, particularis vocationis, ex hypotheſi de abſoluto reprobationis decreto defenſores, vid. Zanch.in Miſcell.p.302.Beza part. 2. Reſp. ad Colloq. p. 194. Whitak.t.1.in conc.ult.p.694.Rennech.de Præd. p.114. Petr. Molinæus in Anat.Armin.p.247.Floken.Opuſc.Th.t.1.Loc.10. ex hoc loco ſatis quoq; evincitur,vocationẽDei gratioſam eſſe univerſalem. Sciendum tamen,quòd per *omnem terram* non intelligendi ſint omnes mundi anguli, ſed partes orbis hominibus inſesſi ſive habitabiles. Conf. plura hunc facientia in Not. ad Matth. 24, 14. it. apud Hugonem Grotium in Annot. ad Matth. 24, 14. Calvini verò, Bezæ,Ameſii & ſequacium exceptionem, *quòd nempe Pſaltes hymno 19.* unde hæc ſententia petita ab Apoſtolo eſt, *loquatur ſaltem de mutis Dei operibus, ac ne allegoricè quidem de Apoſtolorum præconio*, ſolidè diluit B. D. Fewrbor. Faſc. 6. Diſſertationum Theolog. Diſp. 1. §. 39. ſeqq. qui tum quantum ad genuinum verborum Pſaltis ſenſum, tum quantum ad totum præſentem locum omninò hîc conſulendus. Hoc loco illud ſaltem notari poteſt, quòd niſi David allegoricè etiam loqueretur de præconio Apoſtolorum, non quidem quia res jamtum ita geſta, hautquaquam ſolidè Apoſtolus ad objectionem, de non facto præconio Evangelii omnibus gentibus, reſpondiſſet. Potuiſſet enim Adverſarius tum regerere, eſſe diſparem rationem: quia ſi vel maximè regula & delineatio firmamenti ſit univerſalis, non tamen hinc ſequi, quòd talis etiam ſit prædicatio verbi fidei Apoſtolica. Egregia verò ſunt verba Theophylacti, quibus univerſalem prædicationem ab Apoſtolis factam adſerit. ita enim in Comm. h. l. *Quoniam univerſus terrarum orbis eorum prædicationem audivit, & illi* (Judæi ſc.) *non audiviſſent, apud quos tanto ſunt tempore morati Apoſtoli? &c.* Et ante hunc S. Auguſtinus, cujus hæc ſunt: *Ubiq; audita eſt, & pervenit in omnem locum prædicatio nominis Chriſti. Ubi enim præſentia hominis prædicantis defuit, ſonus tamen & fama pervenit.* Nec obſtat adſertioni noſtræ, (quòd ſc. David de Apoſtolorum præconio etiam vaticinetur,) illud, quòd in præterito dicit: *In omnem terram* יָצָא *exivit linea eorum &c.* Ere enim ſcien-

ſciendum, quòd Prophetis ſolenne ſit, etiam de rebus futuris adhibere verbum præteriti temporis, ob prædictionis nempe certitudinem. Clara rei hujus exempla videre licet Eſ. 9, 6. c. 53, 4. 5. Pſ. 22. & alibi. Vide B. Glaſſ. lib. 3. Philol. S. p. 372. 8. Hieronymus lib. in Eph. c. 2. hâc de re ita: *Mos eſt ſcripturarum, ut interdum futura tempore præterito declinentur.* & paullò poſt: *Hoc autem ideò, ne quia futura ſemper incerta ſunt, humanam fides fluctuet & vacillet, ea quæ DEUS futura cognovit, quaſi jam facta memorantur.* Idem etiam obſervatum Juſtino Martyri Apol. 2. pro Chriſtianis. cumprimis verò Auguſtino lib. 17. de C. D. c. 18. it. in Pſ. 3. & 44. cujus verba adducta videantur apud B. D. Glaſſ. Philol. S. l. 1. tr. 4. ſect. 1. canon 4. Confer in eandem rem B. D. Walther. H. Bibl. c. 3. ꝟ. 39. B. Par. Harm. Evang. p. 95. 282. 1159. & alibi pasſim. Obſervandum verò, quòd ipſe etiam Franciſcus Junius, quem adducit Rivetus in Pſ. 19. talem conſequentiam ex verbis Apoſtoli formet: *Si vox cœlorum olim in omnem terram exivit, quidni etiam hodie vox Evangelii?* & hanc quoque comparationem ab ipſo Propheta fuiſſe intellectam, idem Junius contendit. imò addit, *quòd Paulus his verbis agat Interpretem comparationis à Prophetâ inſtitutæ, & doceat, quam certò in omnem terram cœlorum delineatio & documenta prodierunt, hominibusq; omnibus data ſunt; tam certò, his temporibus ultimis, doctrina Evangelii in univerſum terrarum orbem dimanarit, Apoſtolorum prædicatione.* Atque hæc interpretatio licet minimè ſimpliciter acceptanda ſit, quat. nempe præſupponit, quòd in Pſalmo ne allegoricè quidem de futura Apoſtolorum prædicatione agatur, præferenda tamen Calvini, Bezæ, Riveti ac Jeſuitæ Vasquezii Interpretationi eſt, ſtatuentium, *quòd Apoſtolus hic planè non loquatur de prædicatione ab Apoſtolis facta, ſed ſaltem de notitiâ DEI naturali, cum inviſibilia DEI ex viſibilibus cognoſcantur, adeoq; DEUS per cœli machinam etiam gentilibus ſeſe revelarit.* Contrarium pridem evictum à B. Luthero, Bugenhagio, Geſnero, aliis noſtr. Comm. in Pſ. 19.) *

* (φθόγγος αὐτῶν, ſonus eorum. Syrus ܒܪܬ ܩܠܗܘܢ

filia

filia vocu eorum, i. e. *prædicatio eorum*. quomodo etiam habet in Pſalm. 19, 5. nempe ܡܟܪܙܘܬܗܘܢ *prædicatio eorum*. In fonte Ebræo Pſalm. 19, 5. è quo ſententia hæc petita ab Apoſtolo eſt, habetur קַוָּם *linea eorum*. Evincere igitur hinc inter alia conantur Pontificii, vid. Bell. l. 2. de V. D. c. 2. Gordon. Huntlæus c. 9. l. 7. Wilh. Lindanus l. 1. de Opt. gener. Interpret. c. 4. Gretſerus l. 2. de V. D. c. 2. Simon de Muis in Pſal. 19. textum Ebræum in V. T. eſſe corruptum, adeoque pro קוֹלָם ſive קֹלָם *vox ſive ſonus eorum*, irrepſiſſe קַוָּם *linea eorum*, qui error inde ſit ortus, quòd litera ל, abraſo vel deleto capite (in קלם) mutata ſit in ו (קום) Addunt, quòd eam corruptionem textûs Ebræi prodat non ſolùm Apoſtolus h. l. ſed & LXX. ac Vulgatus, qui etiam Pſalm. 19. rectè legerint. Verùm benè monet B. D. Glaſſ. lib. 1. Philol. Sacræ tr. 1. n. 47. p. 88. quòd addita Bibliis MSS. Ebraicis nota Maſoretica, ק ſcilicet, clare doceat, jam tum Maſoretarum tempore in fonte fuiſſe קום Atq; ita etiam legit Aquilas Ponticus, qui verſionem ſuam jamtum A. C. 125. adornavit. Quod verò LXX. Interpretes concernit, dubitant adhuc viri docti, an legerint קוֹלָם, quippe cùm קול ſemper illi reddant φωνὴν, nunquam verò φθόγγον. Imò potius urgent, quòd ita legerint, prout adhuc hodie in fonte Ebræo eſt. dicunt igitur, quòd reſpicientes ad ſequentem vocem מִלֵּיהֶם non tam ipſam dictionem קום, quàm ſenſum exprimere LXX. voluerint. Accedit, quod Apoſtolus eam ſequutus verſionem fuerit. id quod vix videtur facturus, ſi minùs rectè illi legiſſent. Sciendum tamen, quòd cùm verſio LXX. tum maximè fuerit recepta inter Helleniſtas, Apoſtolus non minùs ac Evangeliſtæ verſionem illam maluerint ſequi, quàm ipſi litteræ textûs Ebraici anxiè nimis inhærere. quâ de re pulcrè diſſerit B. D. Glasſius Philol. S. lib. 5. ſive Rhetor. S. pag. 583. ſeqq. Poſito verò, quòd LXX. legerint קוֹלָם, id quod haut inviti noſtratium nonnulli, quos inter & B. Par. Exeg. L. de Sc. S. §. 331. ac B. D. Glasſius Rhetor. Sacræ p. 583. Val. Schindlerus in Lex. Pentagl.

Pentagl. dict. קו largiuntur: non tamen hinc inferendum, quòd Codd. Ebræi ſint corrupti. (Neque enim quælibet varia unius atque alterius Codicis lectio ipſius textûs authentici corruptionem arguit, prout egregiè docet B. D. Glasſii lib. I. Philol. Sacr. tr. 1. Ludov. Cappellus in Crit. Sacr. lib II. p. 61. itidem exiſtimat, LXX. legiſſe videri קולם *vox eorum*, vel קום accepiſſe, quaſi eſſet à חוה, quod Chaldaicè & Syriacè ſignificet *eloqui, enunciare, indicare*: neque tamen concedit, textum authenticum eſſe corruptum, ut propterea fonte omiſſo ad rivulos confugiendum ſit. Conf. quoque idem d. l. p. 277. 316. & 343. Samuel Petitus, vir minimè ſui nominis (ut quod Linguâ Gallicâ *parvum* ſignificat) lib. 1. Var. Lect. c. 7. p. 29. 30. pulcrè docet, quòd omninò genuina lectio ſit קוָם, quodque etiam rectè & ex Prophetæ mente vocem illam transtulerint LXX. ſiquidem dictio קו *elementa*, quæ rudibus tradi ſoleant, in Sc. S., uti Eſ. 28, 9. 10. 13. notet; talem verò ſignificatum & vox φθόγγος apud Græcos Scriptores habeat, prout ex Plutarcho in vita Fabii conſtet. Confert etiam in hanc rem tum totum contextum, tum dictum locum Eſ. 28, 9. 10. 13.) Eò cumprimis, quia cum diverſa hac lectione ita comparatum, ut utraque ſit commoda. Quod enim apud Paulum dicitur *ſonus eorum*, id in Pſalmo eſt, *linea* ſive *canon eorum*, ut innuatur, Apoſtolicam prædicationem & ſcriptionem Eccleſiæ fideiq; & vitæ Chriſtianæ unicam eſſe amusſim, & certisſimam ſufficientisſimamq; normam, ceu pulcrè obſervat B. D. Glasſius loco ſuprà allegato. Quid quòd ipſe Genebrardus, Scriptor Pontificius, in Scholiis ad Pſ. 19. annotet, *nomen Ebræum ſignificare quidem lineam, ſed LXX. Interpp. reſpexiſſe ad ſenſum, quem & Apoſtolus ſit ſequutus.* Idem etiam ſtatuit B. D. Fewrb. Faſc. 6. Diſſert. Theol. Diſp. 1. §. 45. Rectè autem ex loco Davidico, quem Apoſtolus allegat, noſtrates colligunt, quòd Sc. S. ſit fidei noſtræ ac controverſiarum Theologicarum norma. Quo cumprimis etiam faciunt ſeqq. oracula Deut 4, 2. Joh. 12, 48. Rom. 2, 16. Gal. 1, 8. 2. Tim. 2, 8. c. 3, 16. Apoc. 20, 12. Quod attinet exceptionem Pontificiorum, diſtinguentium

inter *normam totalem*, & *partialem*, non admittunt hîc diſtinctionem illam clara illa dicta modò adducta. quemadmodum etiam effugii illius vanitatem pridem oſtenderunt noſtrates. Vid. B. D. Fewrb. l. c. Diſp. 3. §. 29. ſeqq. B. Par. Conf. Cath. l. 1. Gen. part. 1. c. 2. it. Diſpp. Acad. p. 116. 1066. 1465. ſeqq. B. D. Meiſner. in Theol. Photin. B. Schröterus de Princip. Fidei, alii, ubi etiam contra *Calvinianos, Photinianos*, aliosque Adverſarios rectè porrò inferunt, quòd ſi Sc. S. unica fidei norma, minimè audienda ratio ſit, verbo revelato ſeſe opponens, nec expectanda etiam vel jactitanda colloquia Angelica ſint.) *

V. 19. Ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος Μωσῆς λέγει, ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς.

Nunquid Iſrael non cognovit, ſc. gentes eſſe ad regnum Meſſiæ vocandas. Occurrit Apoſtolus objectioni. Potuiſſet enim quiſpiam dicere: Mirum eſt, Judæos, qui erant pecularis DEI populus, doctrinæ Evangelii non adhibuiſſe fidem, cùm tamen idololatricæ gentes eam receperint. Reſpondet Apoſtolus, hoc nemini debere mirum videri, cùm ſit à Moſe & Prophetis prædictum.

πρῶτος Μωσῆς. poteſt accipi dictum reſpectu habito ad Chriſtum, qui eſt quaſi ſecundus Moſes, juxta vaticinium Deut. 18. ſed rectiùs & ſimpliciùs accipitur dictum habito reſpectu ad teſtimonium Eſaiæ, quod mox ſubjungitur. Poteſt etiam accipi dictum reſpectu ad Apoſtolum habito, q. d. non ego primus hoc dico, ſed Moſes ante me illud protulit. Locus extat Deut. 32. v. 21 *Per non-populum*, i. e. per eum, qui non eſt talis peculiaris populus, *prævocabo eos*. Complementum extat Matth. 8. v. 10. Dicuntur autem gentiles ἀσύνετοι, quia deſtituti fuerunt cognitione Dei, in qua vera ſapientia conſiſtit.

V. 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι.

Eſaias ἀποτολμᾷ, non ſimpliciter audet, ſed quaſi à Moſe audaciâ ſumtâ ſic loquitur, quia Moſes prior dixerat.

Alii exponunt, *valde audet*, i. e. audacter & liberè loquitur.

tur. *(ita exponit B. D. Glaſſ. Philol. S. lib. 3. p. 346.)* & quidem in Dei nomine, quia ſequentia verba non ſunt Prophetæ, ſed ipſius DEI. Eſ. 65. v. 1.

v. 21. Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

*(πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ, *ad* i. e. contra Iſraël loquitur. Ita præpoſ. πρὸς occurrit etiam Marc. 12, 12. Joh. 10, 35. Actor. 9. 5. infrà c. 11, 2.)*

Expandi manus meas, i. e. invitavi eos variis beneficiis, ſolemus enim manus expandere beneficia erogaturi: vel etiam cupide expectavi eorum converſionem, ſicut mater expanſis manibus & brachiis filiolos ad ſe vocat, & adventum eorum expectat. *(de phraſi *expandere* vel *extendere manum* vid. Analecta ad Actor. 4, 30. it. B. D. Glasſium Rhetor. Sacræ p. 110.)*

CAP. XI.

v. 1. Λέγω οὖν, μὴ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν.

PArtes Cap. ſunt duæ. 1. rejectionis Judæorum vera explicatio. 2. ad gentes electas ſeria exhortatio.

v. 1. μὴ ἀπώσατο, *num repulit* ad verbum *detruſit de ſtatu ſc. dignitatis & gratiæ.* Loquitur autem Apoſtolus de totali rejectione populi Iſraelitici. *(Emphaſin verbi ἀπωθεῖν prolixè exponit B. D. Wellerus in h. l.)*

*(τὸν λαὸν αὐτοῦ. Dicitur ita populus Iſraëliticus à parte nobiliori, putà reliquiis, in Chriſtum credentibus. Ita Proſper l. 1. c. 10. de vocatione Gentium: *Quod de omni Iſrael, ſcribit, dici videtur, in his tantùm, quos ſibi gratiæ electio reliquos fecit, oſtenditur.* Niſi quis velit hoc explicare ex regula illa, *quòd rebus mutatis, aliquando nomen priſtinum maneat,* de qua in Analectis ad Matth. 10. v. 3. it. ad Matth. 11, 5.)*

(μὴ γένοιτο. Apoſtolus ita colligit. ſi totum populum ſuum DEUS rejeciſſet, ipſe quoque rejectus fuiſſem, quod abſit, 2. Cor. 13, 6.)

(καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ &c. Conf. 2. Cor. 11, 22. Dixerat Apoſtolus, Deum non repuliſſe ſive penitus abjeciſſe populum ſuum, ſive Judæos. Ne igitur quis regerere poſſit: Atqui iſtud non eſt probare, ſed ſimpliciter negare. probat, quod dixerat, adducendo ſuam perſonam, ac hoc dicere vult: Si DEUS penitus populum ſuum rejeciſſet, ecquomodo me Apoſtolum ex Iſraëlitis elegiſſet, cui omnem prædicationem, cui res orbis, myſteria cuncta, univerſamque diſpenſationem concrederet. Ita Chryſoſt. hom. 18. in ep. ad Rom.)

*(φυλῆς Βενιαμὶν. Vid. Philip. 3, 5. Imò & ipſe Paulus verus *Benjamin* fuit & *Benoni*. Benoni ſive *filius doloris* matri ſpirituali, puta Eccleſiæ, quam initiò perſecutus fuit, Actor. 9, 1. ſeqq. 1. Tim. 1, 15. *Benjamin* verò ſive *filius dextræ* patri cœleſti, ut cui vas fuit electum, *Actor*. 9, 15. à quo etiam miſericordiam conſequutus eſt, 1. Tim. 1, 16. quin aliquando ad Chriſti dextram collocandus, Matth. 25, 34. 2. Tim. 4, 8. Quomodo verò Paulus etiam cum aliis conferri Patriarchis poſſit, oſtendit Chryſoſtomus, cujus verba in prælოquio ad hanc epiſt. adducta.)*

V. 2. Οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. ἢ οὐκ οἴδατε, ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, λέγων.

*(οὐκ ἀπώσατο, *non repulit*, οὐκ ἀπώσθη ἀπὸ θεοῦ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀπωθεῖται, ut habent Græca Scholia.)*

Quem ante agnoverat. Auguſt. de bon. perſev. cap. 18. *quem præſcivit i.e. amore ſingulari proſecutus eſt*. Per προέγνω Toſſ. intelligit *decretum DEI de ſalute quorundam hominum ſine fidei reſpectu factum*: *(In eadem ſententia & alii Calviniani ſunt, vid. Calvinus ipſe l. 3. Inſtit. c. 23. §. 7. Bucanus LL. CC. p. 385. D. Flockenius t. 1. oper. alii: quin & ex Pontificiis nonnulli, uti Card. Bellarm. lib. 2. de grat. & L. A. c. 9. Jeſuita Contzen in h. l. Benedictus Pererius in cap. 8. ep. ad Rom. Diſp. 22. & 23. it. in c. 9. Diſp. 5. Erbermannus hic ſaltum facit, ut verbis ejus utar, hoc eſt, non tangit quæ B. P. contra Bellarm. hâc in re diſputat.)*

Sed

Sed προέγνωκε illa ad fidem refertur; nec notat ſimplicem notitiam, ſed notitiam cum amore, cura & approbatione conjunctam atque ad ordinem electionis reſtrictam, 2. Tim. 2. v. 19. quæ præſcientia reſpicit fidem in Chriſtum, ſuprà c. 8, 29. 30. 1. Petr. 1. v. 2.

*(Confer plura de ſignificatione vocis προγνώσεως, quando de electis ad vitam æternam adhibetur, apud B. P. Comm. in pr. ep. Petri p. 31. 32. Conantur autem nonnulli Pontificii inter alia ex hoc quoque Oraculo Apoſtolico evincere, *quòd prædeſtinatio non ſit actus divinæ voluntatis, ſed ſaltem intellectûs, ſive quod formaliter in actu intellectûs conſiſtat.* Verùm reſpondet B. Par. in Confeſſ. Cath. art. 22. c. 2. §. 1. in reſponſ. ad arg. Adverſ. quòd hoc & ſimilia dicta probent quidem, quòd prædeſtinatio ſit actus intellectûs, non verò, quòd tantùm vel præcipuè actus intellectûs ſit. Unde etiam Dominicus à Soto ad Rom. 8, 29. *Senſus eſt*, ſcribit, *Quos prænovit ſimplici intelligentiâ, hos & adjunctâ voluntate prædeſtinavit.* Et ad hunc ipſum locum ita commentatur Jeſuita Bened. Juſtinianus: *præſcivit*, Græcè ὃν προέγνω, *ut ſuprà* c. 8, 29. *Quamobrem Auguſtinus lib. de bono perſev.* c. 18. *interpretatur*, præcognovit, h. e. ſuâ æternâ benevolentiâ complexus eſt. *quod multo antè ſignificavit Origenes t. 2. in Joh. qui hoc modo explicat illud Johannis c. 10, 14. itemq; illud Matth. c. 7. 21. ac quod alibi Paulus 2. Tim. 2. 19 &c.*)*

ἐν Ηλίᾳ i. e. *de Elia*, ita enim uſurpant Hebræi ſuum ב.

*(Exemplum habetur 1. Sam. 19, 3. it. Pſalm. 87, 3. Sic & alibi præpoſ. ἐν etiam in N. T. adhibita deprehenditur. vid. Matth. 10, 32. Philipp. 1, 30. 2. Tim. 1, 13. Arabs reddit: في خبر ايليا *in hiſtoria Eliæ.* Æthiops: ዘይቤ፡ ኤልያስ፡ *quod dicat Elias.* Obſervat Chryſoſtomus homil. 18. quòd Apoſtolus ſingulari ſtudio adducat exemplum Eſaiæ, ut nempe malitiam ac culpam eorum exaggeret, oſtendens, non Paulum, non Petrum, neque Jacobum eſſe, qui Judæos accuſet, ἀλλὰ ὁ μάλιστα πάντων παρ᾽ αὐτοῖς θαυμασθεὶς, τῶν Προφητῶν τὸ κεφάλαιον, ὁ τῷ θεῷ φίλος, ὁ ὑπὲρ αὐτῶν ἔτι ζηλώσας, ὃς καὶ λιμῷ

παραδοθῆναι ὁ μέχρι σήμερον μηδέπω τετελευτηκώς. Cœterum hiſtoria, ad quam reſpicit Apoſtolus, legitur 1. Reg. 18. & 19.)*

ἐντυγχάνει κατὰ τοῦ Ἰσραήλ, interpellat adverſus Iſraëlem, conquerens ſcil. de illius apoſtaſia.

V. 3. Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.

Quare conqueritur Elias, altaria eſſe diruta, cùm tamen ex ipſo DEI mandato unum tantùm altare Hieroſolymis eſſe debuerit? Quidam *μετωνυμικῶς* per *altaria* intelligunt cultum divinum. Corn. à Lap. dicit, *Iſraelitis conceſſum fuiſſe, extruere altaria, antequam templi ædificium extrueretur.* Alii accipiunt de altarib. extructis olim à ſanctis Patriarchis in honorem DEI, non quòd Propheta probet cultum eorum, qui tum temporis poſtquam certus & unius ſacrificandi locus à DEO erat conſtitutus, in illis ſacrificabant: ſed quòd deteſtetur impium animum Iſraëlitarum, i. e. idololatrarum in regno Iſrael, quem illi in demolitione altarium oſtendebant. Piſc. Sed ſimplicisſimè dicitur, *pluralem* pro *ſingulari* poni. *(quæ numeri enallage in ſacris litteris non prorſus inſolens eſt, vid. Gen. 19, 11. Mich. 5, 2.)* nam ne in Judæ quidem regno cultum divinum ab idololatria fuiſſe liberum, ex Hiſtoria Regum Judaicorum conſtat.

*(Exiſtimat B. D. Wellerus in Comm. ad h. l. *non opus eſſe, ut enallage hîc numeri ſtatuatur, cùm ex Exod. 27, & 30, 1. 10. collat. cum 1. Reg. 6, 20. c. 8, 64. conſtet, quod duo omninò fuerint altaria, diſtincta ratione ritus & ſitûs, alterum ſuffitûs in tabernaculo ſancto, alterum holocauſti, in atrio.* Sed objiciat aliquis, *cur Propheta hîc conqueratur de ſubrutis altaribus, cùm tamen Rex Hiskias 2. Par. 32, 12. laudetur, quod altaria deſtruxerit.* Reſp. Diſt. inter altaria, in loco à DEO ad hoc determinato exſtructa, & inter altaria, in loco, proprio arbitrio excogitato excitata. Horum deſtructio laudatur, illorum vituperatur.)*

*(καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. Conf. 1. Reg. 19, 2. Cœterùm quòd phraſis, *quærere animam*, non minùs in bonam, ceu

Prov.

Prov. 29, 10. quàm malam partem, ut hîc & Pſal. 39, 13. accipiatur, in Annot. ad Matth. 2, 20. monitum. De ſynecdoche verò, quâ *anima* pro ipſo homine ponitur, vid. B. D. Tarnovius ad Hoſ 9, 4. B. D. Glaſſ. Rhet. S. p. 458. aliiq; pasſim. Sic etiam pro *ipsâ vitâ* vocem illam adhiberi, notatum ad Matth. 10, 39.)*

V. 4. Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.

*(Ἑπτακισχιλίους ἄνδρας. B. D. Wellerus ſtatuit, numerum ſeptenarium, qui aliàs perfectionis dicitur, poni pro incerto numero, idemq; τὸ *ſepties mille* hîc ſignificare, ac *multa millia*, ceu numerus ſeptenarius ita occurrat Gen. 33, 3. Pſ. 12, 7.)*

Per *genuflexionem exteriorem* intelligitur adoratio interior. * (Unde etiam Æthiops h. l. non malè reddidit: እለ፡ ኢየመለክዎ፡ ለበዐል፡ i. e. *qui non coluerunt* ſive *adorarunt Baal*. Notandum v. quòd ab አምለከ፡ i. e. *ut DEum coluit, cultu divino proſequutus*, quod h. l. habetur, deſcendat nomen አምላክ፡ quod *DEum* notat. Nullam verò cauſam habuit Syrus, cur peculiariter adderet hîc ܘܠܐ, ܣܓܕܘ *nec adorarunt*, cùm hoc ipſum jamtum indicent præcedentia οὐκ ἔκαμψαν γόνυ, quæ ipſe vertit ܕܠܐ ܒܘܪܟܝܗܘܢ ܒܪܟܘ ܠܐ id eſt, *nec genua ſua incurvarunt*. Cœterùm notisſimum eſt, quòd *genuflexio* adorantibus ubique ferè terrarum in uſu ſit. Huc faciunt ſeqq. Sc. S. loca, 1. Reg. 8, 54. Danielis 6, 10. Actor. 7, 60. c. 9, 4. c. 20, 36. Eph. 3, 14. Conſ. e veteribus quoque, cumprimis quod attinet morem illum, in primitiva Eccleſiâ receptum, ne tempore Quinquageſimæ, h. e. à Paſchate ad Pentecoſten, quemadmodum nec die Domin. in oratione genuflecteretur, idque juxta decretum Concilii Niceni Can. 20. Hilarius præf. in Pſalm. Hieronymus contra Lucifer. & procem. in ep. ad Eph. Auguſtinus ep. 119. c. 15. & 17. Niceph. l. 4. H. E. c. 12. Tertullianus de

Corona

Corona milit. c. 3. Ambroſius ſerm. 61. è recentioribus verò B. Par. H. Evang. p. 284. Conr. Rittershuſ. Sacr. Lect. l. 5. c. 10. p. 387. Baronius t. 1. Annal. alii.) *

*(τῇ Βάαλ. Quidam putant ſubintelligendam vel vocem εἰκόνι. vid. 2. Reg. 11, 18. vel ϛήλῃ, ex 2. Reg 10, 26. 27. idque ideò, quòd per *Baalem*, Tyriorum & Sidoniorum DEUM, nemo intelligatur alius, quàm Hercules. Herculem verò Solem eſſe, eundemque pro DEO habitum, viri docti produnt. Conſulantur Nicol. Füllerus l. 2. Miſcell. Sacr. c. 7. Gerardus Joannes Vosſius l. 2. de Theolog. Gentil. c. 4. p. 322. 323. 338. Alii verò nil hîc omiſſum eſſe affirmant, quemadmodum nec Orientales Interpp. quicquam addiderunt. Cauſſam verò, cur pronomen fœminini generis adhibitum, hanc eſſe volunt, quòd utriusque ſexûs unum fuerit Numen, Βάαλ dictum. quo referunt, quòd & Hermes Triſmegiſtus DEUM ἀρρενόθηλυν appellet. & quòd τῷ Βάαλ & maſculinum & fœmininum genus à LXX. tribuatur. illud 2. Reg. 10, 11. 17 Jer. 3. 2. Hoſ. 11, 2. hoc 1. Reg. 19, 18. Jerem. 19, 5. Zeph. 1, 4. Notat tamen Vosſius, Solem *Baal*, Lunam verò *Baaltidem*, dictam, l. c. p. 411. 412. Conf. etiam de Baal Franc. de Mendoza Comm. in l. 1. Reg. c. 7. p. 461. in ſpecie de *Baal Phegor* Moabitarum DEO, B. Par. Comm. in Deuter. Vosſius l. c. p. 337. Conferl. quoque B. D. Quiſtorpius Annot. ad Hoſ. 10, 5. 11. Joh. Seldenus in de DIS Syrus Synt. 2. c. 2. alii.) *

v. 5. Οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.

λεῖμμα γέγονεν reſervatio facta eſt, vel reliquiæ reſervatæ ſunt, ex illis ſcil. Judæis, qui crediderunt Evangelio. *(vid. Actor. 21, 20. c. 2, 41.) * Secundùm electionem gratiæ i. e. gratuitam ſive ex gratia profectam. Applicatio talis eſt. Quamvis maxima pars Judæorum propter incredulitatem ſit rejecta, ut totus populus alicui videri poſſit rejectus, tamen non exiguus eorum eſt numerus, qui divinitus ad vitam ſunt reſervati.

*(In quibusdam Codd. Latinis verſ. Vulgatæ, iisdemq

à P. R.

à P. R. approbatis inſerta hîc legitur particula *ſalvæ*, h. m. *reliquiæ ſecundùm electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.* quemadmodum etiam Codex quidam MS. Græcus, quem Marchio Velesius Petrus Fraxardus Hiſpanus contulit, habet θεῦ σωζόμεναι γέγονεν. Verùm rectè monet Franciſcus Lucas, & ipſe Pontificius, idemque Eccleſiæ Cathedr. Audomaropolitanæ Decanus, *à ſcribis adjectum eſſe.* quæ ſententia non ſolùm ex eo confirmatur, quòd Apoſtolus τὸ *ſalvum facere* aut *fieri*, unicâ ſemper voce, puta σώζειν vel σώζεσθαι, exprimat, nunquam σῶον ποιεῖν, vel σῶον γίγνεσθαι aut γεγονέναι, uti idem Fr. Lucas monet: verùm etiam, quòd nullus Codd. Græcorum, quos viri Docti conſuluerunt, nec Interpretes etiam Orientales agnoſcant. Æthiops enim habet: እለ፡ተረፉ፡ኅረዮ፡ቦሙ፡ጸድቅ፡ i. e. juxta interpretationem Londinenſium in Bibliis Polyglottis, *quæ reliquiæ manent, per electionem factæ ſunt juſtitiæ*, malim, *quarum reliquiarum electio facta gratis* ſive *per gratiam.* ſiquidem ጸድቅ፡ fortè & apud Æthiopes talem generalem habere ſignificationem videtur, ceu apud Ebræos צדקה, qua voce omnes virtutes in Scriptutis venire, R. Maimonides in מורה נבוכים c. 53. obſervat. Certè LXX. idem vocabulum צדקה haut rarò per ἔλεος & ἐλεημοσύνην reddiderunt. Conf. Annot. ad Matth. 6, 1. Illud adhuc notandum, quòd voculam illam, à Vulgato hîc inſertam, nec Commentatores Græci, Chryſoſtomus, Theophylactus, Theodoretus, Oecumenius, imò nec ipſi etiam Latini, Auguſtinus, Origenes, Ambroſius agnoſcant, quin nec MS. Hunnæi, nec Comment. Claudii Guilliaudi & Adami Sasbouth habeant, eodem monente Franciſco Luca. Cum quo diſpiciat Jeſuita Benedictus Juſtinianus quomodo in gratiam redeat, quippe in Explan. h. l. ſcribens, *quòd non ſolùm Origenes ita*, ceu Vulgata editio habet, *legiſſe videatur, ſed omninò ita legat Ambroſius.* De Auguſtino verò ut ut dictus Jeſuita *non magnoperè vulgatæ lectioni* adſerat, *quòd lib* 1. *ad* Simpl. q. 2. *repugnet*, addit tamen, *quòd idem Auguſtinus alibi*, nempe lib. 2. de bono perſev. cap. 18. *eam lectionem non agnoſcat, ut veriſimile ſit, ali-*

quando fuiſſe additam hanc voculam ab Auguſtino explicationis gratiâ. Ineptè autem jam memoratus Jeſuita ad argumentum, quod pro gratuita juſtificatione & ſalvatione ex h. l. Orthodoxi depromunt, excipit, *quòd minimè hinc ſequatur,* beatam vitam dari ſine meritis, *quia ex gratia oriantur merita: nec ipſa,* pergit idem, *juſtificatio, quanquam non cadit ſub meritum, non tribuitur tamen penitus otioſis, ſed gratiæ reſpondentibus.* Et concludit tandem: *electio autem gratuita eſt & liberalis non ſolùm reſpectu gratiæ juſtificantis, ſed etiam reſpectu gloriæ. Nam qui gratuitam electionem gratiæ præſtant, gloriæ negant, non ſatis cohærenter loquuntur, & ab Auguſtini ſententia magnopere recedunt.* Ad quem Jeſuitæ diſcurſum breviter moneo 1. quòd rectè cum Bellarm. l. 2. de Grat. & L. A. c. 10. ſtatuat, *electionem tum ad gratiam tum ad gloriam eſſe gratuitam,* hautquaquam verò intuitu operum factam, id ipſum enim clarè Apoſtolus hîc adſerit. etenim *ſi ex gratia, jam non ex operibus: aliàs gratia non eſſet gratia,* v. 6. Idem etiam ex aliis locis patet. Conf. Eph. 1, 4. c. ſeqq. Rom. 9, 8. 10. 2. Tim. 1, 9. Videat autem Jeſuita, quomodo cum Thoma Aquinate, in cujus aliàs verba, ſi fides habenda P. Dominico Gravinæ in Curru Triumphali eſt, Jeſuitæ jurare coguntur, aliisque tum Scholaſticis, uti Bonaventura ac Gabr. Biele, tum Pontificiis ſcriptoribus, (quibus etiam *Sociniani* adſurgunt, vid. Socinus Prælect. c. 17. Schlichtingius contra B. D. Meiſn. p. 18. nec non *Arminiani*, ceu ex Apol. Confeſſ. eorum p. 74. ac 176. nec non Simone Epiſc. part. 3. Diſp. 7. §. 8. unde etiam idem, ne dictum hoc errorem ejus deſtruat, ſtatuit, *quòd Apoſtolus hîc ſaltem de electione ad gratiam, non verò ad gloriam loquatur;* vid. t. 2. oper. p. 419.) cumprimis cum ſocieno ſuo, Jeſuita Martino Becano in gratiam redeat. Docet enim Thomas part. 1. q. 23. art. 5. *DEUM præordinaſſe, ſe daturum alicui gloriam ex meritis.* Becanus verò Theolog. Scholaſt. part. 1. tr. 1. cap. 14. p. 146. multis diſputat, *electionem factam eſſe ex præviſis hominum meritis, ſive propter præviſa hominum merita,* ac præter Scholaſticos ſententiæ hujus Patronos allegat Albertum

bertum Piggium, Ruardum Tapperum, Driedonem, Eccium, Turrianum, Stapletonum, Lud. Molinam, Gregorium de Valentia, Lesſium, & hos quoque ex parte Ieſuitas ſatis famoſos. Ab his proinde dum, ſicuti & Guilielmus Eſtius in h. l. facit, diſcedit veritatis radiis perſtrictus, benè omninò facit Iuſtinianus. Quemadmodum 2. idem etiam rectè docet, *quòd juſtificatio quoque non cadat ſub meritum.* Sed 3. in eo errat, quòd non obſtante adſertione hâc, nihilominus ipſe ex communi Pontificiorum ſententia, quam & hîc Eſtius defendit, ſtatuit, *vitam æternam non dari ſine meritis.* quæ adſertio è diametro divinis oraculis repugnat. Etenim disertis verbis Apoſtolus Paulus Rom. 6. ult. affirmat, quòd vita æterna ſit χάρισμα τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Conf. ſuprà c. 4, 4. Adde, quòd vita æterna credentibus detur, ut *hæreditas*, Matth. 25, 34. Ioh. 1, 12. Rom. 8, 16. 17. Gal. 3, 26. 1. Ioh. 3, 1. item quòd B. O. non ſint propriè noſtra, ſed DEI, per Sp. S. in nobis ac per nos operantis, Pſ. 119, 36. Ioh. 15, 5. 2. Cor. 3, 5. Philipp. 2, 13. & ſi quæ ſunt, jam antè ea DEO debita ſunt jure creationis, conſervationis, dominii, redemtionis, ſanctificationis, Luc. 17, 10. nec ulla inter noſtra B. O. vitamque æternam proportio eſt, Rom. 8, 18. Accedit, quòd ſi B. noſtra O. ſtatuenda ſunt vitæ æternæ meritum, eadem & electionis ad vitam æternæ judicanda meritum ſint. Cùm propter quod DEUS in tempore hominem juſtificat & ſalvat, propter illud ipſum quoque ab æterno ſalvare, ſive vitam æternam ei dare conſtituerit. Urget quidem Guilielmus Eſtius h. l. pro operum in art. juſtificationis meritis, *quòd Apoſtolus non excludat quæcunque operum merita, ſed ſaltem ea, quæ gratiam omnem præveniant, & proinde ad ſolas vires naturæ referenda ſint.* Verùm huic exceptioni pridem à noſtratibus ſatisfactum. Vid. ſuprà not. ad c. 3. v. 20. 24. Sicut etiam conſeq. jam memorata dudum abunde ab illis probata. Vid. B. D. Feurb. Synt. 2. Diſſ. 12. §. 24. ſeq. it. Diſp. 21. §. 18. B. Par. Diſp. Iſag. L. de Prædeſt. c. 15. §. 7. & ſatis patet ex Rom. 8, 30. Conf. etiam de gratuita noſtri juſtificatione & ſalvatione

B. D. Hutter. Explan. F. C. p. 283. 285. 319. & 426. Conſequentiæ igitur illius vim ſentientes Ieſuitæ, Greg. de Valentia, Molina, Becanus & alii, *haut electionis minùs, quàm vitæ æternæ bona opera meritoriam eſſe cauſam*, adſerunt. Et certè nullatenus vitæ æternæ ſtatui illa cauſa meritoria poſſunt, niſi ſimul concedatur, quòd electio quoque ad vitam æternam ex prævifis hominum meritis facta ſit. 4. quando idem Ieſuita Iuſtinianus ſcribit, *quòd juſtificatio non tribuatur otioſis*, duplicem id habere ſenſum poteſt, vel enim τὸ *otioſum eſſe*, opponitur illi, qui *ex propriis* & *naturalibus* viribus efficit aut procurat ſui converſionem; vel qui in actionibus pædagogicis ſive ſacris externis obſervat ordinem divinitus præſcriptum. Si poſteriori modo intelligit Iuſtinianus, facilè nos calculum noſtrum adſertioni ejus adjicimus, cùm ipſi adſeramus, quòd DEUS non convertat hominem, niſi per media gratiæ divinitus ordinata, puta verbum & Sacramenta. His proinde homo debet uti, illud legere, audire, adeoque non eſſe otioſus, nec media ſalutis negligere aut contemnere, ſi illuminari, & fide à Sp. Sancto donari, adeoque juſtificari à DEO debet. Si verò priori ſenſu, nempe eo, quòd homo irregenitus propriâ ſuâ virtute poſſit vel promereri, vel velle, vel efficere ſui juſtificationem, tunc ſimpliciter id negatur. novimus enim, *quòd DEUS operetur in nobis & velle & perficere*, Phil. 2, 13. cùm homo per peccatum ita ſit corruptus, ut nil ſit, *niſi caro*, Joh. 3, 6. Rom. 5, 19. Gal. 5, 19. nec poſſit proinde, in ſtatu corruptionis adhuc jacens, aliud niſi malè agere, Gen. 6, 5. c. 8, 22. Matth. 7, 18. quippe cùm mens ejus ſit excœcata, 1. Cor. 2, 14. 2. Cor. 3, 5. voluntas à DEO averſa, quin DEO refractaria, Gen. 6, 5. Rom. 3, 11. Eph. 2, 3. & ſic nequeat ad DEUM ex propriis viribus ſe convertere, Jerem. 13, 24. Matth. 12, 34. Joh. 6, 44. c. 15, 5. 1. Cor. 12, 3. Fatendum igitur, quòd quantum igitur ad actiones merè ſpirituales, homo irregenitus ſit otioſus, nec ex propriis viribus ad DEUM convertere ſe poſſit. Unde etiam dicitur *mortuus*, Joh. 5, 25. Eph. 2, 1. Coloſſ. 2, 13. Sed de hâc re alibi pluribus.

Cæterùm

Cæterùm Felicianus Capito in Expl. Cathol. ad h.l.p. 1032, putat, rem Pontificiorum in vado eſſe, ſi modò obſervetur diſtinctio inter *juſtificationem* hominis *primam*, & *ſecundam*. clamitat verò, *nos decipi, dum pro gratuitâ DEI miſericordia* ac omnia hominis merita excludente *gratia, hoc & ſimilia dicta Apoſtoli urgemus, ſiquidem Pauli intellectum, qui eſt de primâ hominis juſtificatione, ad ſecundam detorqueamus. Cùm enim*, pergit, *Apoſtolus agat de operibus, quæ juſtificationem primam præcedunt, errare nos*, ſcribit, *quòd verba ejus applicemus tam ad primam, quàm ad ſecundam*. Verùm minimè decipimur, cùm verba Apoſtoli in eâ latitudine, quam oppoſitio requirit, accipimus: nec detorquemus etiam illa ullo modo, generaliter ea accipientes, ſiquidem nullam Apoſtolus facit diſtinctionem, quâ tamen cumprimis opus fuiſſet, ſi ſaltem in juſtificatione hominis prima, non item in ſecunda DEI gratia opera noſtra excluderet. Ubi igitur Apoſtolus & Sc. S. non diſtinguunt, ibi nec nos diſtinguere debemus, vel, ut Jeſuita Salmeron alicubi loquitur, *ubi Apoſtolus non limitat, ibi nec nos limitare debemus.* Atqui Apoſtolus tum hîc, tum alibi abſque ulla diſtinctione aut limitatione monet atque urget, *quòd ſi ex gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non eſt gratia.* Pone jam, Apoſtolum de prima ſaltem gratia loqui, non item de ſecunda. annon conſequens erit, quòd ſecunda hominis juſtificatio planè non fiat ex gratia DEI. ſi enim ex gratia, non ex operibus, & vice verſa, ſi ex operibus, non ex gratia. Sed opponit Capito, *quòd ne prima quidem hominis juſtificatio careat opere, cùm per fidem fiat, fides verò hominis opus ſit, ſiquidem nullus credere posſit, niſi velit.* Reſp. 1. Si ne prima quidem hominis juſtificatio absque opere ſit, ſed ex operibus, quid opus fuit diſtinctione inter juſtificationem primam, & ſecundam? quam tamen antea Felicianus minùs feliciter contra nos & Apoſtolum urſit. 2. Si nec prima, nec ſecunda juſtificatio opere noſtro caret, ſequitur, quòd utraque ex operibus fiat, adeoque neutra ex gratia. Si etiam ex operibus, non ex gratia, alioqui gratia non eſt gra-

tia. Nihil igitur 3. ſupereſt, quàm ut Felicianus palàm Apoſtolo in faciem contradicat, docenti quippe, quòd gratis juſtificemur absque operibus. 4. Quod fidem concernit, facilè quidem largimur, quòd absque illa nemo juſtificetur, cùm ipſa ſit quaſi manus, meritum Chriſti apprehendens. Sed negatur, quòd *opus ſit hominis*. imò potiùs eſt gratuitum DEI donum. Nec eſt, quòd quis dicat, *nihil tamen minus, ut ut fides ſit DEI donum, eſſe tamen etiam eandem hominis opus*. Etenim ſciendum, 1. quòd Sc.S. fidem, & bona opera in artic. juſtificationis diſertè opponat. vid. ſuprà c.4,4. 5. 2. quòd in Sc. S. fides quidem etiam *opus* dicatur, Joh. 6, 29. ſed non *opus hominis*, verùm *opus DEI*, ceu ex all. loco patet. Jam verò quæſtio eſt non de opere DEI, ſed de operibus noſtris. Sed inſtat Capitonus: *Fides omninò opus hominis eſt, quia nullus credere poteſt, niſi velit.* Reſp. negando conſequentiam. tunc enim ſequeretur, quòd fides ſit opus hominis, ſi homo ex propriis & naturalibus viribus poſſet velle credere. At hoc negatur. Deus enim eſt, qui per Spiritum Sanctum *dat velle & operari*, Phil. 2, 13. Accuratè proinde diſtinguendum inter τὸ *velle naturale*, & *ſpirituale*. Illud competit homini ex propriis & naturalibus viribus, adeoque opus hominis eſt, hoc verò minimè. Huc ſpectat quoque obſervatio Theologorum Orthodoxorum, quòd fides non *in prædicamento qualitatis*, ſed *relationis* ſpectata, ſive relativè & vi ſui correlati, in quod fertur, hominem juſtificet. Vid. Theſ. Theol. Decad. 13. §. 2. & quæ ad eam notata. Quando igitur gratis hominem juſtificari, cum Scriptura Sacra docemus, adeoque & gratis nos à DEO electos eſſe intuitu meriti Chriſti fide apprehenſi, minimè hac volumus, quòd *propter fidem* juſtificemur, vel electi ſimus, (ſic enim ipſimet meritum ſive opus aliquod noſtrum admitteremus in juſtif. & electionis negotio,) ſed *per fidem*. Id quod contra calumniam quorundam Pontificiorum ac Davidis Parei notandum. Vid. quæ in hanc rem habentur Theſ. Theol. Decad. 7. §. 2. lit. n. item Decad. 13. §. 2. lit. a. De Samuele Hubero, itidem nobis affingente, ac ſi

ſtatue-

ſtatueremus, hominem propter fidem electum eſſe, vid. B. D. Gerlachius t. 1. Diſpp. Theol. Diſp. 9. §. 73. 74. Quòd verò gratia illa DEI eligentis ſive gratuita electio fidem minimè excludat, ſed includat, prolixè oſtendunt B. D. Hutterus L L. Theol. p. 800. ſeqq. B. D. Gerlachius l. c. Diſp. 7. §. 95. ſeqq. Diſp. 9. §. 68. ſeqq. & alibi pasſim. Conf. etiam B. D. Fewrb. Synt. ſecundo Diſſ. 12. §. 35. 36. B. D. Meiſner. Anthropol. Sacræ Diſp. 14. q. 3. membr. 3. §. 36. ſeqq.)*

*(κατ' ἐκλογὴν χάριτος. patet hinc, quòd electio ſit *gratuita*, i. e. non ex, nec etiam propter *præviſa hominum merita* facta. Conf. Eph. 1, 3. 6. 2. Tim. 1, 9. Huc facit etiam illud Auguſtini l. 6. hypognoſc. t. 7. col. 1414. *Noſtra electio eſt divinæ voluntatis donum, non humanæ fragilitatis meritum.* Neque tamen propterea eſt *abſoluta*: facta enim eſt *in Chriſto*, h. e. intuitu meriti Chriſti fide apprehendendi, Eph. 1, 4. Illud adſerimus contra *Pontificios*, vid. Thomas part. 1. q. 23. art. 5. Bonaventura l. 1. ſent. diſt. 41. art. 1. q. 1. & 2. Martinus Becanus Diſp. de Præd. Cath. c. 3. §. 5. Greg. de Valentia item contra *Anabaptiſtas*, vid. Confeſſ. Anabapt. p. 39. hoc contra *Calvinianos*, de quibus vid. Theſ. Theol. Dec. 7. §. 2. litt. n. ac contra *Huberum*, quem contra prolixè diſputat B. D. Gerlachius t. 1. Diſpp. Theol. Diſp. 7. 8. 9.)*

v. 6. Εἰ δὲ χάριτι, οὐκ ἔτι ἐξ ἔργων, ἐπεὶ ἡ χάρις, οὐκ ἔτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις. ἐπεὶ τὸ ἔργον, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον.

Si per gratiam, non jam ex operibus, i. e. merito operum *(ſic enim nempe per metonymian cauſæ pro effectu, vocabulum ἔργα h. l. accipitur. Conf. Amos. 3, 10. 1. Cor. 14, 12.)* facta eſt illa reſervatio. Reſpicit ad gloriationem Judæorum. *Gratia non eſt gratia ullo modo, ſi non ſit gratuita omni modo*, Aug. *Deeſt gratiæ, quicquid meritis deputas*, Bernh. *(Eandem oppoſitionem alibi quoque Apoſtolus inſtituit. vid. ſuprà c. 4, v. 4. Gal. 3, 11. 12. c. 2, 16. Conf. omninò, quæ notata ſuprà ad c. 3. v. 20. & 24.)*

εἰ ἐξ

εἰ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, *non ampliùs eſt gratia.* Luth. ſo iſt die Gnade nichts, *Gratia* hic intelligitur ea, quam Scriptura diſtinguit à *dono per gratiam*, i. e. intelligitur non novitas noſtra, ſed miſericordia DEI ſeu gratuita acceptatio. Stapletonus falsò diſputat, *Apoſtolum loqui tantùm de electione ad primam gratiam, non autem de electione ad gratiam ſecundam & ad gloriam, nec de conſideratione operum ſimpliciter.* cui contradicit Cornelius à Lapide, aſſerens, *Paulum de electione immediata ad gloriam vel ad primam gratiam & fidem non agere, ſed de electione ad juſtitiam.* *(Cœterùm conſtat omninò ex textu, quòd ſermo hîc ſit de *electione* ſtrictè ſic dictâ, nempe ad gloriam. Atq; ita etiam à noſtratibus communiter oraculum hoc intelligitur. Vid. B. D. Hutter. LL. Theol. p. 774. B. D. Bald. h. l. *(Cœterùm in Codice quodam ClaræMontano verba iſthæc, εἰ δὲ ἐξ ἔργων &c. deſunt, quemadmodum etiam poſtrema; ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον, non ſolùm Interpres Vulgatus omiſit, verùm etiam præter dictum Codicem, etiam alius quidam MS. Codex Græcus, teſte Marchione Veleſio. Quid quòd nec apud Origenem legantur, nec à Chryſoſtom. exponantur. Subdubitat igitur Eraſmus Roterodamus, *num ſpectent ea ad textum authenticum.* imò Jeſuitæ Anglo-Remenſes in Annot. N. T. audaciores *omninò redundare* putant. Atq; hinc tum ipſi, tum alii Pontificii textum Græcum corruptionis arguunt. Vid. Bellarm. l. 2, de V. D. c. 14. Verùm genuina textûs authentici pars verba illa ſunt. Sanè Theod. Beza teſtatur, quòd ea ipſa verba *ſummo conſenſu Codd. Græci*, quos ipſe plurimos, ac vetuſtisſimos contulit, *habeant, ſolo Cod. Claramontano excepto.* Idem etiam atteſtantur Londinenſes in Var. Lect. Et cumprimis notandum, quòd Cardinalis Bellarminus ipſe fateatur, *non ſolùm à Theophylacto ſententiam hanc exponi, ſed & in Græcis Codd. omnibus haberi.* Ieſuita quoque Iuſtinianus ac Guil. Eſtius, *ut ut ipſis, quod attinet ad ſententiam, verba hæc non videantur neceſſaria*, diffiteri tamen non poſſunt, quòd *Oecumenius & Theophylactus ea explicant.* Unde etiam ſaniores Pontificii ut genuinum textûs authentici mem-

ci membrum periodum illam admittunt, ceu Jeſuita Salmero ſcribit, *quòd membrum hoc videatur congruere ad explendam fidei & operum antithesin, & ſenſui nihil nocere.* imò Cardinalis Cajetanus monet, *verſionem Latinam h. l. ex Græco Codice corrigendam eſſe, addendo* nempe *poſtremam ſententiam, quæ priori è regione reſpondet.* Toletus quoque Cardinalis in Comm. monet, *quòd, ſive legamus, ut in Græcis habetur, ſive non, ſenſus idem perſeveret.* Neque tamen diſſimulamus, quòd, licèt Syrus quoque & Arabs verba illa agnoſcant, Æthiops tamen, ut qui eodem fortè, quo Vulgatus, uſus Codice fuit, eadem omittat. Quòd verò Interpres Origenis, Ambroſius item atque Auguſtinus verba illa non agnoſcant, cauſa in propatulo eſt, quia Vulgatus ea non habet, quem illi ſequi ſolent. Urgent quidem Pontificii, quòd nec Chryſoſtomus ea habeat. Verùm id falſum. Agnoſcimus quidem, quòd ipſe verba hæc non exponat: ſed nec alia exponere ſolet, de quibus tamen, quin genuina textûs verba ſint, nulla dubitatio eſt.

v. 7. Τί οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ, τούτου οὐκ ἐπέτυχεν, ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν.

ὃ ἐπιζητεῖ i. e. *quod merito operum conatur aſſequi*, videlicet vitam æternam. At hæc non vera via.

ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, i. e. *electi id aſſecuti ſunt*, emphatica metonymia, indicatur enim ſimul cauſa illius adeptionis, quòd ſcil. vi electionis gratuitæ illud aſſecuti ſint.

*(Adhibetur vox ἐκλογῆς pro ἐκλεκτοῖς, per eandem metonymiam, quâ *circumciſio*, ſuprà c. 3, 30. c. 15, 8. Gal. 2, 7. pro circumciſis, *diſperſio*, 1. Petr. 1, 1. pro diſperſis adhibetur. De duplici verò acceptione nominis *electorum* agit B. D. Bald. in h. l. Q. 2.)*

(ἐπέτυχεν. reſpicit Apoſtolus eò, quòd electi non poſſint finaliter excidere gratiâ DEI. quam ſententiam prolixè adſtruit B. P. Diſpp. Iſagog. p. 755. Conf. plures auctores de controverſiâ hac agentes, adductos Decade 7. Theſ. Theol.)

οἱ λοιποὶ ἐπωρώθησαν *indurati ſunt*, cor eorum callum obduxit, πῶρος enim callum in articulis ſignificat. *(Ne quis objicere poſſit. *Si ex gratia ſalus, cur non omnes ſalvantur*. addit Apoſtolus, quòd reliqui, qui non ſalvantur, exitii ſui cauſa ſint, indurantes nempe ſeſe, ſive nolentes gratiam oblatam accipere. ἡ γὰρ χάρις, notanter ſcribit Chryſoſtomus, in h. l. κἂν χάρις ᾖ, τοὺς ἐθέλοντας σώζει, οὐ τοὺς μὴ βουλομένους, ἀποστρεφομένους αὐτὴν διηνεκῶς, καὶ ἐναντιουμένους.)*

v. 8. Καθὼς γέγραπται, ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

(ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς &c. Notanter Chryſoſtomus in h. l. homil. 19. πόθεν μεν ἡ πώρωσις αὕτη; εἶπε μὲν καὶ ἔμπροσθεν τὴν αἰτίας, καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν ἑαυτῶν περιέστρεψε κεφαλὴν, δεικνὺς ὅτι ἐξ ἀκαίρου φιλονεικίας τοῦτο ὑπέμειναν. & paullò poſt: τό γε ἔδωκεν ἐνταῦθα μὴ ἐνέργειαν νόμιζε εἶναι, ἀλλὰ συγχώρησιν. Conf. etiam B. D. Frantz. de Interpr. Sc. S. orac. 17. p. 323. ſeqq.)

πνεῦμα κατανύξεως i. e. πνεῦμα κατανενυγμένον Eſai. 29. v. 10. cap. 6. v. 9. in Hebr. eſt תרדמה *Spiritum ſoporis* i. e. animum quaſi veterno opreſſum, & omni ſenſu privatum. LXX. verterunt κατανύξεως, quod quidam deducunt â κατανύσσω *compungo*, quidam accipiunt tanquam deductum à nomine νὺξ, ut ſignificetur altus ſopor, qualis ſolet eſſe in nocte denſiſſima & caliginoſiſſima. Act. 2. v. 37. κατανύσσεσθαι ſumitur pro *compungi*. תרדמה ſignificat *ſoporem gravem*, omni ſenſu penitus privatum, & notat improborum in rebus ſalutem concernentibus ignaviam, & ἀναισθησίαν incorrigibilem, Luth. einen erbitterten Geiſt/ per quem contra Chriſtum compuncti & exacerbati fuerunt.

Per *Spiritum compunctionis* i. e. *compungentem* ſimpliciter intelligi poteſt animus exacerbatus, zelo accenſus, per quem ad conciones Chriſti & Apoſtolorum compuncti ſunt & exacerbati. Rom. 10. v. 19. Actor. 7. v. 54. exemplum habetur.

κατάνυξις, cùm ad animum transfertur, ſignificat dolorem, quo is lancinatur, ut ſignificetur, quòd reprobi ſtimulos ac

indicium

iudicium vel *κατάνυξιν* conſcientiæ penitus proſternant, non quod nullos conſcientiæ ſtimulos ſentiant, ſed quòd eosdem nihili faciunt. per *κατάνυξιν* quidam intelligunt mutuum conflictum cogitationum, ſeſe accuſantium & defendentium, Rom. 2. v. 15.

*(ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν. Quando DEUS dicitur dediſſe Iſraelitis *oculos, ut non videant*, conf. Eſ. 29, 10. Matth. 13, 14. Joh. 12, 40. Actor. 28, 26. hautquaquam id accipiendum ita vel hoc ſenſu eſt, quaſi DEUS noluerit illis dare oculos videntes, ſed intelligendum id *eventualiter*, i. e. quòd DEus juſto judicio excoecatione & induratione, hominum pervicaciter repugnantium malitiam puniverit. Vid. B. D. Stegmannus in Photinianiſmo Diſp. de L. Arb. Dederat omninò illis Deus oculos videntes, h. e. largitus fuerat illis gratiam ſufficientem, verbum ſuum prædicari eis curaverat, nec gratiam etiam auxiliumque, Evangelium ita, ceu decet, audientibus, denegaverat, volens quippe, ut omnes ſalvi fiant, 1. Tim. 2, 4. Conf. 2. Petr. 3, 9. Jam verò qui ſeriò vult finem, neceſſe quoque eſt, velit media ad finem illum ducentia. E. DEUS non fuit in cauſa, quòd Judæi, qui rejecti fuerunt, non fuerint converſi, adeoque etiam ſalvati, ſed ipſi perditionis ſuæ cauſa ſunt, quippe qui gratiæ DEI contumaciter reſiſtebant, Act. 7, 51. eandem rejiciebant, tenebrasque magis diligebant, quàm lucem, Joh. 3, 19. inde enim factum, quò minùs fuerint illuminati, quippe DEO juſto judicio lumen ſalutiferum tandem illis ſubtrahente. Quod dum facit, phraſi Scripturæ *decipere eos* dicitur, *& errare facere*, Job. 12, 17. Eſ. 63, 17. it. *ſeducere*, Ezech. 14, 9. utique non *activè* ſive *efficienter*, ſed *permiſſivè & judicialiter*.)*

Calvinus dicit, *teſtimonia ab Apoſtolo v. 8. 9. allegata videri à propoſito ipſius aliena.* Sed errat.

ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Hæc verba addit Apoſtolus, ut oſtendat, illam pertinaciam & obſtinationem Judæorum, de qua Eſaias conqueſtus erat, ſuo etiamnum tempore durare.

V. 9. Καὶ Δαβὶδ λέγει, γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς.

Menſam accipiunt quidam, uti Toſſan. *de delitiis*, quæ in perniciem ipſis debeant verti, ſicut cibus vertitur avibus in laqueum, Pſal. 124. v. 7. Sed rectiùs intelligitur metaphoricè de *Evangelio*, in quo, tanquam inſtructiſſima quadam menſâ, lautiſſimus animæ cibus proponitur, Pſ. 23, 5. ut ſit ſenſus, Evangelium fore Judæis propriâ ipſorum culpâ pernitioſum, ut ex Scripturis divinis expedire ſe non poſſint, ſed magis magisque, perperam eas interpretando & depravando, ſeſe implicent. Anshelm. itidem, *de miniſterio Evangelii* ſive *Scriptura Sacra* accipit. Quia Judæi Scripturam legunt contra Chriſtum, quantò magis eam legunt, tantò magis illaqueantur, involvuntur, & impingunt* (Conf. 2. Cor. 2, 16.)* Probè autem obſervandum, quòd *effectus* hi ſint verbi prædicati, non *proprii*, ſed *accidentarii*, ob vitium nempe hominum. Sol aliorũ oculos illuminat, ſed noctuarum excœcat. Effectus enim Evangelii proprius eſt illuminare hominem ad vitam æternam. Pſal. 119. 2. Petr. 1, 19. conf. Rom. 1, 16.)*

In Hebr. Pſ: 69, 24. eſt, *ſit menſa eorum ante eos in laqueum, & quæ in pacem*, ſcil. eſſe debuerant, *in offendiculum.*

* (D. Joh. Cluverus in Orthotomiâ Apoſtolica, ſive in Comm. h. l. ita exponit: *menſa, ex quâ refectionem aliam quærunt, quàm debebant, volentes ſacrificiis ſe paſcere, non cor gratiâ firmare*, *Ebr.* 13, 9. 10. & addit: *Menſa enim dicitur altare*, *Malach.* 1, 7. 12. *itemq; panum ſacrorum repoſitorium*, *Exod.* 25, 23. *Unde transfertur ad repoſitorium ſpiritualis refectionis, ex verbo & Sacramentis*, *Prov.* 9, 2. *Pſ.* 23, 6.)*

εἰς θήραν Hebr. *intendiculam.* θήρα propriè ſignificat *venationem*, ſed hic accipitur pro *tendicula*, quâ venamur. Luth. zu einer Berückung/ Toſſ. zum Wildfang.

εἰς σκάνδαλον. eſt metaphora, à ſaxis vel aliis obſtaculis, in quæ impingimus.

εἰς ἀνταπόδομα, quia ſcil. Chriſtum, cujus typus fuit David, perſecuti fuerunt.

*(Syrus Interpres paullò aliter verba hæc accipit. Ita enim locum hunc tranſtulit: *Fiat menſa eorum coram ipſis pro laqueo,*

laqueo, & retributio eorum pro offendiculo. Æthiops verò ita: *Fiat eis menſa eorum laqueus in conſpectu eorum, in retributionem illis, & in ſcandalum illis.* Arabs verò arctè Græco textui inhæſit.)*

v. 10. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον.

Tergum eorum incurva, Hebr. *lumbos eorum fac nutare*, i. e. fac, ut conſcientiis ſuis trepident. Tergum impiorum incurvatur, dum conſcientiæ eorum oneribus peccatorum premuntur. Vel notatur eo ipſo everſio potentiæ & roboris ipſorum. *Tergum* enim *robur* ſignificat, quod Propheta petit incurvari, h. e. frangi & comminui, & quidem ſemper i. e. totaliter.

Intelligitur cæcutientia, quâ qui laborant, ſemper metuunt, ne capite impingant, ideo incurvi incedunt.

v. 11. Λέγω οὖν, μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι, μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς.

Num impegerunt, ut laberentur, i.e. num DEUS ideo eos permiſit impingere, ac ſi lapſu & perditione illorum fuerit delectatus.

ἔπταισαν, in lapidem ſcil. offenſionis Chriſtum. Rom. 9. verſ. 33.

ἵνα πέσωσι, ut in univerſum omnes in æternum caderent exitium, neque quisquam illorum ſavaretur.

τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσι, ſcil. κατ' ἀφορμὴν, occaſionaliter & per accidens. Matth. 22. v. 8. 9. Act. 13. v. 46. *(Patet tamen hinc, quòd DEUS nunquam mali quid fieri permittat, è quo non bonum eliciat. Conf. B. P. Diſpp. Iſag. L. de Provid. c. 6. §. 25. Sic lapſum Judæorum direxit ad gentilium converſionem, pariterque ad honeſtam æmulationem.)*

*(τὸ παραζηλῶσαι. Obſervandum hîc, quòd *æmulatio* non ſolùm ſit in malùm, ſed etiam in bonum, ceu patet non ſolùm

ex h. l. verùm etiam ex Pſal. 36, 8. conf. etiam ſuprà c. 10, 19. mox v. 14. it. Galat. 4, 17. & in eum locum Comm. S. Hieronymi. vid. etiam Franc. de Mendoz. Comm. in 1. Reg. 1, 6. p. 161.) *

v. 12. Ἐι δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶ πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν.

ἐι δὲ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος τοῦ κόσμου. Judæorum delictum eſt quodammodo occaſio, quòd DEus gratiam ſuam & bona cœleſtia, quæ in populo Iſraëlitico velut incluſa erant, toti mundo per Evangelium obtulerit.

τὸ ἥττημα, Luth. ihr Schaden. Vulg. *diminutio eorum*, quòd ad tantam paucitatem credentes in iis ſunt redacti.

* (Syrus reddidit: ܚܘܝܒܗܘܢ *condemnatio eorum.* Arabs edit. Londin. *exitium eorum.* Æthiops transpoſuit verſiculi hujus membra, ita vertens: ሶበ፡ሶሒጥ፡ ዚአሆሙ፡ብዕለ፡ኮኑ፡ለአሕዛብ፡ &c. i. e. *ſi destructio eorum divitiæ fuerunt gentium, & delictum eorum divitiæ fuerunt mundi.*)*

πόσῳ μᾶλλον, ſcil. πλοῦτος ἐθνῶν ἔσται τὸ πλήρωμα αὐτῶν. i. e. quando Judæi magno numero in Chriſtũ credent, & ad ipſum convertentur, quia hac ratione gentiles in fide ſua confirmabuntur, & ad veram pietatem excitabuntur. *(Æthiops vertit ሶበ፡ጸደቁ፡ *cùm juſtificati fuerint.*)*

*(ὑμῖν ἔθνεσιν. ita nominantur Romani à termino à quo, ſive quia fuerant gentiles. Cujusmodi loquutionis exempla alibi quoque in Sc. S. pasſim ſunt obvia, vid. Anal. ad Matth. 10, 3. Alii tamen malunt, fieri id ſaltem ad differentiam Judæorum, notantque, quòd nomen ἐθνῶν in ſacris litteris dupliciter accipiatur 1. ratione originis & proſapiæ, 2. ratione religionis falſæ. Licèt Romani, aliique, ad quos ſcribunt Apoſtoli, tales poſteriori modo dicti, gentiles eſſe deſierint, erant tamen adhuc gentiles priori modo ſumtâ voce. Conf. 1. Cor. 12, 2. Gal. 4, 8. 9. Ita ſtatuit B. D. Glaſſ. Gr. S. p. 10.) *

v. 13.

v. 13. Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω.

*(ἐθνῶν ἀπόστολος. Conf. Actor. 22, 21. Gal. 2, 9. Cùm verò Paulus non à gentibus, ſed à DEO miſſus fuerit Gal. 1, 1. ad gentes, patet, quòd *gentium Apoſtolum* eo ſe ſenſu vocet, quo Angeli DEI, ſive qui à DEO mittuntur, Ebr. 1, 14. *parvulorum Angeli* dicuntur Matth. 18, 10.)*

Miniſterium meum glorifico, i.e. miniſterio meo annunciandi Evangelium, quàmplurimos ex gentibus ad Chriſtum adducere conor, id quod miniſterio meo glorioſum eſt. Piſc.

δοξάζω τὴν διακονίαν μου, dum prædico gratiam DEI gentibus, in Evangelio per miniſterium meum oblatam. Bernh. Epiſt. 42. ad Archiep. Senonenſem. *Honorificabitis miniſterium veſtrum, non cultu veſtium, non equorum faſtu, non amplis ædificiis, ſed ornatis moribus, ſtudiis ſpiritualibus, operibus bonis.*

v. 14. Εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν.

Si ad æmulandum provocem carnem meam i.e. Judeos conſanguineos ſecundùm carnem. Gen. 29. v. 14. Laban ad Jacobum dicit. *Caro mea es.* Eſai. 58. v. 7. *à carne tua non abſcondas te.* *(Vid. ſuprà c. 9, 3. Arabs eod. modo vertit. ſed Syrus tranſtulit ܒܢܝ̈ ܒܣܪܝ *filios carnis meæ* Æthiops: ſi ad æmulationem provocem ለዐበ፡ነፍስየ፡ quos *ſuper animam meam*, ſcil. gero, ut ſupplent Londinenſes.)* Item quos amo tanquam propriam carnem meam, & pro quorum ſalute perpetuas ago excubias, ut aliquos ex illis *ſalvos faciam*, ὀργανικῶς ſcil. ſive *miniſterialiter* 1. Tim. 4. v. 16. *(Conf. Luc. 1, 77. Actor. 26, 18. 1. Cor. 3, 9. c. 4, 15. Gal. 4, 19. & vid. contra Schwenckf. B. Par. L. de Miniſt. Eccl. §. 261. Tribuitur quidem aliàs DEO ſalvatio, ſed αὐτοκρατορικῶς, quemadmodum etiam verbo & ſacramentis, verùm μεταδοτικῶς, Joh. 17, 20. Rom. 1. v. 16. 1. Petr. 1, 23. Tit. 3, 5. ſed tamen etiam Miniſt. Eccl. διακονικῶς & ὀργανικῶς.)*

v. 15. Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν.

Si

Si abjectio ἡ ἀποβολὴ *eorum eſt reconciliatio mundi*, i. e. ſervit vocationi gentium, qua illæ DEO reconciliantur, per prædicationem ſcil. Evangelii, fide ſuſceptam.

τίς ἡ πρόσληψις; *quid erit aſſumtio* (quando DEUS in gratiam eos iterum recipiet) *quid*, inquam, *erit aliud, quàm vita ex mortuis* i. e. converſio & aſſumtio Judæorum erit medium, ut alii eorum exemplo convertantur, & ex morte in vitam revocentur Luth. Was were das anders/ denn das Leben von den Todten nehmen?

v. 16. Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα. καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι.

Si primitiæ (Luth. Anbruch) *ſunt ſanctæ*, *ſancta etiam erit maſſa*. Primitiis ſecundùm legem oblatis tota maſſa erat ſancta, i. e. ſecundùm legem Leviticam pura & munda. Levit. 23. v. 17. Num. 15. v. 20. Hoc Apoſtolus ad inſtitutum ſuum accommodat, hoc modo. Si primitiæ & radix i. e. Patriarchæ, Judæorum majores ſunt ſancti i. e. populus DEI ſegregatus, cui facta eſt promiſſio de Meſſia, etiam maſſa & rami i. e. poſteri eorum ſunt ſancti i. e. pertinet ad eos promiſſio, ſi fide eam apprehendant. * (B. D. Wellerus ita cum Origene h. l. explicat, ſi radix ſive Chriſtus, cui in V. T. per circumciſionem inſerti, & in N. T. per Baptiſmum inſerimur, eſt ſanctus, ſequitur, quòd & rami ſint ſancti. atque hanc interpretationem optimè huic loco competere, probat ex hoc v. 16. ſeqq. Aſt prior explicatio arridet etiam B. D. Balduino & aliis noſtratium.)* Non enim internam ſanctitatem, quæ eſt à S. S. per fidem, hîc notari, & ſcopus, & ipſa comparatio oſtendit. Auguſt. Epiſt. 106. *ſanctitatem iſtam* non de *ſanctitate & juſtitia fidei*, ſed de *communione Sacramentorum & ſimilitudine profeſſionis* interpretatur. Scopus Apoſtoli eſt, demonſtrare, Judæos in gratiam iterum recipiendos eſſe, cùm DEUS peculiare fœdus cum majoribus ipſorum erexerit, quod non ſit penitus ſublatum ac enervatum. Sancti ſunt, non *vi carnalis generationis*, ſed vi *fœderalis promiſſionis*. *Sanctitas* intelligitur non *ſpiritualis*, ſive *cordis & ſpiritus interna*, ſed *Eccleſiaſtica*.

*(Eodem

*(Eodem quoque modo accipiendus eſt locus parallelus 1. Cor. 7. 14. nempe non de *ſanctitate fidei interna*, quaſi ſanctorum parentum liberi naſcantur fideles, illa enim non niſi per fidem eſt, Act. 15, 9. ſed de *ſanctitate legali ſive Eccleſiaſtica externa*, h. e. quòd habeant jus & privilegium ad bona Eccleſiæ, ad quæ reliqui extra Eccleſiam, ſive à parentibus gentilibus nati, tale ſive tam propinquum jus non habent, niſi priùs & illos DEUS per legitima media advocavit. Breviter: habent Chriſtianorum liberi ante Baptiſmum *jus ad rem*, non *in re*. habent jus *ad* fœdus, ſed nondum ſunt *in* fœdere. hoc ſanctificat, non illud. Nec ſcopus eſt Apoſtoli h. l. oſtendere, quòd liberi ſive poſteri Judæorum oleæ jamjam inſerti rurſus ſint, poſtquàm exciſi ſunt, ſed quòd iterum inſeri oleæ, puta per fidem, poſſint. Errant proinde Calviniani, vide Bezam in Qq. & Reſp. de Sacram. & part. 2. reſp. ad Acta Coll. Mompelg. p. 102. 118. & 129. Calvinum lib. 4. Inſtit. c. 15. §. 22. Zanchium in Confeſſ. p. 163. Pareum in h. l. Dub. 12. itemque in pr. Corinth. c. 7. Petrum Martyrem in h. l. p. 1134. 1135. ſtatuentes, quòd *liberi fidelium ſancti naſcantur, ita quidem quòd peccati originalis remiſſionem exinde habeant, quia* videl. *à fidelibus parentibus prognati ſunt, nec ut per Baptiſmum obtineant, neceſſe habeant: Sed quòd per Baptiſmum ſaltem remiſſio peccati infantibus illis obſignetur ac confirmetur.* Hanc enim genuinam Calvinianorum mentem eſſe, ex allegatis autoribus ſatis liquet. Quod ſi in aliâ ſententiâ Wendelinus eſt, ac non niſi de *externâ* loquitur *ſanctitate*, quæ minimè peccati remiſſionem includat, ſed ad hanc Baptiſmi ſuſceptionem neceſſariam eſſe præſupponat, id quod ſentire videtur, quando lib. 1. Syſtem. Majoris C. T. c. 10. p. 493. ſcribit, *quòd ſanctitas illa, de quâ Paulus 1. Cor. 7. 14. loquitur, non ſit conformitas cum lege divinâ habituali; ſed externa tantùm relativa, civilis & fœderalis, quâ fœderati cenſentur & cives Eccleſiæ, qui ex fœderatis & civibus naſcuntur: adeoque ad communium civium jura & ſacra admittuntur:* nos quidem minimè habet adverſarios. Sed deſinat tamen noſtrates accuſare, *quòd per atrocem calumni-*

am Calvinianis affingamus, ipſos peccatum originis indirectè negare, dum docent, filios fidelium naſci ſanctos. quo ſenſu enim plerique Calviniani id accipiant, ex Petro Martyre l. c. aliisque conſtat. Conf. etiam, quæ in rem hanc habent b. D. Sigwartus in Admon. de Iren. Parei p. 504. B. Par. L de Bapt. ſ. 210. ſeqq. aliique, Decad. 7. Theſ. Theol. ſ. 7. litt. b. allegati. Nos verò errori illi meritò opponimus 1. *dictorum Sc. Sacræ*, quæ de ſubjecto peccati originalis agunt, *univerſalitatem.* vide Geneſ. 6, 5. c. 8, 21. Job. 14, 4. Pſal. 14, 3. Pſal. 51. Joh. 3, 6. Rom. 3, 10. 11. 12. 23. 27. cap. 5, 12, 18. Epheſ. 2, 3. Unde etiam ſolus Chriſtus excipitur, Dan. 9, 24. Luc. 1, 35. 2. Cor. 5, 21. Ebr. 4, 15. 1. Petr. 2, 22. 2. *exemplorum claritatem*, puta illorum, qui licet à fidelibus parentibus progeniti fuerint, tamen in peccatis ſe natos eſſe agnoſcunt. Vid. Gen. 5, 1. Joh. 14. 4. Pſalm. 51, 7. Eph. 2, 3. 3. *generationis paritatem.* Neque enim fideles aliter liberos procreant, quàm infideles, Conf. Joh. 1, 13. 4. *Baptiſmi neceſſitatem*, de qua Joh. 3, 5. conf. Tit. 3, 5. Unde illud Tertulliani, Apol. c. 18. *Fiunt, non naſcuntur Chriſtiani.* ac gemella ſententia Auguſtini lib. 1. de pecc. merit. & remiſſ. c. 9. *Non generatio, ſed regeneratio Chriſtianos facit.* Conf. quoque ex ipſis adverſariis Rudolphus Gualterus hom. 4. in Johannem. 5. *conſequentem abſurditatem.* Pone enim, ſermonem hîc eſſe Apoſtolo *de ſanctitate interna*, per quam quis filius DEI cenſetur, ac ſalvatur: annon hoc abſurdum ſequetur, omnes Judæorum poſteros fuiſſe ſalvos factos, & etiamnum ſalvari, quippè quorũ radix vel majores fuerunt ſancti ſive DEI populus. Nec eſt, quod quis excipiat, *fuiſſe quidem ſanctos natos, ſed rurſus excidiſſe illâ ſanctitate per peccata.* Etenim obſtat communis illa Calvinianorum hypotheſis, quòd vera fides, adeoque ſanctitas interna amitti nunquam poſſit. Neq; tamen ex doctrinâ hac noſtrâ inferendum, quòd omnes infantes, etiam Chriſtianorum parentum, ſalvandorum catalogo eximendi ſint, ſi per inevitabilem quendam caſum Baptiſmo priventur. Facilè enim in his Baptiſmi defectum compenſant preces piorum parentum

parentum & Eccleſiæ, quibus DEus flecti poteſt, ut extraordinario modo ſive absque Baptiſmo, (qui aliàs ordinarium regenerationis medium in infantibus,) fidem in illis accendat, ſicque beatitudine eos donet, ſi absq; Bapt. ſuſcepto hinc diſcedant. Idquod non ſolùm contra rigidos illos Areopagitas, Jeſuitas aliosque Pontificios, (de quorum ſeveriſſimis decretis videri B. D. Bald. contra Patzmannum p. 339. 364. it. Caſ. Conſc. p. 140. B. D. Lobech. in A. C. aliique poſſunt. cumprimis B. Par. Confeſſ. Cath. art. 12. c. 1. ubi etiam prolixè horrendam illam ſententiam refutat) adſerimus ac defendimus: Verùm etiam ne gentilium quidem liberos, in infantia defunctos, regno DEI excludimus, ſed divino potiùs illos judicio committimus. vide D. Tarnov. in Ioh. p. 315. B. Par. Diſpp. Acad. p. 181. & quos ipſe allegat. nec noſtrum etiam facimus illud Nicolai Vedelii in S. Hilario ſive Antidoto ſuo contra Triſtitiam b. 3. p. 119. *Ah! quot ſunt*, ſcribentis, *etiamque in inferno miſelli infantuli, qui nec unquam boni malive cognitionem habuerunt*. Atque hanc conſtantem Eccleſiæ Calvinianæ ſententiam eſſe, idem Vedelius in præfat. ad part. 4. Arcan. Armin. p. 18. affirmat. Similiter D. Henr. Flockenius, T. 1. Op. Theol. p. 376. ita ſcribens: *An DEUS nihil omittit, quantum in ſe eſt in omnibus Turcis, Judæis, infantibus, ut ſalvari poſſint? Unde tot infantes Ethnicorum, quibus certus eſt interitus, nobis conſentientibus?* Neque tamen negamus, etiam inter noſtrates eſſe, qui infantes gentilium ſive extra Eccleſiam natos, eosdemque in infantiâ mortuos reproborum adſcribunt claſſi. Vid. B. D. Bald. in h. l. q. 3. it. Caſ. Conſc. p. 75. Cæterùm de ſalute infantium, ante Baptiſmum diſcedentium, alibi prolixiùs egimus. Conſ. quoque B. D. Bald. Caſ. Conſ. l. 1. c. 11. caſ. 3. Nec approbanda quoque formula illa eſt, quâ homines plebeji, dum liberis ſuis recens natis patrinos petunt, utuntur: Es hat mir GOtt einen jungen Heyden beſcheret / bitte / wollet mir ihn helffen zum Chriſten machen. Ut ut enim infantes, à Chriſtianis ſive fidelibus parentibus nati, non ſint *Chriſtiani* ſive ſancti, ſanctitate internâ, ſed haut mi-

nùs, quàm gentilium liberi, *naturâ ſint filii iræ*, Eph. 2. *in peccatis* quippe itidem *concepti & nati*, Pſal. 51. *caro de carne*, Ioh. 3, 6. non tamen propterea dicendi *gentiles* ſive *Ethnici* ſunt, prout eleganter non minùs, quàm prolixè oſtendit B. D. König Caſ. Catechet. tit. de Bapt. caſu 16.) *

V. 17. Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὤν, ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου.

εἰ τίνες ἐξεκλάσθησαν, ſi quidam ſunt defracti, i. e. propter incredulitatem à DEO rejecti ac reprobati, Luth. ſo nu etliche von den Zweigen zerbrochen ſind. * (Patet quoque hinc, quòd renati poſſint non ſolùm totaliter, ſed & finaliter gratia DEI excidere, per incredulitatem ſc., ſive peccata contra ſcientiam & conſcientiam commiſſa, ſi in illis perſeverent. vid. etiam Ezech. 18, 5. Ioh. 15, 2, Sed hac de re alibi actum. Conf. B. P. Diſpp. Iſag. L. de Prædeſt. c. 8. §. 9. c. 9. §. 3. it. Comment. in Poſt. ep. Petri p. 69. ſeqq. B. D. Fewrb. faſc. 6. pag. 194. ſeqq. it. Anal. ad Matth. 7. v. 25. nec non ad c. 26. v. 11 c. 14. 24.)*

ἐνεκεντρίσθης. κέντρον ſignificat *ſtimulum*, quo fodiuntur boves, cum aguntur, hinc *ἐγκεντρίζειν pungendo inſerere*, oportet enim arborem parumper diſpungi, ut olea per iſtam rimam poſſit inſeri.

ἐν αὐτοῖς, in illis. Luth. unter ſie/ loco illorum. intelligitur autem receptio in Eccleſiam & participatio divinorum beneficiorum.

Particeps radicis, i. e. ſucci ex radice profluentis & in ramos ſeſe dividentis.

Radicis ac pinguedinis, i. e. *pinguedinis ex radice profluentis*, ἐνδιαδυ̃ς. Intelligitur autem divina benedictio & gratia, ſanctis Patriarchis & ipſorum poſteris in fœdere promiſſa. * (De figura autem illa vid. Glaſſ. Gr. S. p. 164. Æthiops totum hunc locum ita tranſtulit: *Et quia fuerunt ex ramis, qui fracti ſunt, teq; oleam ſylveſtrem plantarunt in locum ipſorum. & cum ipſis particeps factus es radicis, & factus es olea, ſicut illi, ne glorieris &c.* Syrus verò & Arabs nihil habent hîc peculiare.)*

Olea

Olea &c. Oliva eſt fertiliſſima. Pſal. 52. v. 10. *ego ſicut oliva fructiſera in domo DEI.* Jer. 11. v. 16. *olivam uberem frugiferam vocavit DEUS nomen tuum.* Gentilis ergo populus, carens fructu bonorum operum ante converſionem, oleaſtro; Judaicus verò, propter ubertatem bonorum operum, olivæ comparatus eſt. *(De Metaph. illâ videatur B. D. Glaſſ. Rhet. 5. p. 293. 294.) Quomodo verò ingens illud DEI beneficium, dum nos oleæ pinguedinis participes reddere voluit, agnoſcere debeamus, ac inſuper diſpicere, ne exſcindamur, prolixè oſtendit B. Par. L. de Eccleſ. §. 43. it. Homiliarum Acad. part. 1. p. 357. 358.)*

V. 18. Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ.

Μὴ κατακαυχῶ. κατακαυχᾶν propriè eſt cervicem contra aliquid jactare, quo geſtu utuntur, qui aliis inſultant. ab αὐχὴν cervix.

Noli gloriari adverſus ramos, i. e. ne extollaris animo ob illam gratiam, ac ſi propriis meritis eam obtinuiſſes, & Judæos præcelleres.

Non tu geſtas ramos, ſed rami te geſtant, i. e. quemadmodum præpoſterum foret, ramos gloriari adversùs radicem, à qua geſtantur, imò ſuccum & vitam ab ea accipiunt: ita quoque abſurdum foret, gentiles gloriari adverſus Judæos, cùm gratia non à gentilibus ad Judæos, ſed à Judæis ad gentiles pervenerit, ipſiq; priores in fœdere fuerint.

(Conf. Eſaiæ 11, 3. Joh. 4, 22.)

V. 19. Ἐρεῖς οὖν, ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ.

Paronomaſia, ἐξεκλάσθησαν οἱ κλάδοι. κλάδος ortum eſt ex ἔκλαδον aoriſto ſecundo verbi κλάζω *frango*, eò quòd defringi ſoleat ramus, vel quòd quaſi infringatur i. e. incurvetur & flectatur.

Ut ego infererer. Auguſt. in Pſal. 72. in hac oleaſtri in olivam inſitione, quam affert Apoſtolus ad explicandam gentilis populi in locum Judæorum ſucceſſionem, duo obſervat miracula. *Unum eſt, quod dicat Apoſtolus*, oleaſtrum inſertum

eſſe in oliva, *cum è contrario oliva inſeri ſoleat in oleaſtro: alterum eſt, quod oleaſter ille inſertus in oliva, non oleaſtri, ſed olivæ fructus protulerit, cùm in naturali inſitione contrarium accidat. ſiquidem id, quod inſeritur, ipſum eſt, quod creſcit. fructumq; fert non arboris in qua inſeritur, ſed ſurculi, qui fuit inſertus. unde Paulus meritò hanc inſitionem vocat contra Naturam.*

v. 20. Καλῶς. τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ πίστει ἕστηκας. μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ.

τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν. *Per incredulitatem fracti ſunt*, cui per Naturam æquè obnoxius es, atque illi. *(Probè hic notandum, quòd licet eadem phraſi reprobi dicantur τῇ ἀπιστίᾳ hic *rejecti* vel fracti, ſicuti electi τῇ πίστει *ſtare*, non tamen par utrobique ratio ſit. cùm incredulitas ſit cauſa meritoria reprobationis, fides verò ſaltem cauſa electionis inſtrumentalis, Chriſti ſatisfactionem, quæ unica ſalutis noſtræ cauſa meritoria eſt, apprehendens. Cùm verò incredulitate fracti dicantur reprobi, electi verò fide ſtare, conſequens eſt, quòd reprobationis cauſa ſit prævisa incredulitas, electionis autem fides prævisa, quippe cùm, ob exactiſſimam decreti & executionis convenientiam, propter quod in tempore homines reprobantur, propter illud ipſum etiam reprobandos eſſe, ab æt. fuerit decretum. Patet quoque ex h. l. quòd renati poſſint excutere fidem, adeoque gratiâ DEI excidere. qua de controverſiâ paullò poſt ad v. 22.)*

Tu fide ſtas, quæ eſt gratuitum DEI donum, propter quod non debes animo efferri, ſed grato ac humili corde DEI benignitatem agnoſcere. 1 Cor. 4. v. 7. *(Patet verò hinc, quòd fide in Chriſtum non ſolùm juſtitiam & ſalutem apprehendamus, ſed etiam fide ſtemus, h.e. ſolâ fide juſtitiam retineamus. Ut adeò erronea ſententia ſit, quâ ſtatuitur, quòd per Bona Opera juſtitiam & ſalutem fide apprehenſam conſervare debeamus. Cui errori meritò opponuntur clara hæc Sacræ oracula, quæ inter præter hoc præſens, cumprimis notatu digna ſunt Rom. 5, 1. & 2. Coloſſ. 1, 23 1. Petr. 1. 5. Sed hanc in rem plura habet B.D. Hutterus in Explic. F.C. p. 459. ſeqq. qui poteſt evolvi.)*

non

μὴ ὑψηλοφρόνει i.e. *μὴ ὑψηλὰ φρόνει.*

ἀλλὰ φοβοῦ. Per timorem non intelligit Apoſtolus dubitationem de ſalute & gratia DEI, ſed piam ſolicitudinem de fide ac gratia DEI retinenda. Scopus enim eſt dehortari à carnali confidentia & ſecuritate. Phil. 2. verſ. 12. *(Itemque adhortari tum ad perſeverantiam in fide, tum ad bonorum operum, ut quæ fidei fructus ſunt, diligens ſtudium. Conf. Matth. 3, 8. 10. c, 21, 43. Gal. 5, 22. Eph. 4, 1. 3. 1. Theſſ. 4, 7. 1. Petr. 4, 3. cumprimis ad *ſtudium humilitatis.* quo ſenſu etiam paſſim hæc phraſis in Sc. S. deprehenditur adhibita. Vid. Pſalm. 2, 11. 1. Cor. 2, 3. 2. Cor. 7, 15. Eph. 6, 5. & cumprimis id patet ex Phil. 2, 12. ſi conſiderentur ibi antecedentia & conſequentia, ſive Apoſtoli ſcopus, qui hic eſt, quod Philippenſes, coronam deſiderantes, in humilitatis ſtadio decurrere, ſive Chriſti humilitatem, (non verò tremorem vel timorem, quippe quo de ne γρῦ quidem d. l. habetur) imitari debeant. Si porrò, quod ibid. Apoſtolus dicit, DEUS, quod in nobis cœpit, perficere vult, nulla ſanè cauſa adeſt, cur dubitare de felici eventu debeamus. interea cùm DEUS ſuperbis, ſive qui in propriis meritis confidunt, reſiſtat, maximopere requiritur, ne ſuperbiamus, & ſic gratiâ excidamus. Conf. omninò B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 23. c. 5. Sixtinum Amamam in AntiBarb. Biblico p. 701. ſeqq. Hoc loco illud ſaltem adhuc addo, quòd Don Laurentius Ramirez de Prado, Philologus Hiſpanus non ignobilis, in Pentecontarcho p. 30. ibidem diſertè moneat, *timorem hoc loco ſuperbiæ opponi*, additque, *quod τὸ μὴ ὑψηλοφρόνει ſignificantius, quàm Vulgatus tranſtulit, exponatur:* noli ſuperbire. Conf. omninò quoque in hanc rem Auguſtinum lib. de naturâ & gratia contra Pelagianos c. 27.)*

v. 21. Εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, *μήπως* οὐδὲ σοῦ φείσηται.

Per *ramos naturales* intelliguntur Judæi, ex ſanctis Patriarchis nati, per *ramos inſititios*, ex oleaſtro decerptos, converſi ex gentib. *(Aliàs per *ramos* in Scriptura S. *liberos* denotari,

ex

ex Iob. 15. 30. oſtendit B. D. Finckius in Clavi Sc. S. lib. 1. c. 8. p. 170.) *

* (μήπως. Vulg. *ne fortè.* Minùs rectè. neque enim dubitantis hîc particula illa eſt, ſed certò affirmantis, prout è ſeq. v. 22. patet. Et in tali ſignificatione etiam alibi occurrit, Vid. ſuprà c. 9, 11. 2. Cor. 9, 27. Gal. 2, 2. c. 4, 11. 1. Theſſ. 3, 5. *Dubitativè* tamen acceperunt quoq; Syrus & Arabs. Æthiops verò id. *affirmativè*, ita h. l. vertens. *Si illis, qui* እምፍጥረቶሙ፡ *ex creatione* (ut Londinenſes reddiderunt, vel potiùs *generatione*: nam ተፈጥረ፡ non ſolùm ſignificat *creatus*, ſed etiam *generatus eſt*, ceu patet ex Exod. 16, 24) *eorum aliud fuerunt, non pepercit,* ኢየከኰ፡ይምሕከከ፡ *num tibi parcet?*) *

v. 22. Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ, ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ.

χρηστότητι ſive *benignitati*, quæ eſt animi propenſio ad bene merendum de quopiam, opponit ἀποτομίαν, quæ ad verbum ſonat reſectionem, quoties res ad vivum exigitur, quem & rigorem dicere poſſis. Poteſt etiam hic eſſe ſenſus metaphoræ, quòd per præciſionem intelligatur ſeveritas, quia homines ſeveri & irati loquuntur ἀποτόμως præcisè.

ἐὰν ἐπιμείνῃς. Verba hæc non *dubitationem*, ſed *exhortationem* continent, ne fides, poſſidens certitudinem ſalutis, vel ſecuritate extinguatur, vel actionibus carnis excutiatur, ſed in lucta contra carnem perpetuò exerceatur. * (Poteſt res hæc illuſtrari exemplo. Quemadmodum ſi parens quispiam filium per locum præcipitem deduceret, filius quidem adeò non dubitare de parentis ſolicitudine atque amore debet aut poteſt, ut potiùs arctiùs firmiùsque manum parentis apprehendere debeat, ne ſibi ſoli confidens præceps ruat. Ita cùm periculoſum admodùm per pravum hoc ſeculum ince-ſit, ac præceps lapſus in varia peccata, tantùm abeſt, ut pii de Patris cœleſtis gratiâ & amore, cujus tot ac præclara habent pigno-

pignora, dubitare propterea vel poſſint vel debeant, ut potiùs unicè illius bonitati ac potentiæ confidere hîc humiliter debeant, de propriis verò viribus penitus deſperare, tantum abeſt, ut in ſuis meritis ſuperbire vel gloriari debeant. poteſt verò fiducia in DEI bonitate optimè ſtare cum timore filiali, ne Patrem cœleſtem offendamus, adeoque indigni ab eo habeamur, quos ut filios gratiâ ſuâ protegat, adverſus diaboli ac mundi tentationes defendat, manuque ſuâ paternâ per ambiguum hoc iter in promiſſam patriam ducat. Proinde facilè largimur, quòd pii cum timore filiali operari ſalutem ſuam debeant, adeò non eſſe carnaliter ſecuri. negamus verò, quòd in illis locum habeat metus ſervilis, qui omnino certitudinem fiduciamq; de paterno cœleſtis Patris in nos affectu tollit, evertitque. id quod timor filialis non facit, ſed potiùs eam includit. Aliud igitur eſt filialis reverentia, aliud ſervilis contremiſcentia, & aliud carnalis confidentia. vid. omninò ſuprà c. 8, 5. Adde quoque notata ad Philipp. 2,12.) *

Si permanſeris in bonitate, i. e. in eo ſtatu, in quo DEUS per ſuam bonitatem te conſtituit, i. e. in fide. Toſſanus dicit, *Tantum hîc non loqui de verè credentibus & electis, qui non poſſunt à gratia DEI excidere, ſed in genere de vocatis, qui ſunt in Eccleſia.* Verum deſcriptio ſubjecti oſtendit contrarium.

Permanere in bonitate, eſt conſtanter retinere fidem in Chriſtum, in quo uno bonitas & gratia DEI apprehenditur.

*(*Alioqui & tu exſcinderis*. Conſ. Ezech. 18, 5. Joh. 15,2. item not. paulò antè ad v. 17. Patet proinde hinc, quòd illi, qui ſemel per fidem oleæ inſerti fuerunt, niſi in vera fide perſeverent, rurſus exſcindi poſſint, ſive quòd vera fides (nam de hac, non de hypocritica, quippe per quam gentilis non inſeritur oleæ, nec pinguedinis oleæ particeps fit, ſermo hîc eſt quod contra Calvinianorum effugia hîc obſervandum) per incredulitatem ac peccata amitti poſſit. ita ut homo, qui aliquando verè credidit & in gratiâ fuit, gratiâ illa DEI excidere poſſit, & quidem ſi electus, *totaliter*; ſi verò ſaltem renatus, non verò electus, (non enim omnes renati ſunt ele-

ſti, quod contra Calvinianos, qui pro iisdem habent, itidem probè notandum) tum *totaliter*, tum *finaliter*. quâ de re prolixiùs contra Calvinianos & Anabaptiſtas alibi actum. Vid. Analect. ad Matth. 26. v. 31. it. Theſ. Theol. Decad. 7. 9. 8. Conferatur omninò etiam B. D. Calixtus in h. l. Minus rectè igitur Fauſtus Socinus in libro, cui titulus: Quòd Evangelici omninò ſe illorum coetui &c. ex h. l. infert, *quòd electi quoque*, puta ad gloriam, *perire poſſint, ſiquidem inſiti olivæ rami, ac propterea participandæ ejus radici ac pinguedini deſtinati, exſcindi poſſint.* Etenim diſtinguendum eſt inter *electionem propriè* ſic *dictam*, nempe *ad gloriam*, ſive æternam *prædeſtinationem* ad vitam æternam; & inter electionem, *impropriè dictam*, puta temporalem, ad *gratiam*. Non de illâ, ſed de hac ſermo in præſens Apoſtolo eſt. A mutabilitate autem *electionis temporalis* ad mutabilitatem *electionis æternæ* non valet conſequentia. quemadmodum prolixiùs oſtendit B. D. Meiſnerus in Conſider. Theologiæ Photin. c. 2. p. 72. ſeqq. Et præterea notandum, quòd Apoſtolus Judæos h. l. v. 16. non *electos*, ſed *ſanctos ramos* appellet. Contrà verò de electis, puta ad æternam gloriam, v. 7. diſertè affirmat, quòd electio conſecuta fuerit vitam æternam. Tantum igitur abeſt, ut ex h. l. colligi poſſit, electionem eſſe mutabilem, ut potius contrarium hinc pateſcat. quia electi illud, quod per fidem quærunt, puta ſalutem, conſequuntur. Solet porro ex eodem hoc oraculo probari, quòd Romana Eccleſia minimè gaudeat perpetuitatis ac infallibilitatis privilegio. Si enim Judaica Eccleſia, quæ tamen inſignes habuit promiſſiones divinas, graviſſimè erravit, ac tandem penitus fuit per incredulitatem fracta, quidni & Eccleſia Romana per incredulitatem & Apoſtaſian itidem exſcindi poſſet, cùm haud minùs promiſſiones Eccleſiæ N. T. quàm V. T. Eccleſiæ à DEO factæ, conditionales ſint. Conf. præter præſentem locum, Joh. 8, 31. c. 15, 14. 1. Tim. 6, 3. Ebr. 3, 6 14. Vide plura huc ſpectantia apud B. Par. L. de Eccleſ. ſ. 95. ſeqq. it. Confeſſ. Cathol. art. 5. c. 3. cumprimis verò de Apoſtaſiâ Eccleſiæ Roma-

næ

riæ conſuli poteſt B. D. Nicol. Hunnius in pecul. de hâc materiâ tractatu. adde etiam his Analect. ad Matth. 16, 18.)*

V. 23. Καὶ ἐκεῖνοι δὲ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς.

(ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι &c. Ergò datur reditus ad gratiam per ſeriam pœnitentiam. Contra Novatianos, de quibus è veteribus videndi Epiphanius, Theodoretus, Auguſtinus, Philaſtrius libb. de hæreſ. è recentioribus B. D. Hornejus Hiſt. Eccl. l. 3. c. 5. §. 29. ſeqq. B. D. Pappus Epit. Hiſt. Eccleſ. p. 248. 249. B. Par. L. de Pœnitentiâ § 14. ſeqq. item Comment. in Epiſt. ad Ebr. c. 6, 4. & c. 10, 26. Magdeburg. Centur. IV. Hiſt. Eccleſ. Baronius t. 3. Annal. Eccl. Hottingerus Hiſt. Eccl. part. 4. p. 150. 151. aliique pasſim.)

(Δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεός. Licet verò DEUS per ſuam potentiam homines convertat, non tamen exiſtimandum eſt, quaſi DEUS hominem convertat ἀμέσως, βιαστικῶς vel ἐνθουσιαστικῶς imo potiùs agit ἐμμέσως, ἑκουσιακῶς, & διδασκαλικῶς, h. e. utitur mediis divinitus ad opus converſionis perficiendum ordinatis, verbo ſcil. & Sacramentis. quæ media ſi homo malitiosè rejecerit, nec DEUS etiam illum per abſolutam aliquam potentiam convertere vult. Contra Calvinianos, Weigelianos, aliosque nonnullos.)

V. 24. Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ.

Per *oleam ſylveſtrem* intelligitur Ethniciſmus.

(παρὰ φύσιν. vid. omninò S. Auguſtinum in Pſ. 70.)

V. 25. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, τὸ μυστήριον τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι,) ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ.

πώρωσις propriè ſignificat *obdurationem*. Vulg. reddidit *cæcitas*, quam verſionem ſecutus eſt Lutherus.

Locum hunc Apoſtolicum *de univerſali quadam Judæorum vocatione* poſt ingreſſam gentium plenitudinem, Hieron. Chryſoſt. Auguſt. lib. 2. qq. Evang. q. 33. Lyranus h. l. accipiunt. Eodem ſenſu, nempe vel de univerſali quadam Judæorum vocatione & converſione, vel certè de inſigni quadam eorundem multitudine, ante diem extremum adhuc convertenda, accipiunt quoque è noſtratibus B. D. Meiſnerus l. 4. de Leg. ſect. 1. q. 18. allegans quoque in eandem ſententiam vaticinium Apoc. 7, 4. *(Conferatur idem in Hoſeam p. ... ſeqq. it. Diſpp. de Relig. Jud. Syſtem. Theol. D. 8. Theor. ... B. D. Ægidius Hunnius in h. l. B. D. Hutterus LL. Theol. Mai. p. 1038. Comm. h. l. B. D. Mentzerus itid. in Analyſi h. l. § 62. B. D. Hafenrefferus in Templo Ezech. p. 313. B. D. Weinrichius, B. D. Winckelmannus ac B. D. Balduinus, h. l. B. D. Calixtus lib. de ſupremo Judicio p. 26. ſeqq. nec non in comm. ad v. 12. Dn. Havemannus in Face contra Judaicas Tenebras c. 3. App. p. 566.)* Ex Calvinianis Beza, Joh. Piſcator ac David Paræus in h. l. *(it. Brocardus de Chriſti Adventu. Cumprimis verò è recentioribus ſententiam hanc adſtruere ſatagit D. Joh Hoornbeck in Proleg. Tr. de Convinc. ac converſione Judæis p. 35. ſeqq. Add. Vorſtius in pec. diſp. de hoc argumento, Hottingerus Theſ. Philol. p. 9. Hulſius Theol. Judaicæ l. 1. p. 252. Rivetus Comm. in Hoſeæ c. 1. v. 11. And. Millet us tr. ſing. de Univerſ. Judæorum converſ. Ludov. Cappellus in Spicileg. p. 101.)* ex Pontificiis ferè omnes. vid. Joh. Ferus in c. 21. Gen. p. 395. Socolovius l. 2. de Eccleſ. c. 5. Seraphinus Firmianus in Enarr. c. 14. Apocal. *(item Thomas, Cajetanus, Sotus, Eſtius, Corn. à Lapide, Tirinus &c. in h. l. Solent tamen excipere Pontificii Danitas, ut quos AntiChriſto, quem ex tribu Dan proditurum vanè ſibi perſuadent, adhæſuros nugantur. Cumprimis verò Chriſtophorus Beſoldus, quondam Lutheranus, in Pentadec. Diſſert. Theol. f. 4 plurima in rem adfert Sc. Sacræ vaticinia, quæ enumerat quoque B. Par. tum L. de Extr. Judic. §. 111. tum in ſcripto quodam ἀνεκδότῳ contra JCtum quendam, Chiliaſticæ opinioni ad-

maledictum adornato. Ipſe verò B. Par. ac recentiores noſtrates Theologi, vid. B. D. Wellerus ac B. D. Friedlieb in Comm. h. l. Dn. Urſinus in Indice ſ. Exam. Apoc. Revelatæ p. 340. B. D. Waltherus Centur. Miſcell. Theol. p. 251. B. D. Mengering Inform. Conſc. Evang. p. 1105. ſtatuunt, quòd univerſalis illa ac ſimultanea Judæorum converſio, quæ ante extremum diem adhuc expectanda, ex hoc quidem loco demonſtrari nequeat, nec magis etiam ex aliis Sc. Sacræ oraculis, haut tamen interea negantes, fieri poſſe, ex ſingulari DEI miſericordia, ut inſignis aliquis Judæorum numerus ad Meſſiæ regnum ante glorioſum ejus reditum accedat. id quod etiam cum illis animitus precamur. Quid Patres ſenſerint hac de re, exponunt B. Par. L. de Extr. Jud. ſ. 111. B. D. Weil. in h. l. B. D. Calixtus l. c. Illud adhuc addo, quòd uti in aliis, ita & hîc nimis vanus fuerit autor tract. de Præ-Adamitis, qui Iſaacus Peyrerius, quando in Epilogo Syſtematis ſui Theologici non tantùm univerſalem illam Iudæorum converſionem, tanquam fidei articulum adſerit, verùm etiam regnum neſcio quod mundanum Apellis admodùm lætabundus pollicetur. In eandem ſententiam inclinant quoque novi Prophetæ, uti autor anonymus Apocalypheos Reſeratæ in Analyſi cap. 19. Apocalypſeos, Friedericus Brecklingius in ſcripto quodam Germanico, *Chriſtus Judex* inſignito, ac alii nonnulli, qui tamen in ſpirituali illo Judæorũ reditu ſive converſione ad Chriſtũ, non acquieſcentes, millenarium inſuper, adq; terrenum ſive mundanum regnũ piis fruſtrà pollicentur. quod de errore alibi.) * Cœterùm B. Lutherus tom. 8. Jen. fol. 119. accipit de *particulari quadam vocatione*, perpetuò durante. Non enim expectandam eſſe Univerſalem quandam Judæorum vocationem, perſuadetur ex his fundamentis.

1. *Propter triplicem maledictionem*, primùm *generalem* Deut. 27, 26. deinde *propriam*, propter verba: *ſanguis ejus ſuper nos*, Matth. 27, 25. Chriſtum vocant *Thalui* ſuſpenſum, Mariam ſterquilinium. tertio *maledictionem Chriſti*, Pſalm. 69, 24. *effunde iram tuam*. Pſal. 109, 17. *Maledictionem voluit*.

2. *Propter Pauli prædictionem*, quod revelatio AntiChriſti futurum ſit ultimum DEI opus ante finem mundi 2. Theſſ.2, 8. Si intercedere deberet converſio Judæorum inter revelationem AntiChriſti & diem extremum, *Apoſtolus* proximum adventus ſignum non expresſiſſet.

3. *Propter temerariam mediorum rejectionem*. Chriſtum reſpuunt, filios ſuos à pueris asſuefaciunt ad maledicendum Chriſto, aures obturant. * (Plures adhuc rationes videri poſſunt apud B. P. L de Extr. Judic.§.111. B.Lutherum in libro de Judæis & eorum mendaciis, tom. 8. Jenenſi Germ. f. 119. it. tom. 5. Germ. Altenb. p. 1128. act. 8. ejusd. edit. p. 27. B. D. Dan. Cramerum tr. de regno Chriſti part.2. c.4. q. 6. & D. VVellerum in Comm. h.l.)*

Quis ergo verborum ſenſus? Reſp. loquitur de parte quadam Judæorum, quòd electio non ſolùm pertineat ad converſos ex gentibus, ſed etiam Judæos.

Atqui 1. *cur vocat myſterium?* Reſp. debebant non ſolùm ſcire, ſed etiam pro myſterio agnoſcere particularem illam vocationem. Fuit omnino myſterium reſpectu arcanæ DEI voluntatis in ſingularibus; ſciri enim non poteſt, cur hunc vel illum ex univerſo populo elegerit.

2. *Cur dicit Apoſtolus, donec intravit multitudo gentium?* Reſp. in Græco eſt εἰσέλθῃ, quod pro præſenti & futuro ſæpè uſurpatur, ut ſit ſenſus; quamdiu ingreditur plenitudo gentium, cæcitas ex parte contigit Iſraëli. Invertitur igitur argumentum. Vocatio extenditur usque ad extremum diem, ergo cæcitas Judæorum ex parte durabit usque ad illum diem.

3. *Expreſſè additur, donec totus Iſrael ſalvus fiat?* Reſp. ὕτω eſt vox collectiva, Judæos & gentes in una Eccleſia comprehendens, quæ vocatur totus Iſraël, nam & gentiles converſi dicuntur Iſraëlitæ Rom.9. Gal. 6, 16.

4. *Judæi dicuntur ſuccedere in locum gentium.* Reſp. Paulus non loquitur de multitudine, ſed de cauſa meritoria. Sicut DEUS ex mera gratia gentiles convertit: ita quoq; quosdam

dam ex obſtinatis Judæis converteret, ideò additur *Concluſit DEUS omnia.*

Paræi argumenta ſunt iſthæc 1. *Totus Iſrael* eſt tota gens Iſraëlitica. ſi ſignificaretur allegoricè tota Eccleſia, ex gentibus collecta, cui ſe aliqui Judæi conjungerent, Apoſtolus nullum revelaſſet myſterium, quotidie enim manifeſtum erat, aliquos Judæos converti.

2. Voluit Apoſtolus Iudæos peculiari encomio ornare, & conſolatione erigere.

3. Vaticinia, v. 26. 27. allegata, non de ſingularibus quibusdam Iudæis, ſed de tota multitudine loquuntur. Illis Origenes addit dictum Hoſ. 2. v. 7.

4. Apoc. 7. idem myſterium proponitur. v. 9. diſcernuntur illi obſignati à reliqua multitudine.

5. Iudæi in tanta calamitate & diſperſione adhuc perſeverant à gentibus diſtincti.

Toſſanus per *totum Iſraelem* intelligendam eſſe ſtatuit *totam Eccleſiam electorum ex Judæis & gentibus.* Ut plenitudo gentium *non notat ſingulas & univerſas gentes, ſingulaq; earum* [illegible]*, ſed ingentem numerum ex gentilitate: Sic* per omnem Iſraëlem *notatur maxima pars Judæorum, quæ reſpectu cæterorum quandam quaſi univerſitatem conſtituit.*

*(Conf. etiam nonnulla huc facientia apud Hackſpan. Not. Philol. Theol. ad Eſ. 58, 20. it. ad Hoſ. 3, 4. Ut ut igitur nil certi de univerſali Iudæorum converſione, quæ ante diem extremum adhuc expectanda ſit, affirmari posſit, (quod præſentem enim locum concernit, oppidò obſcurus eſt, adeò ut Ambroſius non dubitet adſerere, quòd Petrus etiam eò reſpexerit, quando 2. ep. 3, 16. ſcribit, eſſe in epiſtolis Paulinis quædam δυσνόητα. Accedit, quòd ipſe Apoſtolus h. l. myſterium vocet.) dubium tamen nullum, quin in particulariter multi adhuc ex Iudæis ſint convertendi. Neque tamen propterea tolerandi Iudæi blaſphemi ſunt, vel etiam ita recipiendi, ut extruendarum ſynagogarum, quas verè B. D. Balduinus l. 2. Caſ. Conſc. c. 6. caſ. 5. *omnis amentiæ & blaſphemiæ*

mia receptacula eſſe pronunciat, privilegium ipſis concedatur, ceu prolixiùs B. D. Bald. l. c. docet. Conf. in eandem rem plures autores, Theſ. Theol. Decad. 18. §. 1. litt. d. allegati.] *

Eſſe ſapientem apud ſe phraſi Hebraica ſignificat *eſſe arrogantem*, quia perſuaſio illa ſapientiæ parit arrogantiam.

v. 26. Καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται, ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ.

Prior pars hujus teſtimonii ſumta eſt ex Eſai. 59. v. 20. Poſterior verò ex ejusdem Prophetæ cap. 27. v. 9. vel potius ex Ierem. 31. v. 34.

ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος. In Hebræo eſt *Sioni* vel *ad Sionem*. Utrumque locum habere poteſt. 2. Sam. 15. v. 19. ל uſurpatur pro *ex*.

καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Apud Prophetam dicitur, *& illis, qui ſe convertunt à peccatis in Jacob.* Apoſtolus verba Prophetæ paululum inflexit, ut doceret, converſionem non provenire ex noſtris viribus, ſed eſſe opus divinæ gratiæ, Actor. 5. v. 31.

v. 27. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

v. 28. Κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς, κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας.

Quod ad Evangelium, i. e. quatenus Evangelium oppugnant, ſunt inimici, ſcil. DEO. Piſcator.

Sunt inimici Evangelii propter vos, i. e. averſantur Evangelium odio veſtri. Luth. nach dem Evangelio halte ich ſie für Feinde / refert ad ipſum *Apoſtolum*. Quidam ſic reddunt, *ſunt inimici*. ſcil. DEI *propter vos*, i. e. ut vos in gratiam reciperemini. Vel etiam δι' ὑμᾶς i. e. *in commodum veſtrum*, ut Evangelium vobis prædicetur, vosque in illorum locum recipiamini. *(Æthiops Interpres τὸ δι' ὑμᾶς omittit, ſeqq. vero ita vertit:

quan-

quantum ad electionem autem አኃዊነ፡እምኀኔቱ፡በእንተ፡ አኃዊነ፡ *fratres noſtri ſunt de fratribus noſtris.)**

κατὰ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ, quia multi ex illo populo ſunt electi, ideò ſunt dilecti, ſcil. DEO, qui eos ad vitam æternam elegit. Luth. ad Paulum retulit: ſind ſie mir lieb/ vel hab ich ſie lieb. διὰ τοὺς πατέρας ob fœdus cum Patribus initum.

V. 29. Ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ.

ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ. Dona, quæ DEUS hominibus ex gratia donat ac promittit, i. e. gratuitæ promiſſiones & gratuita DEI vocatio ſunt ejusmodi, ut eorum ipſum nunquam pæniteat. *(Conf. 2. Tim. 2, 13. Cœterùm cùm dona DEI, ad quæ electio ad gloriam refertur, ἀμεταμέλητα ſunt, probant quoque inde Orthodoxi contra *Arminianos*, vid. Confeſſ. eorum c. 18. ſect. 6. ac *Socinianos*, vide Socinum Prælect. c. 12. & 13. Schlichtingium contra B. D. Meiſnerum p. 16. & 13. quòd electio ad gloriam non ſit variabilis. Sed hâc de re pluribus agit Dn. D. Calovius in Arminianiſmi Conſider. Diſp. 20. §. 21. it. in Socin. Proflig. ſect. 7. art. 7. controv. 2. conf. etiam not. paullò antè ad v. 22. Non obſtat verò noſtræ ſententiæ, quòd electi quoque fidem amittere ac Sp. Sanctum excutere posſint. id enim intelligendum eſt de amisſione fidei *totali* quidem, ſed non *finali*. Electi enim licet per peccata mortalia, contra ſcientiam & conſcientiam commiſſa, ad tempus fidem excutiant, adeoque gratiâ DEI excidant, iterum tamen eluctantur, tandemque ſalvantur, aliàs non eſſent electi, ſumtâ nempe voce hâc in ſignificatione ſtrictâ & propria. niſi enim DEUS illos ipſos in fide finaliter perſeveraturos, adeoque certò ſalvandos præſcivisſet, nec ad vitam æternam eosdem elegiſſet. Conf. quoque in hanc rem Anal. ad Matth. c. 6. v. 24. it. ad c. 10. v. 22. nec non ad c. 24, 24. Quemadmodum verò ex h. l. rectè colligitur, quòd electi non posſint finaliter excidere gratiâ DEI, fidemque amittere, atque adeò æternum perire. Conf. Dan.

12, 1. Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. Joh. 10, 28 ita minùs ſolidè exinde evinci poteſt, uti quidem Calviniani perſuaſum ſibi habent, vid. Pareus in Irenico aliique alibi adducti, quòd iidem nec totaliter posſint fidem excutere. multò verò adhuc minùs, quòd ne renati quidem fidem per peccata rurſus amittere posſint. contrarium enim in hoc ipſo capite, verſu nempe 17. ſeqq. Apoſtolus indicat. & alibi Scriptura Sacra tum claris effatis, tum exemplis docet, prout ſuprà oſtendimus. vid. not. ad v. 17. & 22. Probè igitur notandum, quòd dona DEI, quod ſpectat ad hominum ſalutem, ſint ἀμεταμέλητα ratione quidem DEI, omnium hominum ſalutem *cupientis*, 1. Tim. 2, 4. *promittentis*, Eſai. 28, 16. Joh. 3, 16. *offerentis*, Matth. 28, 19. fiant tamen quaſi *mutabilia* ratione hominis, gratiam oblatam *rejicientis*, vel *negligentis*, vel à DEO ſponte ac malitioſè ſe *avertentis* &c. Quorſum ſpectant dicta Marc. 4, 17. Actor. 13, 46. 2. Cor. 6, 1. 6, 2. tum enim dicitur, quòd DEUM pœniteat ſuorum bonorum, Gen. 6, 7. Jerem. 18, 10. Quomodo verò *pœnitentia*, quæ ἀνθρωποπαθῶς de DEO in ſacris prædicatur litteris, cum DEI immutabilitate conſiſtere posſit, oſtendunt B. Bar. Exeg. L. de Nat. DEI §. 155. it. Comment. in Geneſ. p. 181. 184. nec non Diſpp. Iſag. L. de Provid. §. 12. B. D. Geſnerus ac B. D. Rungius in cap. 6. Geneſ. Dn. D. Calovius in Socin. Proflig. p. 139. alii.)*

(Poteſt quoque porrò ex hoc ipſo Apoſtoli effato confirmari orthodoxa noſtra ſententia, quòd electi de ſalute ſua posſint ac debeant eſſe certi. Conf. itid. Anal. ad Matth. c. 24. c. 13. nec non Theſ. Theol. Decad. VII. §. 8. litt. a. & qui ibi Autores allegati. quibus etiam addi poſſunt B. P. Comm. in poſter. ep. Petri p. 69. ſeqq. Diſpp. Iſag. p. 761. ſeqq. B. D. Fewrborn. Faſc. 6. p. 204. ſeqq. Neque ſolùm ex DEI immutabilitate, verùm etiam ex Dei omnipotentia, 2. Tim. 1, 12. 1. Petr. 1, 5. precumque infallibili exauditione certitudo illa probari poteſt.)

V. 30. Ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτε ἠπειθήσατε τῷ Θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ.

ἠπείθησαν,

ἀπειθείᾳ. Plerique Codd. & Syrus diſtinctionem ponunt poſt ἀπειθείᾳ, ac tum ſenſus erit, quòd miſericordia gentilium ſit occaſio contumaciæ Judæorum, donec tandem ſingulari Dei miſeratione inde eluctati fuerint.

Per ipſorum inobedientiam, i.e. occaſione ea, quòd Judæi Evangelio credere noluerunt. Luth. über ihren Unglauben/
v. 11. 28. Beza ponit comma poſt ἠπείθησαν, & ſic ſenſus eſt, quòd miſericordia gentilium ſit occaſio futura miſericordiæ ſeu converſionis Judæorum, juxta v. 11. qua ratione trajectio ſiet in verbis, quæ ſic reſtituenda. Sic & iſti nunc increduli facti ſunt, ut & illi veſtrâ miſericordiâ (quâ vos DEus dignatus) miſericordiam conſequantur.

v. 31. Οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι.

Scopus Apoſtoli talis eſt, quòd inferre velit, quia Deus populum Judaicũ ſemel elegerit, & fœdus gratiæ cum eo erexerit, ideo nunquam fore, ut penitus eos rejiciat, ſed quosdam ſibi ſemper reſervaturum, in quibus fœdus ſuum confirmet. *(Arabs ita h.l. tranſtulit, juxta verſionem Londinenſium: *Sic & iſti nunc rebellarunt, ut vos miſericordiam impetretis, ut ipſi miſericordiam conſequantur.* Æthiops verò verba, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, planè non agnoſcit. Syrus verò ita reddit: *Sic & illi non acquieverunt nunc miſerationibus, quæ in vos extiterunt, ut ipſis quoque miſerationes fiant.*) *

οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει. Sic & iſti nunc fuerunt inobædientes, ut vobis contingeret miſericordia. Luth. Alſo auch jene haben itzt nicht wollen gläuben an die Barmhertzigkeit/ die euch wiederfahren iſt.

v. 32. Συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ.

*(Συνέκλεισε. Demonſtratur ex hoc loco 1. peccatum originis. 2. nullitas arbitrii in ſpiritualibus 3. univerſalis Dei voluntas homines ſalvandi. *Concluſit Deus omnes ſub incredulitatem*, colligavit quaſi, metaphora ducta eſt ab iis, qui colligunt manipulos. *(Aliter adhuc metaphoram hanc explicat Dn.

D. Joh. Olearius in Gymnaſio Pœnitentiæ p. 891. verbis o-mninò elegantisſimis, dignisque adeò, quæ hic repetantur. Συνέκλεισε, ſcribit, occluſit omnes ceu captivos, æqualiter ſenten-tiâ latâ ob incredulitatem, ut nil niſi ſupplicium reſtet. Quo inſtante ſequitur univerſalis miſeratio, Joh. 3, 16. pax per Filium, qui habet clavem inferni & mortis, Apoc. 1, 18 Eſaiæ 22. reſerantem clauſtrum & carcerem, Zach. 9, 11. per claves regni cœlorum, Matth. 18, 18. Joh. 20, 23. Eodem circiter modo etiam B. D. Wellerus exponit in h. l. Violentam autem præ-ſentis oraculi detorſionem, quæ apud Bezam in Volum. oper. f. 177. c. 7. aphor. 1. legitur, accuratè examinavit laudatus B. D. VVellerus in קדש יהוה ſive tract. Germano, *Sanctitas Dei*, inſcripto p. 325. ſeqq.)*

Gal. 3. v. 22. concluſit *Scriptura omnia ſub peccatum*. Paræus rectiſſ. p. 1208. *DEus non eſt cauſa contumaciæ, ſed tan-tùm concluſionis in contumacia.* Concluſit enim DEUS non *cauſaliter*, ſed *judicialiter*, ut exponitur Gal. 3. v. 22. Rom. 4. v. 9. 19. *(Et ita quoque exponit Amandus Polanus in Syn-tagm. cujus ſententiam amplectitur D. Grosſius in Theatro Biblico p. 1474. *Concluſit*, ſcribit, *h. e. lege ſuâ omnes contuma-ciæ convicit, eosq; habet judicio ſuo condemnationi obnoxios.* Con-cluſit non ἐνεργητικῶς, ſed ἐλεγκτικῶς. οὐ ὅτι ἀπειθεῖν [illegible], ἀλλ' ὅτι ἀπειθεῖς ἀπέδειξεν. uti habent Scholia Græca, procul ambiguo ex Chryſoſtomo, ut qui homil. 19. in ep. ad Rom. τὸ συνέκλεισε itidem exponit per ἤλεγξεν & ἀπέδειξεν ἀπειθοῦν-τας.)*

Toſſ. ſic exponit. *Deus tam Judæos, quàm gentiles permiſit cadere in peccatum & inobedientiam, ut ſuo tempore omnium ele-ctorum ex Judæis & gentib. miſereatur.* *Concludere ſub peccato*, eſt totum genus humanum, propter transgresſionem Adæ peccato corruptum, per vocem legis peccati accuſare, & reum æt. damnationis declarare. Concluſit DEUS homines ſub peccato, non peccatum in eis efficiendo, vel ad peccatum eos impellendo, ſed ut juſtisſimus judex declarando, eos o-mnes reos eſſe propter peccatum æternæ mortis & damnatio-nis.

nis. Orſin. in Volum. tract. Theol. in loco de lib. arbit. q. 2. perperam accommodat ad ſtatum integritatis, quaſi DEUS non dederit homini tantum gratiæ, ut labi non poſſet. *(Rectius Joh. Camero, & ipſe Calvinianus, in Myrothec. Evang. p. 197. ſtatuit, *quòd, poſtquam initio ſtatim poſt lapſum Adæ, primi parentis omnium gentium, cùm Judæorum & reliquarum gentium nullum eſſet diſcrimen, illa promiſſio multò dulciſſima,* ſemen mulieris conteret caput ſerpentis, *non magis ad illos, quàm ad hos pertineret, gentes verò à verâ religione defeciſſerant, ſpretâ eâ doctrinâ, quæ iis in familiis, unde originem duxere, præcipuè vigebat, ſiverit eas DEUS ſuo more vivere, ambulareq; in viis ſuis, ut jam diu volutati ac demerſi veluti in barathro quodam omnis generis ſcelerum, vocati tandem ad communionem gratiæ DEI in Chriſto, ſpectaculum præberent & exemplum illuſtre divinæ benignitatis.* Acceperant igitur protoplaſti non ſolùm tantum gratiæ, ut labi non poſſent, ſi modò perſeverare vellent: verùm dedit quoque DEUS tum ipſis, tum omnibus eorum poſteris dulciſſimam illam promiſſionem de ſemine benedicto, quod contriturum eſſet caput ſerpentis. quod beneficium omnibus paratum, omnibusque oblatum cùm gentiles diu ſpreverint, ſicuti etiam Judæi Chriſtum cum ſuis beneficiis rejecerunt, & etiamnum pertinaciter contemnunt ac blaſphemant: Sanè non divinæ gratiæ defectui, ſed propriæ hominum culpæ tribui debet, quòd plurimi non ſalventur. Unde etiam concluduntur ſub incredulitate, ſive jure arguuntur & convincuntur incredulitatis, per quam promeriti quoque ſunt, ut tanquam rami infrugiferi exciſi fuerint, ſed nec dum inſerantur, niſi reſipiſcant. Cæterùm quòd τὸ *concludere in incredulitate*, denotet h. l. *declarare*, ut judex, *omnes eſſe in peccato*, ac propterea etiam æternæ damnationis reos, (ceu Gal. 3, 22. exponitur, ubi Scripturæ hoc tribuitur, quia DEUS per Scripturam id facit.) non vero quòd DEUS ad incredulitatem eos crearit vel ordinarit &c. patet 1. ex disertâ omnis culpæ, cur homines non credant, à DEO remotione, Matth. 23, 37. 38. 2. Petr. 3, 2. ex

 gravis-

gravisſimæ pœnæ incredulis conſtitutæ comminatione. Marc. 16, 16. 3. ex ſimilium locorum, in quibus verba, quæ aliàs realiter ſignificant, de notificatione ſaltem intelligenda ſunt, collatione. Vid. Eſ. 30, 11. ſuprà c. 4, 15. &c. Ita verò DEus omnes concluſit ſub peccato, ut ſimul etiam omnes ad pœnitentiam vocet, nolens ullum perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti ac ſalvos fieri. Vid. Ezech. 18, 23. c. 33, 11. Luc. 24, 47. Actor. 17, 30. 1. Tim. 2, 4. c. 4, 20. 2. Petr. 3, 9. Notanter proinde Daniel Toſſanus, Calvinianus non ignobilis ad d. l. Petrinum: *DEUS*, ſcribit, *omnes ad pœnitentiam hortatur, etiam impios, ac concedit ipſis tempus pœnitentiæ. Quòd ergo non convertuntur, ejus rei culpa non reſidet penes Deum, ſed penes illos ipſos, qui longanimitate & patientiâ Dei peſſimè abutuntur.*) *

*(πάντας, non πάντα, quemadmodum Vulgatus legiſſe videtur, habet enim *omnia*. Diſertè Syrus ܟܠܢܫ *omnem hominem*. Interpres quoque Latinus Verſionis Æthiopicæ pariter quidem h. l. reddidit *omnes homines*: ſed in textu Æthiopico eſt unica vox ኵሉ፡ quæ utriusque generis & numeri, adeoque æquè reddi poteſt per *omnia*, quàm per omnes: adde, quòd utplurimum, quando de perſonis agitur, in plurali annexum habeat ſuffixum perſonale, h. m. ኵሎሙ፡. Arabs itidem ambiguè reddidit per الكل. Cæterùm πάντας legerunt quoque Chryſoſtomus, ejusque Abbreviatores Theophylactus & Occumenius. Similiter Hieronymus in c. 2. Mich. Notanter Primaſius, Epiſcopus Africanus, qui vixit ſeculo ſexto, præſentem locum explicat: *Concluſit, ſcribit, DEUS omnia in incredulitate. Quos invenit in incredulitate, Judæos omnes & gentes concluſit: quia antè Judæi peccatores erant, non perfidi: poſtquam autem omnes Chriſto non crediderunt, æquales ſunt gentibus: & ita miſericordia indigent omnes & conſequuntur. omnes æqualiter incredulos deprehendit.*) *

*(Quòd verò part. ἵνα h. l. non *cauſaliter*, ſed *eventualiter* exponi debeat, patet ex eo, quòd DEUS aliàs ſtatuerit peccati

peccati cauſa. contra Pſ. 5, 5. Obſervandum igitur, quòd non inſolens Sc. Sacræ ſit, quædam efferre αἰτιολογικῶς *cauſaliter*, quæ tamen intelligenda ἐκβατικῶς *eventualiter*. Vid. Pſalm. 51, 6. Luc. 7. 47. Joh. 9. 39. Conf. & Damaſcenus lib. 4. de O. F. c. 20. it. Anal. ad Matth. 27, 35.)*

*(εἰς ἀπείθειαν. Sermo eſt de *repugnantia naturali*, omnibus hominibus, etiam illis, quibus actu ſecundo Evangelium non prædicatur, communi, ceu patet ex collatione ſeqq. locorum Coloſſ. 3, 6. Eph. 2, 2. c. 5, 6. quin ex v. 30. proximè præcedente. Et ita quoque adhibetur vox ἀπειθείας ſuprà c. 2, 9. Gal. 3, 22.)*

Per ἀπείθειαν intelligitur *inobedientia* ac contumacia, quæ comparatur ligamento, quo manipulus colligatur. Polan. Beza. Piſc. ſed rectiùs accipitur γενικῶς pro *incredulitate*, ſicut Gal. 3, v. 22. exponitur, *Scriptura concluſit omnia ſub peccato.*

*(πάντας ἐλεήσῃ. Si DEus omnium vult miſereri, ſequitur, quòd ſecundùm voluntatem antecedentem omnes velit ſalvos, neque quenquam ex abſoluto odio reprobarit. eſtque hæc gratioſa DEI voluntas non ſolùm *univerſalis*, 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9. ſed etiam *ſeria*. quod patet 1. ex *DEI veritate*, Deut. 32, 4. Joh. 3, 33. c. 14, 6. Rom. 3, 4. 2. *juramenti divini ſolennitate*, Ezech. 33, 11. conf. Ebr. 6, 17. 3. *parabolarum claritate*, Matth. 11, 41. c. 22, 7. 4. *Chriſti lacrymantis* [illegible], Luc. 19, 41. Vid. omninò B. D. Hutterum LL. Theol. Maj. p. 792. ac adde autores alios Decad. XI. Theſ. Theol. § 1. litt. a. c. Nec τὸ omnes accipiendum ſolùm de generibus ſingulorum, h. e. quòd aliquorum tam ex Judæis, quàm ex gentilibus DEUS miſertus fuerit, ceu Calviniani, Toſſanus, Piſcator, Paræus in h. l. it. Beza part. 2. Reſp. ad Act. Coll. Mompelg. p. 223. Polanus in Syntagm. l. 2. c. 23. Groſſius in Vind. h. l. VVendelinus in Exerc. Altingus in L. C. aliiq; ſtatuunt, quibus etiam ex Pontificiis hodie Jeſuitæ adſurgunt, ſed de ſingulis generum. Argumentamur è præſenti loco ita: Quos DEUS voce legis ſub peccato concludit, i. e. propter peccatum accuſat, illorum etiam vult miſereri. At omnes & ſingu-

ſingulos homines voce legis propter peccatum accuſat. F. Nec obſtat univerſali Dei miſericordiæ, uti quidem Grotius d. l. aliique Calviniani ſibi perſuadent, *quòd non omnes homines actu ſalvantur*. etenim diſtinguendum inter *miſericordiam ipſam*, & *ſalutarem ejus fructum*; ſive inter *Dei miſerentis intentionem*, & *hominum applicationem*. illa *univerſalis* eſt, ſed fructus ſalutaris h. e. juſtificatio & ſalus, hominum incredulitate ſeu propria illorum, qui damnantur, culpâ, dum gratiam oblatam non accipiunt, nec beneficia Chriſti morte parta ſibi applicant, ſed reſpuunt, contemnunt &c. *particularis* fit. qua de re alibi actum. vid. Analecta ad Matth. 11, 28. c. 23, 37. Coloſſ. 1, 28. Quàm latè igitur patet culpa, Actor. [illegible] Rom. 1, 23. tam latè etiam patet gratia, ſive divina miſericordia, in ſe ſpectata. Conſeq. probatur ex hujus epiſt. c. 1, 16.)*

v. 33. Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ.

O profunditatem divitiarum, i. e. ô profundas divitias. Luc. 1. v. 78. *viſcera miſericordiarum* i. e. miſericordiæ viſcerum ſive commovens viſcera. Per *divitias* intelliguntur divitiæ gratiæ divinæ, cap. 9. v. 23. Per *ſapientiam* divina providentia, quâ omnia regit & ad fines ſuos quodvis dirigit. Per *cognitionem*, quâ DEUS omnes, præſertim verò ſuos novit. Poteſt etiam ſimpliciſſimè exponi hoc ſenſu, quod DEI ſapientia ſit imperſcrutabilis ob profunditatem, ſuperabundantiſſima & imperveſtigabilis.

*(βάθος. Vid. Pſ. 36, 7. Pſal. 92, 6. Minùs verò rectè ex h. l. abſolutum reprobationis decretum ſtabilire [illegible] ſatagunt, vid. Flockenius c. 1. Op. Theol. p. 405. alii quòd causa omninò reprobationis cauſa in hominibus ſit, ipſe Apoſtolus noſter ſuprà indicavit v. 20. Multò minùs fingendum [illegible] rum aliquod *myſterium* eſt, *verbo* divinitùs nobis revelato [illegible] *[illegible]*, ita ut hinc ſtatuatur alia *voluntas ſigni*, alia *beneplaciti*. contra Actor. 20, 27. Eph. 1, 9. 10. Sed plura in hanc rem conferantur in Diſpp. Iſag. B. P. L. de Prædeſt. c. 6.)*

Ope-

Cognitionem DEI quidam exponunt activè, quâ ſcil. cognitione DEUS cognoſcit & ſapienter adminiſtrat res à ſe conditas: quidam verò pasſivè, quâ ſcil. cognitione DEUS à nobis cognoſcitur. priorem expoſitionem videtur confirmare vox σοφίας.

*(ἀνεξιχνίαστοι. Conf. Pſal. 147, 5. Eſaiæ 55, 8. 9. Syr. 42, 17. 18. Joh 3, 12. 13. In Vulgatâ editione minùs rectè legitur *inveſtigabiles*, cùm potiùs contrario ſenſu reddi debeat vox Græca. (quemadmodum etiam Syrus vertit: ܠܐ ܡܬܥܩܒܢ *non veſtigabiles*. Arabs juxta Interpret. Londinenſium: *viarum ejus veſtigiis non inheretur*. Æthiops: አልቦ፡ዘያእ ምረ፡በቁትሙ፡ *non* ſive *nequaquam quòd cognoſcentur judicia ejus*.) Unde etiam Benedictus Arias Montanus correxit, & in verſione interlineari vertit: *imperveſtigabilia*. Videtur autem olim lectum fuiſſe in Vulg. *ininveſtigabilia*, (quomodo non ſolùm Tertullianus, & Hilarius lib. 8. de Trinitate habent, verùm etiam vetuſtisſima exemplaria, teſte Eraſmo, quondam exhibuerunt.) cum autem vox hæc minùs commoda videretur, deleta primâ ſyllabâ, remanſiſſe *inveſtigabilia*. Guilielmus tamen Eſtius etiam τὸ *inveſtigabile* negativè explicat, nempe quòd nequeant inveſtigari. Aliam tamen adhuc medelam quæſivit Laurentius Valla c. 12, 17. qui poteſt conſuli. Cæterum disquiri etiam ſolet, unde ſententia hæc Paulina v. 33. & 34. depromta ſit. Sixtus Senenſis l. 1. Biblioth. Sanctæ ſect. 2. & Coccius t. 1. Theſ. l. 6. art. 9. exiſtimant, quòd Apoſtolus verba illa: *quis cognovit* &c. deſumſerit ex *libro Sapientiæ*. atque inde porrò inferunt, quòd liber Sapientiæ ſit liber Canonicus, cùm in N. T. ab Apoſtolo allegetur. Verùm ſi nuda libri alicujus in N. T. allegatio canonicam illi autoritatem conciliaret, quot quæſo ſcripta apocrypha in canonicæ autoritatis faſtigium evehenda eſſent. Vid. Prolegomena in ep. Judæ. Alii proinde Pontificii, uti Thomas de Aquino, AngloRemenſes, Card. Cajetanus ac Jeſuita Juſtinianus in Comm. h. l. Dominicus item à Soto atque Eraſmus in Annot. ad 1.

Cor. 2. rectiùs ſtatuunt, quòd ex Eſaiæ c. 40, 13. aliquid ab Apoſtolo h. l. citetur. Idem Juſtinianus utut d. l. ſcribat, ſimile quiddam verbis Apoſtoli legi in libro Sapientiæ c. 9, 12. non audet tamen adſerere, quòd Apoſtolus teſtimonium inde petierit. Jeſuitæ Tirino videtur Apoſtolus ſententiam hanc: *quis prior* &c. deſumſiſſe ex Jobi 41, 2.. Noſtrates largiuntur, quòd cum Paulo Apoſtolo faciat Jobus d. l. interea probabile maximè cenſent, quòd Apoſtolus reſpexerit ad Eſ. 40, 13. & quidem ſicuti LXXII. verſio ibi habet.) *

Per τὰ κρίματα intelligitur voluntas Dei conſequens & judiciaria, quâ incredulos & impœnitentes damnat.

V. 34. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο.

*(τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου. ſubintellige, niſi cui DEUS voluntatem ſuam revelaverit, Eſ. 40, 13.14. Sapient. 9, 13. 1. Cor. 2, 16. Diſt. igitur inter *cognitionem naturalem, & revelatam.* de hac agitur in ep. ad Cor. de illa præſenti loco.) *

*(ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο. Conf. Pſ. 33, 6. 11. Prov. 8, 14. 22. Eſaiæ 9, 6. c. 40, 13. c. 46, 10. Obſervandum hîc, 1. quòd *pronomen interrogativum* h. l. & ſeq. verſ. abſolutè *neget.* adeoq; τὸ *quis conſiliarius* &c. idem hic ſonat, ac *nemo hominum.* Conf. gemella exempla Pſ. 94, 16. Pſ. 106, 2. Pſ. 113, 5. Eſ. 53, 8. Ebr. 1, 5. 13. 2. Quòd non ſequatur, τὸ ἐγένετο h. l. notat *fuit*, ergò etiam eandem ſignificationem habet Johan. 1, 14. ita ut ſenſus dicti Johannei ſit, quòd Chriſtus fuerit homo fragilis. ceu Photiniani volunt. vid. Catech. Racov. p. 109. Oſterod. in Inſtit. Germ. c. 18. Quo ſenſu enim τὸ ἐγένετο apud Joh. adhibeatur, patet ex coll. loci paralleli Gal. 4, 4.) *

V. 35. Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ.

*(ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀντιποδοθήσεται αὐτῷ. Videntur obſtare verba Chriſti Matth. 16, 27. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τότε (in die ſc. pantocritico) ἀποδώσει ἑκάστῳ &c. Reſp. diſting. inter *redditionem* ob *gratuitum promiſſum*, & ob antecedens *meritum*;

ſive

ſive cujus cauſa eſt *gratuita Dei promiſſio*, & iterum, cujus cauſa eſt *hominis meritum*. Quam diſtinctionem è veteribus inſinuant S. Auguſtinus ſerm. 16. de verbis Apoſtoli, itemque Gregorius M. l. 33. Moral. c. 20. Non hoc poſteriori, ſed priori modo accipiendum oraculum Chriſti apud Matthæum l. c. eſt. Apoſtolus verò loquitur de redditione, cujus cauſa ſit meritum aliquod hominis, & talem redditionem apud Deum locum habere, negat. Atque huc etiam facit diſtinctio inter *mercedem debiti* & *gratiæ*, quâ de alibi egimus. Vide ſis Analecta ad Matth. 5. v. 12. it. ad c. 16. v. 27. Agnoſcunt verò ipſi nonnulli Pontificii, ceu ſuprà ad v. 6. de Jeſuita Juſtiniano, cui etiam Eſtius hîc adſtipulatur, monuimus, Deum gratis nos *elegiſſe*, & huc Apoſtolum hîc reſpicere, ſed non gratis, ſive absque operum noſtrorum merito, *juſtificare* & *ſalvare, cùm contrarium ex* 2. *Tim.* 4, 8. pateat. Verùm cùm eædem cauſæ & electionis & ipſius ſalutis juſtificationisque ſint, ut ſuprà oſtendimus, minimè omnimò effugium illud locum hîc habet. Quod ſpectat ad locum ex ep. ad Tim. de eo videndus B. P. eſt in notis ad dictam epiſt.) *

v. 36. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ἐξ αὐτοῦ, à quo omnia ſunt condita, δι᾽ αὐτοῦ per quem omnia conſervantur ac gubernantur, εἰς αὐτὸν, ad cujus gloriam omnia ſunt condita. Omnia ſunt ex Deo, non ut ex *materia*, ſed ut ex *cauſa efficiente*, non producente illa ex ſe per generationem ut Pater Filium; vel per ſpirationem, ut Pater & Filius SS., ſed per creationem ex nihilo, i. e. nulla materia, vel ex materia indispoſita ſimpliciter & inhabili. Piſcator *ineptos illos pronunciat, qui tria iſta membra*, ἐξ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν, *ad tres perſonas Trinitatis applicant*. Sed temerarius ipſe, qui explicationem cum fidei analogia & aliis Scripturæ dictis congruentem & patribus receptam, ſine cauſa rejicit.

*(Cœterùm ſolent ex h. l. ac ſimilibus, uti Joh. 1, 3. 1. Cor. 8, 6, c. 15, 57. 2. ep. ad Cor. 5, 18. Col. 1, 16. Eph. 3, 9. Ebr. 1, 3. &c.

Orthodoxi probare, quòd cùm Chriſto opus creationis & conſervationis hîc tribuatur, ipſe ſit verus & æternus Deus, ut cui ſoli competit tale opus. Excipiunt Sociniani, vid. Crellius p. 224. Catech. Racov. p. 139. Socinus ipſe contra Bellarm. c. 5. claſſ. 3. arg. 13. p. 337. *quòd tantùm præpoſitio* ἐξ, quæ ad ſolum Patrem hîc referatur, *cauſæ efficientis ſupremæ* indicium ſit, τὸ διὰ verò *cauſæ mediæ, inſtrumentalis, ac ſecundæ.* Verùm notandum eſt, quòd 1. ſtramineum ſit argumentum, canoni illi: *Ubi quis per alium aliquid facere dicitur, ibi ille cauſa principalis, hic cauſa minùs principalis ſive inſtrumentalis eſſe inſinuatur.* ſuperſtructum, quòd enim regula hæc non ſit univerſalis, ipſe largiri Crellius Photinianus cogitur, & clarè etiam patet ex 1. Theſſ. 4, 2. itemque ex 2. Theſſ. 3, 12. Sciendum 2. quòd τὸ διὰ etiam Patri, quem tamen cauſam principalem eſſe, nec Photiniani negare audent, in ſacris litteris tribuatur. Vid. 1. Cor. 1, 9. Gab. 1, 1. Quòd verò 3. in hoc ſignificatu præpoſitio διὰ accipienda ſit, quando *per Filium* omnia dicuntur condita, conſtat tum exinde, quòd creatio rerum omnium nullam admittat cauſam intermediam ſive inſtrumentalem, tum quòd etiam in caſu recto opus creationis Filio tribuatur, ceu ex Pſ. 102, 26. Prov. 8, 30. Ebr. 1, 10. aliisque locis videre eſt, tum denique, quòd ita dicantur omnia per Filium condita, tanquam per *ſapientiam* & *Verbum Dei hypoſtaticum*, Prov. 8, 22. Joh. 1, 3. per *imaginem DEI*, Coloſſ. 1, 16. *per ſplendorem gloriæ Patris & hypoſtaſeos ejus*, Ebr. 1. 3. Notandum igitur 4. quòd vocabula illa ἐξ, διὰ, εἰς de SS. Trinitatis perſonis adhibita non indicent *virtutis* vel *eſſentiæ divinæ*, utpote quæ una numero omnibus perſonis, puta Patri, Filio & Spiritui S. communis eſt, tota in Patre, tota in Filio, tota in Sp. Sancto, diverſitatem vel *inæqualitatem*, ſed diſcriminis ſive *diſtinctionis perſonarum veritatem* ac *realitatem*. Vide Baſilium Magnum lib. de Sp. S. c. 1. Cumprimis verò hîc 5. repetendum ac Photinianis inſuſurrandum aureum illud oraculum Joh. 5, 19. ἃ ἂν ἐκεῖνος (πατὴρ) ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς N. B. ὁμοίως ποιεῖ. *quæcunque ille* (Pater) *facit,*

hæc

hæc & Filius ſimiliter, eâdem & æquali virtute divinâ, *facit*. Pone jam, quòd Pater ſit cauſa creationis principalis, Filius verò ſaltem cauſa ſecunda, minùs principalis ſive inſtrumentalis, certè hautquaquam ὁμοίως, ſed ἀνομοίως dici poterit, ea facere Filius, quæ Pater facit. 6. Illud quoque obſervatione dignum, quòd vetus hæc ſit cantilena, quam ab Arianis, famoſis illis hæreticis, mutuati Sociniani ſunt, ceu de illis produnt Athanaſius Serm. 3. contra Arianos Cyrillus lib. 1. in Joh. cap. 3. Confer ſis Annot. ad Coloſſ. 1, 16. nec non ad Joh. 1, 3. Cœterùm ut ut minimè eamus inficias, quòd particulæ διά, ἐξ & εἰς non eo ſemper modo in divinis literis adhibeantur, ut ἐκ Patri, διά Filio ac εἰς Sp. Sancto tribuatur, contrarium enim præter loca jamtum allegata, ſatis dicta ſeqq. Eph. 4, 16. Col. 2, 19. Ebr. 2, 10. indicant: rectè tamen noſtrates, primitivæ Eccleſiæ Doctores, Auguſtinum in Pſal. 5. it. l. de Fide & ſymb. c. 9. ac l. 1. de Trinit. c. 6. Baſilium de Sp. S. Hilarium lib. de SS. Trin. pag. 109. ſequentes, adſerunt, quòd SS. Trinitatis myſterium ab Apoſtolo hîc inſinuetur: agitur enim de tali opere, quod omnibus Trinitatis perſonis commune eſt. Senſusque eſt h. l. Ex ipſo (Patre, tanquam fonte tum totius SS. Trinitatis, tum rerum omnium) per ipſum (Filium, conf. Joh. 1, 3. Col. 1, 16. 17.) & in ipſo Spiritu Sancto, vid. Pſal. 33, 6. Sap. 1, 7.) omnia. juxta Gloſſam Bibl. Erneſtinorum. Conf. etiam B. P. Diſpp. Iſag. p. 428. ac 648. Id quod contra Enjedinum Socinianum pag. 269. itemque contra Joh. Piſcatorem Herbornenſem, de quo ſuprà, notandum eſt. Facilè tamen largimur, quòd longè clariora adhuc teſtimonia pro SS. Trin. myſterio in Scriptura Sacra, præter hoc à particularum diſtinctivarum uſurpatione deſumtum, extent. Etenim cumprimis illud patet 1. ex SS. Trinitatis tum in Chriſti baptiſmo, tum in ejusd. transfiguratione, apparitione, Matth. 3, 16. 17. c. 17, 3. 2. ex Baptiſmi noſtri inſtitutione, Matth. 28, 19. 3. Conceptionis Chriſti annunciatione, Luc. 1, 35. 4. miſſionis Spiritus Sancti promiſſione,

Joh. 14, 16. cap. 15, 16. 5. Apoſtolica benedictione, 2. Cor. 13, 13. Apoc. 1, 4. 5. Sicuti proinde minimè inepti cenſendi, qui tria illa membra ad SS. Trinitatis myſterium applicant: ita nec hæreſeos accuſandi ſunt, qui ſi aliàs de SS. Trinitatis myſterio rectam tenent fidem, locum hunc de DEO in genere explicant. Sicuti etiam B. D. Calixtus ita eum παραφράζει: *Ex ipſo* tanquam cauſa principe, *& per ipſum*, tanquam dirigentem & diſponentem, *& in ipſum*, utpote ultimum finem; ex ipſius potentiâ, per ipſius ſapientiam, in ipſius bonitatem *ſunt* & diriguntur *omnia*. Sic & veterum Eccleſiæ Dd. non pauci de DEO in genere ſive abſolutè præſens oraculum expoſuerunt, ceu ex Chryſoſtomo, Primaſio, aliisque videre eſt.) *

CAP. XII.

v. 1. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

INcipit Apoſtolus de conſequente Juſtificationis i. e. de bonis operibus in genere & in ſpecie agere. *(Utitur verò Apoſtolus triplici argumento, quô eò faciliùs Bonorum operum ſtudium Romanis commendet. Primum nititur miſericordiæ divinæ interpoſitione. Alterum fulcitur melioris ſpei de ipſis conceptæ commemoratione. Tertium deſumtum ab æquitatis ac debitæ gratitudinis ratione.)*

διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ. Quàm caræ ſunt vobis DEI miſerationes. Per οἰκτιρμοὺς phraſi Hebraica intelliguntur *opera ſeu effecta miſericordiæ divinæ*, i. e. beneficia in nos indignos collata. Vel per *miſericordiam DEI in Chriſto vobis exhibitam vos hortor*. Origenes notat, emphaſin eſſe in numero plurali, ut denotetur immenſa DEI miſericordia.

*(Phraſeologiâ nempe Ebraica. Probat enim B.D.Glaſſ. Gr. Sacræ p. 89. aliique Sc. S. Interpretes, *pluralem numerum quandoq; pro ſingulari poni, ad denotandam magnitudinem & excellentiam.* quam regulam confirmant plurima Sc. S. effata, vid. Gen. 19, 11. Joh. 40, 10. Pſ. 22, 4. Pſal. 89, 2. Prov. 1, 20. Thren. 3, 22. ac plura alia, à B. D. Glaſſio l. c. adducta. Sicuti verò Apoſtolus h. l. τῶν οἰκτιρμῶν θεοῦ miſericordiarum ſive immenſæ DEI miſericordiæ mentionem facit, ita alibi, puta 2. Cor. 1, 3. Deus πατὴρ οἰκτιρμῶν ab eodem vocatur. Propheta quoque Zacharias c. 1, 16. ejuſdem miſericordiæ meminit, ita Deũ introducens: *Revertar ad Jeruſalem* ברחמים *in miſericordiis*. quâ voce, & quidem itidem in plurali, Syrus quoq; tum hîc, tum 2. Cor. 1, 3. utitur. Arabs verò adhibet hîc vocem رأفات, quæ itidem *miſericordiam, commiſerationem* notat, nempe à radice رأف i. e. *commotus miſericordiâ fuit*, à quâ etiam deſcendit nomen رؤف, quo Turcæ Deum inſignire ſolent,

ita

ita in ſuis precationibus orantes: يا الراحم من كل رحيم i.e. *ô miſericors præ omni miſericorde.* Nec ignotum tamen illis & nomen رحمن eſt, (quod ab ead. rad. רחם deſcendit, notatque *miſertus eſt, vehementer amavit*, ceu mater ſobolem, quam ברחם ſive *in utero* geſſit, amare ſolet.) Notum enim, quòd iidem illi, Mohammedanos dico, omnibus ferè libris, cujuscunque etiam argumenti ſint, præmittere ſoleant illud بسم الله الرحمن الرحيم i.e. *In nomine DEI miſeratoris miſericordis.* quemadmodum & iisdem ſolenne eſt, ubi defuncti alicujus mentionem faciunt, ſubjicere iſtam benè precandi formulam رحمه الله i.e. *miſereatur ejus DEUS.* Æthiops utitur h. l. nomine ሠሀሉ፤, quod eſt à radice inuſitata ሠሀለ፤ quæ in Tapah. ſive Conjug. 8. notat *delicti veniam dedit*, unde & nomen ማሥሃለ ፤ quo ἱλαστήριον, de quo Exod. 37, 33. ac Lev. 16, 2. agitur, Æthiopi Interpreti Ebr. 9, 5. venit. Nec illud tacendum hîc, quòd Talmudiſtis DEUS κατ᾽ ἐξοχὴν רחמנא dicitur, ceu conſtat ex monito illorum רחמנא ליבא בעי i.e. *DEUS cor requirit.* Simile exemplum & Buxtorfius in Lex. Rabb. Talm. adducit voce רחמן. N. T. Scriptores verbum רחם pulcerrimè exprimere ſolent per σπλαγχνίζομαι, de cujus emphaſi alibi actum. Vid. Analect. ad Matth. 9, 36. c. 14, 14. Coloſſ. 3, 12.)*

παραστῆσαι verbum eſt ſacrificale, ſiſtere DEO ut gratum & acceptum ſacrificium.

τὰ σώματα ὑμῶν. Per τὰ σώματα συνεκδοχικῶς intelliguntur pii, animâ & corpore conſtantes. *(Cùm igitur renovatio divinæ imaginis in corpore etiam, adeoque in toto fiat homine, conf. 1. Cor. 6, 19. 1. Theſſ. 5, 23. patet, quòd etiam imago Dei priùs in toto fuerit homine. Id quod contra Calvinianos, Urſinum L. de Creat. hominis t. 1. Oper. pag. 566. Polanum part. 2. Syll. Theſ. Theol. p. 56. notandum eſt. quos contra prolixiùs diſputat B. Par. Diſp. Iſagog. p. 786. Neque tamen ita vox σώματος hîc accipitur, ut mentis renovatio excludatur: quin potiùs ſicuti vocabulum *carnis* quando de natura hominis poſt lapſum conſideratâ ſermo eſt, ut ſuprà c. 7. ab

Apo-

Apoſtolo non ita ſtrictè accipitur, ut menti opponatur, ſed potius ut totum hominem ſignificet, quat. adhuc ſub carnis vetuſtate conſtitutus eſt, & ſic mentis quoque, nondum perfectè renovatæ corruptionem, quod patet ex coll. Gal. 5, 20. Coloſſ. 2, 18. ita ſimiliter vocabulum σώματος in ſignificatu latiori hic adhibetur. Neq; enim vera ac DEO grata ſanctificatio ac renovatio in exteriori tantummodo corporum ſanctitate conſiſtit, quin potius interior mentis puritas ſimul, & quidem cumprimis requiritur. Quando verò Apoſtolus vult, ut pii ſiſtant corpora ſua ſacrificium, tum cumprimis reſpectum ad illa ſacrificia habet, quæ *holocauſta* dicebantur. Quemadmodum enim talia liberè & ſponte offerri debebant, ita & cultus noſter non debet eſſe coactus, Pſal. 110, 3. Sicuti porrò totum illud ſacrificium accendi debebat, unde quoque a Græcis appellatio ceſſit, ita & totos nos DEO conſecrare debemus, non labiis ſolùm DEUM honorare. Dicebatur ſacrificium hoc עולה ab *adſcendendo*, ita & nos terrena hæc vilipendere ac toto corde adſcendere ad DEUM debemus, quærentes ea, quæ ſurſum ſunt. Quemadmodum verò Pharao omni conatu populum Iſraëliticum impedire ſatagebat, ne DEO ſacrificaret, Exod. 3. ita nec miremur, quòd Satanas ſpiritualia noſtra ſacrificia variis terrenis cogitationibus impedire conetur, ſive ſacrificium illud ſit cordis contriti, Pſ. 51, 19. ſive animi grati, Ebr. 13, 15. ſive affectûs benefici, Phil. 4, 18. Sed non eſt hujus loci, prolixiùs hæc talia pertractare. Conf. Auguſt. l. 10 de C. D. c. 5. & 6. Cumprimis etiam huc ſpectat locus Philipp 2, 17. Nec dubium eſt, quin Chriſtus etiam ad metaphoram hanc Matth. 5, 13. Marc. 9, 49. ac Luc. 14, 34. reſpexerit, prout quoque non ineleganter declarat Cappellus in Spicil. p. 44. Conf. etiam huc Zach. 14, 20. & in eum locum Comm Sanctii.)*

ζῶσαν opponitur ſacrificiis mactatarum pecudum in V. T. ac reſpicit ſimul ad vivificationem Spiritus Sancti. Sæpè Scriptura cultum Chriſtianorum in N. T. appellat nominibus Leviticis ſive Moſaicis V. T.

*(ζῶσαν. Benè monet B. D. Calixtus in h. l. quòd Apoſtolus hâc voce alludat ad ritum deligendi hoſtias, ut nota oportebat, juxta edictum legis, eſſe *vivas*, ſanas, integras. Dicuntur etiam ſpiritualia piorum ſacrificia *viva*, quia dum caro peccati mortificatur, ſurgit ſpiritus vitæ. De ſpiritualibus ſacrificiis piorum, quæ ſunt mentis gratæ, orationis ſinceræ, patientiæ &c. vid. Pſ. 50, 23. Pſal. 141, 2. Ebr 6, 13 ... *

*(ἁγίαν, puta ex corde puro & fide purificato, Act ... 9. cumprimis verò reſpectus habetur ad ſanguinem Chriſti, qui fide apprehenſus totos nos purificat, 1. Joh. 1, 7. *

*(εὐάρεστον τῷ Θεῷ, nempe itidem per fidem, Ebr. 11, 6. *

λογικὴ &c. Per cultum λογικὸν non intelligitur 1. ... rationis arbitrio deſumitur, aut ad rationis trutinam examinatur 2. nec moderata & cum diſcretione conjuncta carnis maceratio, ſed 1. is, qui ſacrificiis Leviticis eſt oppoſitus. 2. qui mente per SS. illuſtrata probat, quæ ſit DEO placens voluntas v. 2. 3 qui ſincerus eſt & incorruptus. 1. Petr. 2. 2. λογικὴ λατρεία dicitur, quia hujusmodi ſacrificium in cultum ... DEO debitum redundat. Orig. lib. 9. Ep. Rom. *Qui membra ſua mortificant, hoſtiam viventem rationabiliter offerunt, & ... ſacrificiorum, quæ in Levitico eſt, ſecundùm ſpiritualem intelligentiam complent. Si ſuperbiam vincunt, immolant ...; ſi iracundiam ſuperant, arietem; ſi libidinem, hircum. & ... lubricos cogitationum reſecant volatus, columbas & turtures.* Greg. hom. 22. in Ezech. *Altare holocauſti eſt mens bene vivens ... Hoſtia vivens eſt corpus Domino afflictum. Hoſtia, quia ... mundo eſt mortuũ; vivens, quia cuncta, quæ prævalet, bona ...*

*(In eandem rem & Auguſtinus in Pſal. 50. ſcribit: ... *extrinſecus, quod mactes, inquirere, habes in te, quod ...* Porrò de metaphorâ hâc vid. B. D. Glaſſ. Rhet. S. p. 418. ... untque huc loca ſeqq. Eſ. 19, 21. c. 56, 7. c. 60, 7. Pſal. ... Pſ. 50, 14. Pſal. 51, 19 Pſ. 141, 2. Malach. 1, 12. 1. Petr. 2, 5. infra c. 15, 16. 18. Phil. 2, 17. c. 4, 18. Ebr. 13, 16. 2. Tim. 4, 6. Adde laudati Glasſii Exeg. Ev. & Epiſt. part. 1 p. 1088. ſeqq. Quod verò per λογικὴν λατρείαν 1. non debeat intelligi cultus ex rationis arbitrio excogitatus, vel ad rationis amuſſim ...

quod

quod *Pontificii* volunt, ſatis patet ex Matth. 15, 9. Coloſſ. 2, 22. cumprimis verò ex Num. 15, 39. Eph. 2, 10. nec 2. hoc nobis ab Apoſtolo inculcetur, quòd articuli fidei ad rationis humanæ trutinam examinari debeant, quod *Photiniani* & *Calviniani* volunt, itidem ex 2. Cor. 10, 5. Eph. 3, 20. manifeſtum eſt. Conf. B. Par. Exeg. L. de Script. Sacrâ §. 23. & 24. it. §. 433. ac 477. in Exeg. L. de SS. Trin. §. 32. & 33. B. D. Hunnium in Exam. Errorum Photin. L. 1. p. 79. 80. nec non auctores alios Decad. 1. Theſ. Theol. §. 3. litt. h. in ſpecie contra *Pontificios* omninò vid. B. D. Bald. in h. l. q. 1. Nec λογικὴ hîc conſideratur, quatenus deſcendit à λόγῳ, prout *rationem* ſignificat, ſed quatenus eadem vox *Evangelium* denotat, ceu tali in ſignificatu occurrit 1. Petr. 2, 8. ſicuti eidem Apoſtolo Petro τὸ λογικὸν idem eſt ac εὐαγγελικὸν γάλα. Colligunt porrò ex h. l. Theologi, (vid. B.D. Bald. in C. C. p. 526) quòd, cùm obſequium corporis noſtri *rationabile* eſſe debeat, corpus non ita macerandum ac debilitandum jejuniis ſit, ut ad preces & exercitia pietatis fiat ineptum. Unde etiam meritò riſu excipit Eraſmus Roterodamus Papicolas, qui rationale obſequium de carnis maceratione exponunt. quâ de re prolixiùs diſſerit B. D. Bald. in h. l. Q. 2.)* Opponitur verò cultus λογικὸς ceremoniali cultui V. T. Joh. 4. v. 21. *adorare in ſpiritu & veritate.* Poteſt etiam intelligi oppoſitum ſacrificiis pecudum ἀλόγων, ac reſpicit ad ſpirituale ſacrificium cordis Deo ſervientis, 1. Petr. 2. v. 5.

(Oraculum hoc Apoſtolicum ſingulari homilia expoſuit D. Andr. Rivetus, quæ habetur t. 2. p. 1229. ſeqq.)

v. 2. Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

Συσχηματίζεσθαι *configurari huic ſeculo* dicuntur, qui ſe accommodant moribus hujus mundi, qui mundanam quærunt gratiam, de divina gratia parùm interim ſoliciti. * (Eſt verò locutio metonymica, quâ illud, quod in tempore ſive mundo, qui per ſecula durat, fit aut exiſtit, qualis eſt impietas hujus mundi ſive hominis impii, in ſeculo hoc viventis, ipſi

mundo tribuitur. Et hoc ſignificatu alibi quoque vox αἰὼν in ſacris litteris occurrit. vid. Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. Luc. 16, 8. 2. Cor. 4. 4. Gal. 1, 4. Eph. 2, 2. & alibi. Sic 1. Joh. 5, 19. ſcribit Apoſtolus: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.)*

μεταμόρφωσις eſt transformatio ac renovatio mentis per Sp. S. ſicut Chriſtus luce cœleſti transfiguratus eſt in monte. Renovatio noſtra initium ſumit ab immutatione mentis, ut agnoſcamus, quid DEO gratum ſit. ergo etiam menti adhæret corruptio ac pravitas.

*(Oraculum hoc ex profeſſo pertractat B. Par. Rom. Acad. parte 1. Domin. Quinquageſ. ubi notat, quòd duæ ſint Aphoriſmi hujus Apoſtolici partes. 1. Apoſtolica exhortatio. 2. Eidem incluſa exhortationis ratio. Diſtinguendum verò ante omnia eſſe, monet, inter *vivere in mundo*, & *ſecundum mundi curſum vivere*, i. e. mundo ſeſe conformare, quod fit I. ratione interiorum affectuum, 1. Cor. 2, 12. Joh. 3, 31. qui hoc modo affectus, non quærit quæ ſurſum ſunt. Col. 3, 2. II. ratione exteriorum actuum, & quidem 1. in verbis Joh. 3, 31. 1. Joh. 4, 5. 2. in geſtibus & veſtibus. 3. in factis. Gal. 5, 19. 20. 21. Quod attinet exhortationis rationem, conſiſtit ea in oppoſitione piorum, & mundi. Pii enim ſunt 1. à Deo electi, Joh. 15, 19. c. 17, 6. 2. fide in Chriſtum juſtificati, c. 3. & 4. 3. in filios DEI adoptati, c. 8, 15. 4. per Sp. S. ſanctificati, quæ ſanctificatio complectitur carnis mortificationem, c. 6, 2. 6. ac Spiritûs renovationem c. 8, 13. 14. Mundi verò nomine intelligit Apoſtolus gentiles, à quibus Chriſtiani ſunt ſeparati. Mundi autem Princeps eſt Diabolus, Johan. 14, 30. mundus tranſit, 1. Joh. 2, 17. Chriſtus comminatur illi væ, Matth. 18, 7. Quàm inepti autem Papicolæ ſint, dum ex h. l. vitam Monaſticam fulcire ſatagunt, multis oſtendit B. D. Bald. Comm. in h. l. Q. 3. rectè contra illos urgens dictum Apoſtoli 1. Cor. 7, 31.)*

δοκιμάζειν eſt *agnoſcere*, & ab eo, quod divinæ voluntati contrarium eſt, diſcernere. *(B. D. Calixtus in h. l. τὸ δοκιμάζειν h. m. exponit. *reapſe & facto voluntatem DEI expedire*

[illegible]

ribus, quibus olim animi veſtri indulgebant, praferte. Conf. etiam ſuprà c. 2. 18. Eph. 5, 10. Philipp. 1, 10.)*

Subjicit rationem, quare debeant probare, quæ ſit voluntas DEI bona ac beneplacens, ut quilibet ſciat, quomodo in officio ſuo ſe gerere debeat. Voce τέλειον Hebræa conſuetudine pro *integritate* ſive *rectitudine* utitur Apoſtolus.

*(θέλημα τῦ θεῦ εὐάρεστον καὶ τέλειον. Cùm de voluntate Dei hic agatur revelata, eademque beneplacente, patet, quòd minùs rectè à Calvinianis quibusdam voluntas ſolùm DEI abſcondita, ſive quam DEUS nunquam in verbo ſuo nobis revelavit, imò quæ voluntati, in ac per verbum revelatæ, ex ipſorum quidem ſententiâ, contraria eſt, *beneplaciti* dicatur, è contra verò revelata tantùm *voluntas ſigni*. cœterùm quid de diſtinct. illa Calvinianorũ habendum ſit, alibi expoſuimus.)*

v. 3. Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν, εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.

Dico per gratiam, quæ data eſt mihi, i. e. autoritate muneris Apoſtolici, quod mihi à DEO eſt concreditum. Rom. 1. v. 5. 1. Cor. 15. v. 9.

Elegans paranomaſia. μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Reſpicit eò, quod in præc. cap. dixerat, gentiles non debere Judæos ſpernere. *(Amplectitur quoque expoſitionem hanc, quæ. nempe τὸ ὑπερφρονεῖν accipiatur pro ὑψηλοφρονεῖν, juxta c. 11, 20. conf. 1. Cor. 14. Cameron in Myrothecio Evang. p. 198. Interea rectè quoque oraculum hoc urgetur contra eos, qui ad rationis amusſim fidei articulos examinare ſatagunt. Et hoc ſenſu accipit illud B. Par. Diſpp. Ilag. L. de Deo Patre &c. c. 1. §. 10.)*

*(ἑκάστῳ ὡς &c. transpoſitæ ſunt voces, pro ὡς ἑκάστῳ. quomodo & Arabs habet, vertens: *prout partitus eſt cuique Deus &c.* Syrus tamen, Æthiops ac Vulgatus itidem transpoſuerunt.)*

Per *menſuram fidei* intelligitur diverſa quantitas cogni-

 tionis

tionis Dei & donorum ſpiritualium, quæ unà cum fide pro-
contingunt. Poteſt etiam ſic accipi, ut Deus cuiq; fidelium
diviſit ſuam menſuram. Fides eſt donum DEI tam quoad
quantitatem, quàm quoad qualitatem.

v. 4. Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν,
τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν.

Hanc ſimilitudinem latiùs tractat Apoſtolus 1 Cor. 12.
v. 12. & ſeqq. Eph. 4. v. 7.

v. 5. Οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ
δὲ καθ᾽ εἷς ἀλλήλων μέλη.

Credentes ſunt unum corpus in Chriſto. Ergo extra
Chriſtum & ſine Chriſto non poteſt locum habere ſpiritua-
lis unitas & conjunctio.

*(Cùm verò Eccleſia ſit corpus Chriſti myſticum, ſequi-
tur, quòd ipſa quoque ſit congregatio ſanctorum, quod ar-
gumentum prolixè contra Pontificios tractat B. Par. L. de
Eccl. ſ. 50. Si porro credentes ſunt *unum corpus*, non debent
inteſtinis bellis ſe invicem devorare. quo tamen non obſtan-
te, poteſt Magiſtratus, imò & debet ſubditos ſuos contra in-
juſtam vim defendere. adeoque per hoc dictum non adimi-
tur Magiſtratui Chriſtiano poteſtas gerendi bellum juſtum.
Contra *Anabapt.* de quibus vid. B. Par. L. de Magiſtr. col.
355.)*

v. 6. Ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δο-
θεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν
τῆς πίστεως.

χαρίσματα dicuntur Spiritus S. dona, quia gratis dantur,
κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν. Piſcator intelligit per hanc gra-
tiam munus Eccleſiaſticum cuique conceſſum, ſed rectius in
genere accipitur de gratia Dei, omnium donorum fonte.

*(διάφορα. Conf. Eph. 4, 7. 1. Cor. 12, 4. 5. 6. 1. Pet. 4,
10. & in illum locum Comm. B. Par. p. 619.)*

Per προφητείαν intelligitur donum interpretandi Scriptu-
ras ex peculiari SS. impulſu. 1. Cor. 14. v. 1. 29. *(Vid. B.
Par. Comm. in poſt. ep. Petri p. 135.)*

κατὰ τὴν ἀναλογίαν πίστεως. Piſcator ſic exponit, *prophetemus pro proportione fidei, i. e. pro menſura cognitionis noſtræ, quâ DEUM & res divinas ex Scriptura cognovimus.* Hanc expoſitionem vocat genuinam, & præfert alteri vulgò receptæ, quod *interpretatio Scripturæ debeat eſſe analoga articulis fidei.* *(Eandem interpretationem, quamvis ſuppreſſo autoris, h. e. Piſcatoris, nomine, amplectitur quoque latiùſque exponit D. Andr. Rivetus Iſagog. ad Sc. S. c. 18. §. 15. Similiter quoque Camero in Myroth. Evang. p. 198. quin & ex noſtratibus B. D. Calixtus in h. l. expoſitionem hanc alteri præfert, ut quæ cum antecedentibus, *ſecundùm proportionem menſuræ &c.* convenire ſcribit.)* Syrus vertit, *juxta menſuram fidei ſuæ.* Probat Piſcator expoſitionem ſuam ex eo, quòd v. 3. & v. 7. & 8. adminiſtrationi certorũ munerum ſive officiorum Eccleſiaſticorum ſubjiciuntur qualitates atque animi affectiones ipſius adminiſtrantis. Toſſ. ſequitur interpretationem h. l. communiter receptam, *quòd prophetia debeat eſſe fidei analoga, i. e. congruere cum articulis fidei principalibus, doctrinæ Chriſtianæ capitibus.* Bellarm. lib. 3. de verbo Dei cap. 10. ſic exponit, *prophetiam debere adminiſtrari ſecundùm rationem fidei, ita ut nunquam committetur aliquid contra fidem*; neque quis interpretari debet Scripturas in aliquem ſenſum, Catholicæ fidei contrarium, ut olim Anshelmus monuit, nihil extra regulam loquamur, aſſentiente Cajetano & Salmerone Diſp. 2. lib. 4. in Epiſt. ad Rom. *Non eſt intelligendum ſecundùm capacitatem & quantitatem fidei ipſius Prophetæ, ſed ſecundùm generalem rationem fidei, cui annunciandæ & elucidandæ inſervit.* Dicta patrum vide apud Chamierum tom. 1. lib. 16. cap. 6. §. 6. *(Nec non apud B. Par. in Exeg. L. de Script. S. §. 531. Eodem verò modo, nempe quòd Sc. Sacræ explicatio doctrinæ divinitus revelatæ conformis eſſe debeat, accipit quoque B. D. Bald. in h. l. it. B. D. Dorſcheus part. 2. Theol. Zach. p. 3. ubi etiam benè monet, *quòd ſi interpretatio Sc. Sacræ, etiam à privato ſive ab una perſona, hoc modo, nempe κατ' ἀναλογίαν, inſtituatur, talis interpretatio non ſit ἰδία ἐπίλυσις, quam Apoſtolus Petrus improbat*

2. Petr.

Cor. 2. rectiùs ſtatuunt, quòd ex Eſaiæ c. 40, 13. aliquid ab Apoſtolo h. l. citetur. Idem Juſtinianus utut d. l. ſcribat, ſimile quiddam verbis Apoſtoli legi in libro Sapientiæ c. 9, 12. non audet tamen adſerere, quòd Apoſtolus teſtimonium inde petierit. Jeſuitæ Tirino videtur Apoſtolus ſententiam hanc: *quis prior* &c. deſumſiſſe ex Jobi 41, 2.. Noſtrates largiuntur, quòd cum Paulo Apoſtolo faciat Jobus d. l. interea probabile maximè cenſent, quòd Apoſtolus reſpexerit ad Eſ. 40, 13. & quidem ſicuti LXXII. verſio ibi habet.) *

Per τὰ κρίματα intelligitur voluntas Dei conſequens & judiciaria, quâ incredulos & impœnitentes damnat.

V. 34. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο.

*(τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου. ſubintellige, niſi cui DEUS voluntatem ſuam revelaverit, Eſ. 40, 13. 14. Sapient. 9, 13. 1. Cor. 2, 16. Diſt. igitur inter *cognitionem naturalem*, & *revelatam*. de hac agitur in ep. ad Cor. de illa præſenti loco.) *

*(ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο. Conf. Pſ. 33, 6. 11. Prov. 8, 14. 22. Eſaiæ 9, 6. c. 40, 13. c. 46, 10. Obſervandum hîc, 1. quòd *pronomen interrogativum* h. l. & ſeq. verſ. abſolutè *neget*. adeoq; τὸ *quis conſiliarius* &c. idem hic ſonat, ac *nemo hominum*. Conf. gemella exempla Pſ. 94, 16. Pſ. 106, 2. Pſ. 113, 5. Eſ. 53, 8. Ebr. 1, 5. 13. 2. Quòd non ſequatur, τὸ ἐγένετο h. l. notat *fuit*, ergò etiam eandem ſignificationem habet Johan. 1, 14. ita ut ſenſus dicti Johannei ſit, quòd Chriſtus fuerit homo fragilis, ceu Photiniani volunt. vid. Catech. Racov. p. 109. Oſterod. in Inſtit. Germ. c. 18. Quo ſenſu enim τὸ ἐγένετο apud Joh. adhibeatur, patet ex coll. loci paralleli Gal. 4, 4.) *

V. 35. Ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ.

*(ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. Videntur obſtare verba Chriſti Matth. 16, 27. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τότε (in die ſc. pantocritico) ἀποδώσει ἑκάστῳ &c. Reſp. diſting. inter *redditionem* ob *gratuitum promiſſum*, & ob antecedens *meritum*;

ſive

ſive cujus cauſa eſt *gratuita Dei promiſſio*, & iterum, cujus cauſa eſt *hominis meritum*. Quam diſtinctionem è veteribus inſinuant S. Auguſtinus ſerm. 16. de verbis Apoſtoli, itemque Gregorius M. l. 33. Moral. c. 20. Non hoc poſteriori, ſed priori modo accipiendum oraculum Chriſti apud Matthæum l. c. eſt. Apoſtolus verò loquitur de redditione, cujus cauſa ſit meritum aliquod hominis, & talem redditionem apud Deum locum habere, negat. Atque huc etiam facit diſtinctio inter *mercedem debiti* & *gratiæ*, quâ de alibi egimus. Vide ſis Analecta ad Matth. 5. v. 12. it. ad c. 16. v. 27. Agnoſcunt verò ipſi nonnulli Pontificii, ceu ſuprà ad v. 6. de Jeſuita Juſtiniano, cui etiam Eſtius hîc adſtipulatur, monuimus, Deum gratis nos *elegiſſe*, & huc Apoſtolum hîc reſpicere, ſed non gratis, ſive abſque operum noſtrorum merito, *juſtificare* & *ſalvare, cùm contrarium ex* 2. *Tim*. 4, 8. pateat. Verùm cùm eædem cauſæ & electionis & ipſius ſalutis juſtificationisque ſint, ut ſuprà oſtendimus, minimè omnimò effugium illud locum hîc habet. Quod ſpectat ad locum ex ep. ad Tim. de eo videndus B. P. eſt in notis ad dictam epiſt.)*

v. 36. Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ἐξ αὐτοῦ, à quo omnia ſunt condita, δι᾽ αὐτοῦ per quem omnia conſervantur ac gubernantur, εἰς αὐτὸν, ad cujus gloriam omnia ſunt condita. Omnia ſunt ex Deo, non ut ex *materia*, ſed ut ex *cauſa efficiente*, non producente illa ex ſe per generationem ut Pater Filium; vel per ſpirationem, ut Pater & Filius SS., ſed per creationem ex nihilo, i. e. nulla materia, vel ex materia indispoſita ſimpliciter & inhabili. Piſcator *ineptos illos* pronunciat, *qui tria iſta membra*, ἐξ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν, *ad tres perſonas Trinitatis applicant*. Sed temerarius ipſe, qui explicationem cum fidei analogia & aliis Scripturæ dictis congruentem & patribus receptam, ſine cauſa rejicit.

*(Cœterùm ſolent ex h. l. ac ſimilibus, uti Joh. 1, 3. 1. Cor. 8, 6, c. 15, 57. 2. ep. ad Cor. 5, 18. Col. 1, 16. Eph. 3, 9. Ebr. 1, 3. &c.

Orthodoxi probare, quòd cùm Chriſto opus creationis & conſervationis hîc tribuatur, ipſe ſit verus & æternus Deus, ut cui ſoli competit tale opus. Excipiunt Sociniani, vid. Crellius p. 224. Catech. Racov. p. 139. Socinus ipſe contra Bellarm. c. 5. claſſ. 3. arg. 13. p. 337. *quòd tantùm præpoſitio* ἐξ, quæ ad ſolum Patrem hîc referatur, *cauſæ efficientis ſupremæ* indicium ſit, τὸ διὰ verò *cauſæ mediæ, inſtrumentalis, ac ſecundæ.* Verùm notandum eſt, quòd 1. ſtramineum ſit argumentum, canoni illi: *Ubi quis per alium aliquid facere dicitur, ibi ille cauſa principalis, hic cauſa minùs principalis ſive inſtrumentalis eſſe inſinuatur.* ſuperſtructum, quòd enim regula hæc non ſit univerſalis, ipſe largiri Crellius Photinianus cogitur, & clarè etiam patet ex 1. Theſſ. 4, 2. itemque ex 2. Theſſ. 3, 12. Sciendum 2. quòd τὸ διὰ etiam Patri, quem tamen cauſam principalem eſſe, nec Photiniani negare audent, in ſacris litteris tribuatur. Vid. 1. Cor. 1, 9. Gab. 1, 1. Quòd verò 3. in hoc ſignificatu præpoſitio διὰ accipienda ſit, quando *per Filium* omnia dicuntur condita, conſtat tum exinde, quòd creatio rerum omnium nullam admittat cauſam intermediam ſive inſtrumentalem, tum quòd etiam in caſu recto ôpus creationis Filio tribuatur, ceu ex Pſ. 102, 26. Prov. 8, 30. Ebr. 1, 10. aliiſque locis videre eſt, tum denique, quòd ita dicantur omnia per Filium condita, tanquam per *ſapientiam* & *Verbum Dei hypoſtaticum*, Prov. 8, 22. Joh. 1, 3. per *imaginem DEI*, Coloſſ. 1, 16. *per ſplendorem gloriæ Patris & hypoſtaſeos ejus*, Ebr. 1. 3. Notandum igitur 4. quòd vocabula illa ἐξ, διὰ, εἰς de SS. Trinitatis perſonis adhibita non indicent *virtutis* vel *eſſentiæ divinæ*, utpote quæ una numero omnibus perſonis, puta Patri, Filio & Spiritui S. communis eſt, tota in Patre, tota in Filio, tota in Sp. Sancto, diverſitatem vel *inæqualitatem*, ſed diſcriminis ſive *diſtinctionis perſonarum veritatem* ac *realitatem.* Vide Baſilium Magnum lib. de Sp. S. c. 1. Cumprimis verò hîc 5. repetendum ac Photinianis inſuſurrandum aureum illud oraculum Joh. 5, 19. ἃ ἂν ἐκεῖνος (πατὴρ) ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς N. B. ὁμοίως ποιεῖ. *quæcunque ille* (Pater) *facit,*
hæc

hæc & Filius ſimiliter, eâdem & æquali virtute divinâ, *facit*. Pone jam, quòd Pater ſit cauſa creationis principalis, Filius verò ſaltem cauſa ſecunda, minùs principalis ſive inſtrumentalis, certè hautquaquam ὁμοίως, ſed ἀνομοίως dici poterit, ea facere Filius, quæ Pater facit. 6. Illud quoque obſervatione dignum, quòd vetus hæc ſit cantilena, quam ab Arianis, famoſis illis hæreticis, mutuati Sociniani ſunt, ceu de illis produnt Athanaſius Serm. 3. contra Arianos Cyrillus lib. 1. in Joh. cap. 3. Confer ſis Annot. ad Coloſſ. 1, 16. nec non ad Joh. 1, 3. Cæterùm ut ut minimè eamus inficias, quòd particulæ διά, ἐξ & εἰς non eo ſemper modo in divinis literis adhibeantur, ut ἐκ Patri, διά Filio ac εἰς Sp. Sancto tribuatur, contrarium enim præter loca jamtum allegata, ſatis dicta ſeqq. Eph. 4, 16. Col. 2, 19. Ebr. 2, 10. indicant: rectè tamen noſtrates, primitivæ Eccleſiæ Doctores, Auguſtinum in Pſal. 5. it. l. de Fide & ſymb. c. 9. ac l. 1. de Trinit. c. 6. Baſilium de Sp. S. Hilarium lib. de SS. Trin. pag. 109. ſequentes, adſerunt, quòd SS. Trinitatis myſterium ab Apoſtolo hîc inſinuetur: agitur enim de tali opere, quod omnibus Trinitatis perſonis commune eſt. Senſusque eſt h. l. Ex ipſo (Patre, tanquam fonte tum totius SS. Trinitatis, tum rerum omnium) per ipſum (Filium, conf. Joh. 1, 3. Col. 1, 16. 17.) & in ipſo Spiritu Sancto, vid. Pſal. 33, 6. Sap. 1, 7.) omnia. juxta Gloſſam Bibl. Erneſtinorum. Conf. etiam B. P. Diſpp. Iſag. p. 428. ac 648. Id quod contra Enjedinum Socinianum pag. 269. itemque contra Joh. Piſcatorem Herbornenſem, de quo ſuprà, notandum eſt. Facilè tamen largimur, quòd longè clariora adhuc teſtimonia pro SS. Trin. myſterio in Scriptura Sacra, præter hoc à particularum diſtinctivarum uſurpatione deſumtum, extent. Etenim cumprimis illud patet 1. ex SS. Trinitatis tum in Chriſti baptiſmo, tum in ejusd. transfiguratione apparitione, Matth. 3, 16. 17. c. 17, 3. 2. ex Baptiſmi noſtri inſtitutione, Matth. 28, 19. 3. Conceptionis Chriſti annunciatione, Luc. 1, 35. 4. miſſionis Spiritus Sancti promisſione,

Joh. 14, 16. cap. 15, 16. 5. Apoſtolica benedictione, 2. Cor. 13, 13. Apoc. 1, 4. 5. Sicuti proinde minimè inepti cenſendi, qui tria illa membra ad SS. Trinitatis myſterium applicant: ita nec hæreſeos accuſandi ſunt, qui ſi aliàs de SS. Trinitatis myſterio rectam tenent fidem, locum hunc de DEO in genere explicant. Sicuti etiam B. D. Calixtus ita eum παραφράζει: *Ex ipſo* tanquam cauſa principe, *& per ipſum*, tanquam dirigentem & diſponentem, *& in ipſum*, utpote ultimum finem; ex ipſius potentiâ, per ipſius ſapientiam, in ipſius bonitatem *ſunt* & diriguntur *omnia*. Sic & veterum Eccleſiæ Dd. non pauci de DEO in genere ſive abſolutè præſens oraculum expoſuerunt, ceu ex Chryſoſtomo, Primaſio, aliiſque videre eſt.) *

CAP.

CAP. XII.

v. 1. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν.

INcipit Apoſtolus de conſequente Juſtificationis i.e. de bonis operibus in genere & in ſpecie agere. *(Utitur verò Apoſtolus triplici argumento, quò eò faciliùs Bonorum operum ſtudium Romanis commendet. Primum nititur miſericordiæ divinæ interpoſitione. Alterum fulcitur melioris ſpei de ipſis conceptæ commemoratione. Tertium deſumtum ab æquitatis ac debitæ gratitudinis ratione.)*

διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ. Quàm caræ ſunt vobis DEI miſerationes. Per οἰκτιρμοὺς phraſi Hebraica intelliguntur *opera* ſeu *effecta miſericordiæ divinæ*, i.e. beneficia in nos indignos collata. Vel per *miſericordiam DEI in Chriſto vobis exhibitam vos hortor*. Origenes notat, emphaſin eſſe in numero plurali, ut denotetur immenſa DEI miſericordia.

*(Phraſeologiâ nempe Ebraica. Probat enim B.D.Glaſſ. Gr. Sacræ p. 89. aliique Sc. S. Interpretes, *pluralem numerum quandoq; pro ſingulari poni, ad denotandam magnitudinem & excellentiam.* quam regulam confirmant plurima Sc. S. effata, vid. Gen. 19, 11. Joh. 40, 10. Pſ. 22, 4. Pſal. 89, 2. Prov. 1, 20. Thren. 3, 22. ac plura alia, à B. D. Glaſſio l. c. adducta. Sicuti verò Apoſtolus h. l. τῶν οἰκτιρμῶν θεοῦ miſericordiarum ſive immenſæ DEI miſericordiæ mentionem facit, ita alibi, puta 2.Cor. 1, 3. Deus πατὴρ οἰκτιρμῶν ab eodem vocatur. Propheta quoque Zacharias c. 1, 16. ejusdem miſericordiæ meminit, ita Deũ introducens: *Revertar ad Jeruſalem* ברחמים *in miſericordiis*. quâ voce, & quidem itidem in plurali, Syrus quoq; tum hic, tum 2. Cor. 1, 3. utitur. Arabs verò adhibet hîc vocem رأفات, quæ itidem *miſericordiam*, *commiſerationem* notat, nempe à radice رأف i. e. *commotus miſericordiâ fuit*, à quâ etiam deſcendit nomen رؤف, quo Turcæ Deum inſignire ſolent, ita

ita in ſuis precationibus orantes: يا الرأس من كل روف i.e. *ô miſericors præ omni miſericorde.* Nec ignotum tamen illis & nomen رحمن eſt, (quod ab ead. rad. רחם deſcendit, notatque *miſertus eſt, vehementer amavit*, ceu mater ſobolem, quam ברחם ſive *in utero* geſſit, amare ſolet.) Notum enim, quòd iidem illi, Mohammedanos dico, omnibus ferè libris, cujuscunque etiam argumenti ſint, præmittere ſoleant illud بسم الله الرحمن الرحيم i.e. *In nomine DEI miſeratoris miſericordis.* quemadmodum & iisdem ſolenne eſt, ubi defuncti alicujus mentionem faciunt, ſubjicere iſtam benè precandi formulam رحمه الله i. e. *miſereatur ejus DEUS.* Æthiops utitur h. l. nomine ሣህሉ፡, quod eſt à radice inuſitata ሠሀለ፡ quæ in Tapah. ſive Conjug. 8. notat *delicti veniam dedit*, unde & nomen ምሥሃል፡ quo ἱλαστήριον, de quo Exod. 37, 33. ac Lev. 16, 2. agitur, Æthiopi Interpreti Ebr. 9, 5. venit. Nec illud tacendum hîc, quòd Talmudiſtis DEUS κατ᾽ ἐξοχὴν רחמנא dicitur, ceu conſtat ex monito illorum רחמנא ליבא בעי i.e. *DEUS cor requirit.* Simile exemplum & Buxtorfius in Lex. Rabb. Talm. adducit voce רחמן. N. T. Scriptores verbum רחם pulcerrimè exprimere ſolent per σπλαγχνίζομαι, de cujus emphaſi alibi actum. Vid. Analect. ad Matth. 9, 36. c. 14, 14. Coloſſ. 3, 12.)*

παραστῆσαι verbum eſt ſacrificale, ſiſtere DEO ut gratum & acceptum ſacrificium.

τὰ σώματα ὑμῶν. Per τὰ σώματα συνεκδοχικῶς intelliguntur pii, animâ & corpore conſtantes. *(Cùm igitur renovatio divinæ imaginis in corpore etiam, adeoque in toto fiat homine, conf. 1. Cor. 6, 19. 1. Theſſ. 5, 23. patet, quòd etiam imago Dei priùs in toto fuerit homine. Id quod contra Calvinianos, Urſinum L. de Creat. hominis t. 1. Oper. pag. 566. Polanum part. 2. Syll. Theſ. Theol. p. 56. notandum eſt. quos contra prolixiùs diſputat B. Par. Diſp. Iſagog. p. 786. Neque tamen ita vox σώματος hîc accipitur, ut mentis renovatio excludatur: quin potiùs ſicuti vocabulum *carnis* quando de natura hominis poſt lapſum conſideratâ ſermo eſt, ut ſuprà c. 7. ab

Apo-

Apoſtolo non ita ſtrictè accipitur, ut menti opponatur, ſed potius ut totum hominem ſignificet, quat. adhuc ſub carnis vetuſtate conſtitutus eſt, & ſic mentis quoque, nondum perfectæ renovatæ corruptionem, quod patet ex coll. Gal. 5, 20. Coloſſ. 2, 18. ita ſimiliter vocabulum σώματος in ſignificatu latiori hîc adhibetur. Neq; enim vera ac DEO grata ſanctificatio ac renovatio in exteriori tantummodo corporum ſanctitate conſiſtit, quin potius interior mentis puritas ſimul, & quidem cumprimis requiritur. Quando verò Apoſtolus volt, ut pii ſiſtant corpora ſua ſacrificium, tum cumprimis reſpectum ad illa ſacrificia habet, quæ *holocauſta* dicebantur. Quemadmodum enim talia liberè & ſponte offerri debebant, ita & cultus noſter non debet eſſe coactus, Pſal. 110, 3. Sicuti porrò totum illud ſacrificium accendi debebat, unde quoque a Græcis appellatio ceſſit, ita & totos nos DEO conſecrare debemus, non labiis ſolùm DEUM honorare. Dicebatur ſacrificium hoc עולה ab *adſcendendo*, ita & nos terrena hæc vilipendere ac toto corde adſcendere ad DEUM debemus, quærentes ea, quæ ſurſum ſunt. Quemadmodum verò Pharao omni conatu populum Iſraëliticum impedire ſatagebat, ne DEO ſacrificaret, Exod. 3. ita nec miremur, quòd Satanas ſpiritualia noſtra ſacrificia variis terrenis cogitationibus impedire conetur, ſive ſacrificium illud ſit cordis contriti, Pſ. 51, 19. ſive animi grati, Ebr. 13, 15. ſive affectûs benefici, Phil. 4, 18. Sed non eſt hujus loci, prolixiùs hæc talia pertractare. Conf. Auguſt. l. 10 de C. D. c. 5. & 6. Cumprimis etiam huc ſpectat locus Philipp 2, 17. Nec dubium eſt, quin Chriſtus etiam ad metaphoram hanc Matth. 5, 13. Marc. 9, 49. ac Luc. 14, 34. reſpexerit, prout quoque non ineleganter declarat Cappellus in Spicil. p. 44. Conf. etiam huc Zach. 14, 20. & in eum locum Comm Sanctii.) *

ζῶσαν opponitur ſacrificiis mactatarum pecudum in V. T. ac reſpicit ſimul ad vivificationem Spiritus Sancti. Sæpè Scriptura cultum Chriſtianorum in N. T. appellat nominibus Leviticis ſive Moſaicis V. T.

*(ζῶσαν. Benè monet B. D. Calixtus in h. l. quòd Apoſtolus hâc voce alludat ad ritum deligendi hoſtias, ut quas oportebat, juxta edictum legis, eſſe *vivas*, ſanas, integras. Dicuntur etiam ſpiritualia piorum ſacrificia *viva*, quia dum caro peccati mortificatur, ſurgit ſpiritus vitæ. De ſpiritualibus ſacrificiis piorum, quæ ſunt mentis gratæ, orationis [illegible] patientiæ &c. vid. Pſ. 50, 23. Pſal. 141, 2. Ebr. [illegible]

(ἁγίαν, puta ex corde puro & fide purificato. Act. [illegible] 9. cumprimis verò reſpectus habetur ad ſanguinem Chriſti, qui fide apprehenſus totos nos purificat, 1. Joh. 1, 7.

(εὐάρεστον τῷ θεῷ, nempe itidem per fidem, Ebr. 11, 6.

λογικὴ &c. Per cultum λογικὸν non intelligitur 1. [illegible] rationis arbitrio deſumitur, aut ad rationis trutinam examinatur 2. nec moderata & cum diſcretione conjuncta carnis [illegible] ceratio, ſed 1. is, qui ſacrificiis Leviticis eſt oppoſitus 2. qui mente per SS. illuſtrata probat, quæ ſit DEO placens voluntas v. 2. 3 qui ſincerus eſt & incorruptus. 1. Petr. [illegible] λογικὴ λατρεία dicitur, quia hujusmodi ſacrificium in cultum [illegible] DEO debitum redundat. Orig. lib. 9. Ep. Rom. *Qui membra ſua mortificant, hoſtiam viventem rationabiliter offerunt & legem ſacrificiorum, quæ in Levitico eſt, ſecundùm ſpiritualem intelligentiam complent. Si ſuperbiam vincunt, immolant* [illegible] *ſi iracundiam ſuperant, arietem; ſi libidinem, hircum,* [illegible] *lubricos cogitationum reſecant volatus, columbas & turtur.* Greg. hom. 22. in Ezech. *Altare holocauſti eſt mens bona* [illegible] *Hoſtia vivens eſt corpus Domino afflictum. Hoſtia, quia* [illegible] *mundo eſt mortuũ; vivens, quia cuncta, quæ prævalet,* [illegible]

*(In eandem rem & Auguſtinus in Pſal. 50. [illegible] *extrinſecus, quod mactes, inquirere, habes in te, quod* [illegible] Porrò de metaphorâ hâc vid. B. D. Glaſſ. Rhet. S. p. [illegible] untque huc loca ſeqq. Eſ. 19, 21. c. 56, 7. c. 60, 7. Pſal. [illegible] 50, 14. Pſal. 51, 19. Pſ. 141, 2. Malach. 1, 12. 1. Petr. 2, 5. [illegible] c. 15, 16. 18 Phil. 2, 17. c. 4, 18. Ebr. 13, 16. 2. Tim. 4, 6. [illegible] laudati Glasſii Exeg. Ev. & Epiſt. part. 1. p. 1088. ſeqq. [illegible] verò per λογικὴν λατρείαν 1. non debeat intelligi cultus ex rationis arbitrio excogitatus, vel ad rationis amuſſim [illegible]

quod

quòd *Pontificii* volunt, ſatis patet ex Matth. 15, 9. Coloſſ. 2, 23. cumprimis verò ex Num. 15, 39. Eph. 2, 10. nec 2. hoc nobis ab Apoſtolo inculcetur, quòd articuli fidei ad rationis humanæ trutinam examinari debeant, quod *Photiniani* & *Calviniani* volunt, itidem ex 2. Cor. 10, 5. Eph. 3, 20. manifeſtum eſt. Conf. B. Par. Exeg. L. de Script. Sacrâ ʃ. 23. & 24. it. ʃ. 433. & 477. it. Exeg. L. de SS. Trin. §. 32. & 33. B. D. Hunnium in Exam. Errorum Photin. L. 1. p. 79. 80. nec non auctores alios Decad. 1. Theſ. Theol. §. 3. litt. h. in ſpecie contra *Pontificios* omnino vid. B. D. Bald. in h. l. q. 1. Nec λογικὴ hîc conſideratur, quatenus deſcendit à λόγῳ, prout *rationem* ſignificat, ſed quatenus eadem vox *Evangelium* denotat, ceu tali in ſignificatu occurrit 1. Petr. 2, 8. ſicuti eidem Apoſtolo Petro τὸ γάλα λογικὸν idem eſt ac εὐαγγελικὸν γάλα. Colligunt porrò ex h. l. Theologi, (vid. B. D. Bald. in C. C. p. 526) quòd, cùm obſequium corporis noſtri *rationabile* eſſe debeat, corpus non ita macerandum ac debilitandum jejuniis ſit, ut ad preces & exercitia pietatis fiat ineptum. Unde etiam meritò riſu excipit Eraſmus Roterodamus Papicolas, qui rationale obſequium de carnis maceratione exponunt. quâ de re prolixiùs diſſerit B. D. Bald. in h. l. Q. 2.) * Opponitur verò cultus hominis ceremoniali cultui V. T. Joh. 4. v. 21. *adorare in ſpiritu & veritate.* Poteſt etiam intelligi oppoſitum ſacrificiis pecudum ἀλόγων, ac reſpicit ad ſpirituale ſacrificium cordis Deo ſervientis, 1. Petr. 2. v. 5.

(Oraculum hoc Apoſtolicum ſingulari homilia expoſuit D. Andr. Rivetus, quæ habetur t. 2. p. 1229. ſeqq.)

v. 2. Καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

συσχηματίζεσθαι *configurari huic ſeculo* dicuntur, qui ſe accommodant moribus hujus mundi, qui mundanam quærunt gratiam, de divina gratia parùm interim ſoliciti. * (Eſt verò locutio metonymica, quâ illud, quod in tempore ſive mundo, qui per ſecula durat, fit aut exiſtit, qualis eſt impietas hujus mundi ſive hominis impii, in ſeculo hoc viventis, ipſi

mundo tribuitur. Et hoc ſignificatu alibi quoque vox αἰὼν in ſacris litteris occurrit. vid. Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. Luc. 16, 8. 2. Cor. 4, 4. Gal. 1, 4. Eph. 2, 2. & alibi. Sic 1. Joh. 5, 19. ſcribit Apoſtolus: ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ [illegible].)*

μεταμόρφωσις eſt transformatio ac renovatio mentis per Sp. S. ſicut Chriſtus luce cœleſti transfiguratus eſt in monte. Renovatio noſtra initium ſumit ab immutatione mentis, ut agnoſcamus, quid DEO gratum ſit. ergo etiam menti adhæret corruptio ac pravitas.

*(Oraculum hoc ex profeſſo pertractat B. Far. Homil. Acad. parte 1. Domin. Quinquageſ. ubi notat, quod duæ ſint Aphoriſmi hujus Apoſtolici partes. 1. Apoſtolica exhortatio. 2. Eidem incluſa exhortationis ratio. Diſtinguendum vero ante omnia eſſe, monet, inter *vivere in mundo*, & *ſecundum mundi curſum vivere*, i. e. mundo ſeſe conformare, quod fit I. ratione interiorum affectuum, 1. Cor. 2, 12. Joh. 3, 31. qui hoc modo affectus, non quærit quæ ſurſum ſunt, Col. 3, 1. II. ratione exteriorum actuum, & quidem 1. in verbis Joh. 3, 31. 1. Joh. 4, 5. 2. in geſtibus & veſtibus. 3. in factis, Gal. 5, 19. 20. 21. Quod attinet exhortationis rationem, conſiſtit ea in oppoſitione piorum, & mundi. Pii enim ſunt 1. à Deo electi, Joh. 15, 19. c. 17, 6. 2. fide in Chriſtum juſtificati, c. 3, [illegible] & 4. 3. in filios DEI adoptati, c. 8, 15. 4. per Sp. S. ſanctificati, quæ ſanctificatio complectitur carnis mortificationem, c. 6, 2. 6. ac Spiritûs renovationem c. 8, 13. 14. Mundi vero nomine intelligit Apoſtolus gentiles, à quibus Chriſtiani ſunt ſeparati. Mundi autem Princeps eſt Diabolus, Johan. 12, 31. mundus tranſit, 1. Joh. 2, 17. Chriſtus comminatur illi væ, Matth. 18, 7. Quàm inepti autem Papicolæ ſint, dum ex h. l. vitam Monaſticam fulcire ſatagunt, multis oſtendit B. D. Bald. Comm. in h. l. Q. 3. rectè contra illos urgens dictum Apoſtoli 1. Cor. 7, 31.)*

δοκιμάζειν eſt *agnoſcere*, & ab eo, quod divinæ voluntati contrarium eſt, diſcernere. *(B. D. Calixtus in h. l. τὸ δοκιμάζειν h. m. exponit. *reapſe & facto voluntatem DEI expedire* [illegible]

rebus, quibus olim animi veſtri indulgebant, præferte. Conf. etiam ſuprà c. 2, 18. Eph. 5, 10. Philipp. 1, 10.)*

Subjicit rationem, quare debeant probare, quæ ſit voluntas DEI bona ac beneplacens, ut quilibet ſciat, quomodo in officio ſuo ſe gerere debeat. Voce τέλειον Hebræa conſuetudine pro *integritate* ſive *rectitudine* utitur Apoſtolus.

*(θέλημα τοῦ θεοῦ εὐάρεστον καὶ τέλειον. Cùm de voluntate Dei hic agatur revelata, eademque beneplacente, patet, quòd minus rectè à Calvinianis quibusdam voluntas ſolùm DEI abſcondita, ſive quam DEUS nunquam in verbo ſuo nobis revelavit, imò quæ voluntati, in ac per verbum revelatæ, ex ipſorum quidem ſententiâ, contraria eſt, *beneplaciti* dicatur, contra verò revelata tantùm *voluntas ſigni.* cœterùm quid de diſtinct. illa Calvinianorũ habendum ſit, alibi expoſuimus.)*

V. 3. Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν, εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.

Dico per gratiam, quæ data eſt mihi, i. e. autoritate muneris Apoſtolici, quod mihi à DEO eſt concreditum. Rom. 1. v. 5. 1. Cor. 15. v. 9.

Elegans paranomaſia. μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Reſpicit eò, quod in præc. cap. dixerat, gentiles non debere Judæos ſpernere. *(Amplectitur quoque expoſitionem hanc, quæ. nempe τὸ ὑπερφρονεῖν accipitur pro ὑψηλοφρονεῖν, juxta c. 11, 20. conf. 1. Cor. 14. Cameron in Myrothecio Evang. p. 198. Interea rectè quoque oraculum hoc urgetur contra eos, qui ad rationis amuſſim fidei myſteria examinare ſatagunt. Et hoc ſenſu accipit illud B. Bal. Diſp. Iſag. L. de Deo Patre &c. c. 1. §. 10.)*

*(ἑκάστῳ ὡς &c. tranſpoſitæ ſunt voces, pro ὡς ἑκάστῳ. quomodo & Arabs habet, vertens: *prout partitus eſt cuique Deus &c.* Syrus tamen, Æthiops ac Vulgatus itidem tranſpoſuerunt.)*

Per *menſuram fidei* intelligitur diverſa quantitas cogni-

κατὰ τὴν ἀναλογίαν πίστεως. Piſcator ſic exponit, *prophetiam pro proportione fidei*, i. e. *pro menſura cognitionis noſtræ, quâ DEUM & res divinas ex Scriptura cognovimus.* Hanc expoſitionem vocat genuinam, & præfert alteri vulgò receptæ, quòd *interpretatio Scripturæ debeat eſſe analoga articulis fidei.* *(Eandem interpretationem, quamvis ſuppreſſo autoris, ſive Piſcatoris, nomine, amplectitur quoque latiùsque exponit D. Andr. Rivetus Iſagog. ad Sc. S. c. 18. §. 15. Similiter quoque Camero in Myroth. Evang. p. 198. quin & ex noſtratibus B. D. Calixtus in h. l. expoſitionem hanc alteri præfert, magisque cùm antecedentibus, *ſecundùm proportionem menſuræ &c.* convenire ſcribit.)* Syrus vertit, *juxta menſuram fiduciæ.* Probat Piſcator expoſitionem ſuam ex eo, quòd v. 3. ac v. 7. & 8. adminiſtrationi certorũ munerum ſive officiorum Eccleſiaſticorum ſubjiciuntur qualitates atque animi affectiones ipſos adminiſtrantis. Toſſ. ſequitur interpretationem h. l. communiter receptam, *quòd prophetia debeat eſſe fidei analoga, i. congruere cum articulis fidei principalibus, doctrinæ Chriſtianæ capitibus.* Bellarm. lib. 3. de verbo Dei cap. 10. ſic exponit, *prophetiam debere adminiſtrari ſecundùm rationem fidei, ita ut nunquam vaticinetur aliquid contra fidem*; neque quis interpretari debet Scripturas in aliquem ſenſum, Catholicæ fidei contrarium; ut olim Anshelmus monuit, nihil extra regulam loquatur; aſſentiente Cajetano & Salmerone Diſp. 2. lib. 4. in Epiſt. ad Rom. *Non eſt intelligendum ſecundùm capacitatem & quantitatem fidei ipſius Prophetæ, ſed ſecundùm generalem rationem fidei, cui annunciandæ & elucidandæ inſervit.* Dicta patrum vide apud Chamierum tom. 1. lib. 16. cap. 6. §. 6. *(Nec non apud B. Par. in Exeg. L. de Script. S. §. 531. Eodem verò modo, nempe quòd Sc. Sacræ explicatio doctrinæ divinitus [illegible] conformis eſſe debeat, accipit quoque B. D. Bald. in h. l. it. B. D. Dorſcheus part. 2. Theol. Zach. p. 3. ubi etiam bene monet, *quòd ſi interpretatio Sc. Sacræ, etiam à privato ſive [illegible] perſona, hoc modo, nempe κατ' ἀναλογίαν, inſtituatur, talis interpretatio non ſit ἰδία ἐπίλυσις, quam Apoſtolus Petrus improbat* 2. Petr.

2. Petr. 1, 20. cujus dicti genuinum ſenſum laudatus vir egregiè ibi exponit. Cæterùm ſenſus præſentis canonis Apoſtolici, juxta B. Par. Diſpp. Hag. p. 90. hic eſt, quòd Scripture interpretatio eâ ratione inſtitui ac conformari debeat, ut conſentiat perpetuæ ſententiæ, quæ de unoquoque doctrinæ cœleſtis capite in Scriptura proponitur. Cùm enim tota Scriptura ſit ab immediato Spiritus Sancti afflatu profecta a θεόπνευςꝍ, ideò etiam omnia in ea ſunt συναληθῆ, ac ſibi optimè conſtant, ut nihil in ea occurrat contrarium, repugnans, aut ſecum disſidens &c.)*

v. 7. Εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ.

εἴτε διακονίαν. Per διακονίαν generaliter intelligitur quoduis Miniſterium Eccleſiaſticum, poſtmodùm enim ſpecies ſubjiciuntur. *(Monet B. Par. L. de Miniſt. Eccleſ. §. 133. quòd *Diaconorum* in primitiva Eccleſia *duo* fuerint *genera*. Quidam enim *pauperum curæ* erant præfecti, itemque *diſpenſationi bonorum Eccleſiaſticorum*, quorum origo deſcribitur Actor. 6, 2. dicuntur iidem 1. Cor. 12, 28. ἀντιλήψεις i. e. *opitulationes* ſive *opitulatores*, quia ex eleemoſynis opitulabantur pauperibus, orphanis, viduis ac peregrinis. Atque his hodie reſpondent ærarii Eccleſiaſtici præfecti. Alii verò *Epiſcopis ſive Presbyteris, in docendi & Sacramenta adminiſtrandi munere, erant conjuncti*, ut vices eorum ſupplerent aliquando & labores allevarent. Unde Philipp. 1, 1. 1. Tim. 3, 8. Epiſcopis conjunguntur. Commodè verò & B. Par. d. l. addit, quòd primùm quidem eo ſolùm fine in Eccleſia Hieroſolymitanâ conſtituti Diaconi fuerint, ut curam menſarum haberent, ſive diſtributioni τῶν βιωτικῶν inſervirent, Actor. 6. poſtmodum verò temporis progreſſu in aliis Eccleſiis etiam, habendis ad populum concionibus præfecti fuerint. Id quod non Hieronymus ſolùm Ep. ad Ruſticum diaconum teſtetur, verùm etiam ex 1. Tim. 3, 13. pateat, quippe cùm easdem ibi Apoſtolus virtutes in diacono requirat, quas in Epiſcopo. Cumprimis verò prolixiùs id probat Claudius Eſpenſæus, Doctor Theo-

logus

Ioannes Pariſienſis in digreſſ. in priorem Epiſt. ad Timotheum l. 1. c. 5. qui ipſe etiam d. l. c. 4. 6. & 7. tum de Diaconorum, cum Archidiaconorum & Subdiaconorum officio ex profeſſo diſſerit. Conferatur in eandem rem Coſmas Magalianus Bracarenſis, S. J. inque Conimbricenſi Acad. regii Artium Collegii præfectus, Oper. Hierarch. l. 1. c. 3. ſect. 3. ubi tamen non parùm errat, quando perſuaſum ſibi habet, aliisque etiam perſuadere ſatagit, Diaconos aliosque Eccleſiæ in primitivâ Eccleſiâ Miniſtros, vel cœlibes fuiſſe, vel ſi conjugati electi, ſtatim uſu conjugii abſtinuiſſe. Cœterùm quomodo factum ſit ut Diaconi, qui eleemoſynarum ſaltem diſtributioni primùm præfecti erant, poſtmodum Sacram Eucharistiam etiam adminiſtrarint, quin & verbum prædicarent, ex Juſtino Apol. 2. pro Chriſt. liquet. Add. quoque B. P. L. de Miniſt. Eccleſ. §. 60. & 30.)*

Inter διδασκαλίαν & προφητείαν aliquod eſt diſcrimen, quia prophetia Scripturas interpretatur, διδασκαλία ad uſum auditorum accommodat. Διδάσκαλοι Dd. dicebantur, qui doctrinam Chriſtianam explicabant, & contra corruptelas demonſtrabant, abſque applicatione ad auditores vel commonefactione, ſicut hodie in ſcholis fieri conſuevit. 1. Cor. 12. v. 28. Eph. 4. v. 11.

v. 8. Εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι. ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ. ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλαρότητι.

παρακαλῶν. Παρακαλοῦντες erant Paſtores, qui non ſolùm doctrinæ veritatem explicabantur, ſed etiam ad uſum eam applicabant, conſolando, arguendo, commonefaciendo, prout neceſſitas auditorum, fidei ſuæ commiſſorum, requirebat. *(Conf. B. P. L. de Miniſt. Eccl. §. 228.)*

ὁ μεταδιδοὺς. Μεταδιδόντες ſunt miniſtrantes menſis, eleemoſynarum præfecti, Actor. 6. v. 2.

προϊστάμενοι ſunt ſeniores, qui unà cum Paſtoribus Eccleſiæ ſunt præfecti, Act. 15. v. 2.

*(Dicti ſunt hi προϊστάμενοι aliàs etiam κυβερνῆται, ceu colligere

ligere ex 1. Cor. 12, 28. eſt, item πρεσβύτεροι, 1. Tim. 5, 17. ἡγούμενοι, Actor. 15, 22. Ebr. 13, 7. 17. 24. erantque olim duo eorum genera. Quidam docendi munere fungebantur, ſive in verbo & doctrina laborabant, & hi dicebantur Epiſcopi, Paſtores, (neque etiam Epiſcopi Presbyteris, qui in verbo laborabant, quoad poteſtatem jurisdictionis jure divino ſuperiores ſunt, ceu pridem à noſtratibus, vid. B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 6. c. 3. L. de Miniſt. Eccl. §. 234. ſeqq. B. D. Hulſem. Manual. Aug. Confeſſ. p. 477. ſeqq. Dn. D. Haberkornius Decad. Diſp. Theol. de Miniſter. Eccleſ. in Eccleſ. Proteſt. veritate c. 3. & 4. oſtenſum) alii verò morum cenſuræ & Eccleſiaſticæ diſciplinæ conſervandæ duntaxat præerant. Eratq; horum officium tum ſummè Eccleſiæ neceſſarium, quippe cùm Magiſtratus adhuc Ethnicus, docentes hac in parte alias deſtitueret. Ex utrisque iſtis Presbyteris conſtituebatur collegium illud, quod Apoſtolus 1. Tim. 4, 13. Presbyterium vocat: niſi quis exiſtimare malit, quòd collegio huic primi ſaltem generis Presbyteri interfuerint, quippe cùm manus hi impoſuerint ordinandis, id quod non niſi Eccleſiaſticis perſonis ſive Eccleſiæ miniſtris hodie competit, qui tamen expediunt nomine totius Eccleſiæ, uti rectè monet Dn. D. Carpzovius Jurisprud. Eccleſ. lib. 1. tit. 4. diſt. 51. n. 6. 7.)*

ἐλεῶντες ſunt, qui ægrotorum curam gerunt, 1. Tim. 5, v. 9. Item exulum hoſpitum.

ἐν ἱλαρότητι Vulg. in hilaritate, læto corde, 2. Cor. 9, v. 7. Luth. mit gutem Willen.

v. 9. Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ.

Dilectio ſit ἀνυπόκριτος non ſimulata, ſive careat omni hypocriſi. *(Sic fides quoque debet eſſe ἀνυπόκριτος, 1. Tim. 1, 5.)*

Caritas eſt, fundamentum omnium virtutum ſecundæ tabulæ, ideò primo loco hîc mandatur ab Apoſtolo.

ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν. Verbum ἀποστυγεῖν ab inferno ſive ſtyge (στύξ, στυγὸς) nomen habet: indicatur igitur, quòd capitale, imò infernale odium nobis eſſe debeat cum peccatis.

κολλώ-

κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ. hoc verbum à glutine trahit originem: intimiſſimam igitur conjunctionem præcipit.

V. 10. Τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι.

τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. præcipit, ut pii affectum paternum & fraternum erga ſe invicem induant, quia prius vocabulum notat amorem fraternum, poſterius amorem paternum. φιλαδελφία eſt mutuus amor fratrum, φιλοστοργία mutuus amor parentum & liberorum.

V. 11. Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ καιρῷ δουλεύοντες.

τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Quidam in ſpecie accipiunt de ſtudio pietatis, quidam de officiis mutuæ caritatis. ſed rectiùs in genere accipitur, quòd in partibus officii nobis commiſſi debeamus eſſe gnavi & induſtrii.

τῷ πνεύματι ζέοντες. Sicut fermentum elevat maſſam, ſic Spiritus mentem ad Deum elevet. Requiritur zelus, DEO ſerviendi & gloriam ejus promovendi.

(Sermo enim eſt de ſpiritu pietatis, fidei ac devotionis. Syrus utitur verbo ܪܬܚܝܢ, quòd in textu Ebræo de aquis ebullientibus Job. 41, 22. Ezech. 24, 3. 5. adhibetur. Conf. etiam Apoc. 3, 15. Benè monet B. D. Bald. in Caſ. Conſcientiæ lib. 2. c. 7. caſu 1. p. 219. quòd talem in precibus fervorem excitet temperantia in victu. Unde etiam veteres, eodem referente, ut ad preces, præſertim publicas, excitatiores eſſent, jejunia indixerunt, ceu conſtat exemplo Iſraëlitarum Judic. 20, 26. Davidis, Pſalm. 35, 13.)

τῷ καιρῷ δουλεύοντες. Bellarm. lib. 2. de V. D. cap. 8. Gordon. Hundl. controv. 1. Canus de h. l. ita: *In Græco eſt* καιρῷ, *in Vulg.* Domino ſervientes. *Vulgatam verò lectionem eſſe veriſſimam, patet ex Hieron. Orig. Chryſoſt. Theophyl.* Reſp. 1. non negamus, in multis exemplaribus (Rob. Steph. ſex obſervavit) haberi κυρίῳ, ſed in aliis habetur καιρῷ *tempori ſervientes*. 2. Hieronymus ſuæ lectionis nullam reddit cauſam, noſtræ verò

prægnantem reddit Ambroſius tom. 5. p. 230. inquiens: *In Græco dicitur ſic habere:* Deo ſervientes, *quod nec loco competit, quid enim opus erat, ſummam hanc ponere totius devotionis, quando ſingula membra, quæ ad obſequia & ſervitia DEI pertinent, memorat. In omnibus enim his, quæ enumerat, plenum DEO ſervitium exhibetur, nam ſervire tempori, quid ſit, alibi legimus, cum dicit, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.* 3. Gloſſa ordinaria ſine ulla textus contumelia lectionis diverſitatem notavit. Sic etiam Thomas in h. l. *Domino*, ſcribit, *ſervientes, ſcil. ſervitute latriæ, quæ ſoli DEO debetur: vel ſecundum aliam literam, tempori ſervientes.* quomodo id intelligendum ſit, exponitur v. 15. *gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus,* omnia ſuo tempore & loco agentes.

Utraque lectio eſt ſatis commoda, interim receptam illam alteri præferendam eſſe, oſtendit contextus.

*(Ipſe Jeſuita idemque R.E.C. Franc. Toletus in Comm. h. l. diſertè fatetur, *receptam lectionem antecedentibus & conſequentibus eſſe accommodatam. quò minùs verò acceptetur, obſtare communem veterum Interpretum ſenſum, qui ſuadeat, cum Vulgato Interprete legendum eſſe.* Eraſmus quoque Roterodamus in h. l. lectioni per καιρῷ favere teſtatur, præter Ambroſium & Gloſſam ordinariam, etiam Interpretem Origenis, additque, *eam lectionem magis ſibi arridere; alteram autem a quodam, qui offenſus fuerit gemino Apophthegmate Ethnico, profectam* ſuſpicatur, *non verò perinde cum toto ſermonis contextu congruere.* Quicquid ſit, antiquam tamen eſſe eam lectionem, minimè diffitemur. quin & hoc largimur, quod Codd. illos Græcos, qui κυρίῳ habent, quorum ſex Rob. Stephanus obſervavit, ſequantur etiam Interpp. Orientales, Syrus, Arabs, Æthiops, tum verò & Baſilius in Ethicis definit. 68. ſic & Scholia Græca & Clemens Alexandrinus l. 5. Pædagog. c. 10. ac Sophronius in vitâ Mariæ Ægypt. Neque tamen exinde textum Græcum corruptum eſſe, inferri poteſt. Diſting. enim inter textûs *corruptionem*, & *variantem lectionem,* Si verò ex variante Codd. Græcorum lectione, textûs authen-

authentici corruptio inferri poſſet, ſequeretur, quòd & Vulgata verſio corrupta ſit. fatetur enim Guil. Eſtius, Th. D. & in Academiâ Duac. Profeſſor ac Cancell. in Comm. h. l. etiam in nonnullis Latinorum exemplaribus legi, *tempori inſervientes*, nec fortè etiam contemnendis illis. Unde etiam *non planè conſtare*, idem Eſtius ſcribit, *utra earum lectionum potior & germanior ſit. Utraque*, fatente Jeſuita Juſtiniano, *congruam ſententiam continet.* Jeſuita Bonfrerius, ut ut aliàs poſthabitâ verſione Vulgatâ fontem Ebræum haut rarò ſequatur, illam tamen lectionem Vulgati Interpretis, quæ habet *Domino ſervientes*, in Præloq. in Sç. S. c. 14. p. 48. approbat, urgens, *quòd ex antiquis Patribus probari posſit, olim lectum fuiſſe* καιρῷ, *quando Hieronymus ep.* 102. *ad Marcellam* bipedes aſellos *vocet*, *qui aliter, quàm* Κυρίῳ *legant.* Largimur ſanè, jam olim *in quibusdam Codd. Græcis* ita fuiſſe lectum, aliàs enim nec Syrus ita transtuliſſet. concedimus & hoc, quòd Hieronymus paulò acerbiùs invehatur in eos, qui alteram lectionem approbant, ſed fortè Adverſarii ejus, de quibus ibidem conqueritur, *quòd multiplicati fuerint ſuper capillos capitis ſui*, occaſionem invectivæ illi præbuerunt. Si tamen adeò Jeſuitæ Hieronymi d. l. judicium arridet, placeat illi & hoc, quòd cum aſinis eos confert, qui dolenter ferebant, quòd Latinorum Codicum, ad quos omninò & Vulgata pertinet, vitioſitatem ad Græcam originem voluerit revocare. *Quibus*, ſubjungit, *ſi diſplicet fontis unda puriſſimi: cœnoſos rivulos bibant.* Quæ optimè ſanè in Papicolas, vulgatæ verſionis admiratores & mancipia, quadrant.) *

Poteſt etiam ſic accipi, quòd intenti eſſe debeant in omnes occaſiones bene agendi, vel quòd infirmos debeant ferre.

* (B. D. Glasſius Philol. S. l. 1. tr. 2. p. 174. notat, *phraſin hanc Paulinam Epheſ.* 5, 16. *exponi per* ἐξαγοράζεσθαι τὸν καιρόν, *ductâ metaphora à mercatoribus.* innuitur verò, quòd, ſicuti mercatores, lucro inhiantes, nullam occaſionem prætermittunt, opes ſuas augendi: ita fidelis omnes temporis articulos proximum juvandi emere quaſi, diemque illum ſe perdidiſſe, cum Ethnico Imperat. Tito Veſpaſiano ſtatuere debeat, in quo

non benè meritus de proximo fuerit. idque ideò maximè, quoniam hîc ſolùm tempus ſupereſt, DEO & proximo inſerviendi. poſtmodum verò clauſa erit janua. Tum enim nox erit, adeoque omne tempus omnisque commoditas benè operandi præterlapſa. Conf. Joh. 9,4. Aliàs in genere notandum, quòd temporis certi ad rem aliquam agendam non licita ſolùm, ſed & utilis obſervatio ſit. quô de themate prolixè diſſerit B.D.Balduinus Caſ.Conſc.lib.3.c.6.caſ.4.ubi etiam graviter monet, quòd ſuperſtitioſa certorum quorundam dierum ac horarum obſervatio meritò improbanda ſit.) *

V. 12. Τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες.

τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, fortiter inſtantes precibus. Tale quid de Apoſtolis commemoratur Actor.2. v. 42.

V. 13. Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, τὴν φιλοξενίαν διώκοντες.

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, i. e. egeſtatem eorum noſtra beneficentia & facultatum communicatione ſublevantes.

Sanctorum inprimis meminit, quia illi inter cæteros maximè egent, utpote quos mundus odio proſequitur. Addit *peregrinos*, quia illo tempore ſancti, everſi fortunis omnibus, ſæpe vagi & extorres exulabant. Ex verbo *neceſſitatibus* in Lat. verſ. colligunt Scholaſtici, eleemoſynam non eſſe præcepti, niſi in extrema neceſſitate, ſed in Græco eſt χρείαις uſibus ſcil. ſanctorum eſſe communicandum.

Quidam Codd. habuerunt μνείαις i. e. *memoriis*. cujus lectionis meminit Origenes, vel ejus potiùs interpres. Ambroſius ita legit & interpretatur. Senſus erit. Non tantùm pauperibus, qui adſunt, benefaciendum eſſe, ſed illis etiam, qui abſint. Item uſibus, non voluptatibus & delitiis eorum communicandum. Sed prior lectio, quæ habet χρείαις ſtabilitur autoritate plerorumque Codd. Græcorum & verſionis Syriacæ.

*(Legunt verò ita non ſolùm Codices Græci & antiquiſſimi &

& probatiſſimi, verùm etiam Interpretes Orientales. ac Syrus quidem habet: ܗܘܘ ܫܘܬܦܝܢ ܠܣܢܝܩܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ i. e. *participes eſtote indigentiæ ſanctorum.* Arabs: مشاركين لحوايج القديسين *neceſſitatibus* ſive *egeſtatibus ſanctorum participantes*, communicantes. Æthiops: በግብረ፡ቅዱሳን፡ተሳተፉ፡ *neceſſitati ſanctorum communicantes.* Conſpicitur quoque lectio hæc in verſione Vulgatâ Latinâ, *eamq́ferè Patres in univerſum ſequuntur*, obſervante Dominico à Soto in h. l. *& magis quoque eidem*, fatente Jeſuitâ Benedicto Juſtiniano in h. l. *coharet, quod mox ſequitur: Hoſpitalitatem ſectantes.* His tamen tot ex Oriente & Occidente teſtibus rejectis, Jeſuitæ, Alphonſus Salmero t. 14. Diſp. 2. p. 217. & Turrianus lib. 4. defenſionis Epiſt. Pont. c. 14. quò Purgatorii flammas ſuſcitent, ſtatuunt, pro χρείαις legendum eſſe μνείαις. Ut ſenſus ſit: *Communicantes memoriis ſanctorum, i. e. preces & eleemoſynas DEO offerte pro animabus, è purgatorio liberandis.* Verùm præterquam quòd lectio illa per μνείαις deſtituatur applauſu Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis, id quod ex parte Corn. quoque à Lapide ultrò laretur, disertè ſcribens, *quòd paſſim Græca, Latina, Syrus, Interpretes Græci & Latini, teſte Franc. Lucâ, ita legant*, it. *quòd alteram contextui magis cohareat*, ſcribente Jeſuita Juſtiniano, notandum contra Pontificios illos, qui nullas non ſtipulas ad excitandas dicti illius purgatorii ignis flammas adeò anxiè conquirunt, adeoque etiam ſine hoc lectionem per μνείαις defendunt, quòd 1. incauti agant contra Concilii Tridentini decretum ſeſſ. 4. quo conſtitutum, *ut verſio Vulgata, qua noſtram lectionem approbat, pro authenticâ habeatur, & quod nemo eam rejicere quovis prætextu audeat vel præſumat.* 2. quòd ſi vel maximè legatur μνείαις, nihil tamen accedat deſperatæ Pontificiorum cauſæ, quippe cùm alia, & quidem commodior interpretatio tunc afferri posſit, quàm ea, quæ à Salmerone & ſequacibus obtruditur. Quid enim prohibet, quò minus tunc accipiatur *de ſanctis in hac vita adhuc conſtitutis*,

ut ita

ut ita Paulus hortetur Romanos, *ut non ſolùm præſentes præſentibus impertirent caritate mutuâ, ſed abſentium quoque memores eſſent, juxta id, quod Paulus à Petro monitus facit in epiſt. ad Galatas, ut pauperum memor colligeret donativam pecuniam ſecu* Eraſmus exponit. Quin ſi omninò de ſanctis defunctis loquitur Apoſtolus, quòd tamen nondum evictum, tum ſ. Alius eſſe poteſt, vel quòd ex recordatione ſanctorum proficere debeant, puta in pietatis ſtudio. vel quòd in collectis ſolenniter ſanctorum meminiſſe debeant, puta ut beneficia, quæ benignisſimus Deus per illorum miniſterium Eccleſiæ exhibuit, publicè commemorentur. quem ſenſum Corn. à Lapide in h. l. ex illâ lectione eruit. qui tamen ineptè porrò concludit, *quòd ex explicatione illa, quam Origenis eſſe* dicit, *deſerere Novantes* (quo nomine Lutherani ac Calviniani procul ambiguo ei veniunt) *debeant, veterem in Eccleſia ritum & morem invocationis & commemorationis Sanctorum in duplicis Eccleſiæ precibus.* Ineptè, inquam, invocationem ſanctorum ex commemoratione ſanctorum colligit Jeſuita. Etenim quomodo ſanctorum in publicis collectis veteres mentionem fecerint, nempe non eos ut adorarent, vel ut ex ficto Purgatorio iuſu pro iis precibus illos liberarent, ſed ut beneficia divina, per eos Eccleſiæ præſtita, gratâ mente agnoſcerent, illorumque pietatem, in fide conſtantiam &c. imitarentur, vel ex ep. ad Hebr. c. 13, 7. ſatis liquet. Confer etiam B. D. Chemnitium part. 2. Exam. Concilii Trident. p. 286. part. 3. pag. 319. 320. 321. & part. 4. p. 10. B. D. Höpfnerus Evangel. Saxon. p. 210. necnon B. Par. L. de Morte §. 439. & alios pasſim, cumprimis qui in A. C. ſcripſerunt, in explic. art. 21. Ut adeo eadem conſequentiæ ſit, à memoria ſanctorum defunctorum argumentari velle vel ad eorundem religioſam invocationem, quod Jeſuita Corn. à Lapide hîc facit, vel ad Purgatorium, quod Salmeronē & Turrianum facere, ſuprà indicatum. Addit inſuper Cornelius, quòd S. Chryſoſtomus τὸ *communicantes* urgeat, *q. d. communes facite cum ſanctis opes veſtras, ut commune cum eis lucrum habeatis, & ſitis participes meritorum, patientiæ, &*

coronæ

penuriæ ipſorum. Concedimus, quòd χρυσοῤῥήμων ille Pater verbum *communicantes* hîc urgeat, monens videlicet, *quòd Apoſtolus non dicat*, neceſſitatibus illorum ſubvenite, *ſed* neceſſitatibus illorum communicantes: *oſtendens, quòd plus accipiant, quàm præſtent*, nihil tamen de meritis habet. Tertullianus ac Cyprianus id ex verbo κοινωνοῦντες colligunt, *quòd non tantummodo ſuccurrendum ſit, ſed perinde ac ſi fratrum indigentia noſtra eſſet indigentia.* Cœterùm quod attinet lectionem per μνείας, meritò illam Cornelius deſerit, eidemque eam, quæ χρείαις habet, præfert. Id quod etiam alii Pontificii ferè communiter faciunt. vid. Jeſuita Adamus Contzen, Franc. Toletus, alii in Comm. h. l. Guilielmus Eſtius, ut ut moneat, quòd nonnulli veterum lectionem, quæ habet *memoriis*, agnoſcant. ſubdit tamen, *quòd alteram, unum Ambroſiaſtum cum Sedulio ſi demas, concorditer in textu habeant & exponant, quotquot tam Latinè, quàm Græcè in hanc epiſtolam commentarios ſcripſerunt. adſtipulante etiam Syriaca verſione: nec in ullo vel Latino vel Græco exemplari epiſtolarum Pauli, quod hodie extet, diverſa lectio reperiatur.*)*

*(φιλοξενίας. Hoſpitalitatis magna quondam cura erat, non fidelibus ſaltem, ceu pasſim ex ſacris divinisque videre literis eſt, conf. Gen. 18, 2. c. 19, 2. c. 24, 29. 1. Sam. 25, 18. Joſ. 9, 4. 5. 2. Reg. 4, 8. Job. 31, 32. Judic. 19, 16. Ebr. 13, 2. Tob. c. 7, 1. Luc. 10, 38. ſeqq. c. ult. v. 29. Actor. 16, 15. c. 19, 6. verùm etiam infidelibus ſive gentilibus. Quo ſpectat Menandri monitum:

> ξένους ξένιζε, καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ
> *Peregrinos excipe: nam & tu fors hoſpes eris.*

Perſuaſi enim erant, quòd peregrini præcipuè DEO ſint curæ. patet hoc ex illo Homeri Odyſſ. ξ.

> —— —— πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
> Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. —— ——
> i. e. —— —— *à Jove ſunt omnes*
> *Hoſpitesq; pauperesq;.* —— ——

Unde etiam inter gentiles Barbari habiti fuerunt, qui inho-

 ſpitales.

ſpitales. videantur Plutarchus in Paral. c. 38. Dionyſ. Halicarn. l. 2. Ælianus lib. 13. Var. Hiſt. Strabo lib. 4. & 17. Solinus in Polyhiſt. c. 34. Imò de Lucanis Ælianus l. 4. Var. Hiſt. teſtis eſt, eum qui ſole occaſo hoſpites diverſantes, ignotos pariter ac notos, domo exigeret, κακοξενίας accuſatum, atque certam mulctam eo nomine perſolvere, ſive pendere coactum fuiſſe. Econtra inter Reip. benè conſtitutæ ornamenta hoſpitalitatem referebant. Liquet id ex Cicerone, lib. 2. de officiis ſcribente: Rectè à Theophraſto laudata eſt hoſpitalitas. Eſt enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum, patere domos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus. Idque etiam Reip. eſt ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe noſtra non egere. Cumprimis verò primitivæ Eccleſiæ Doctores admodùm ſedulos in hoſpitalitatis ſtudio commendando videmus. Chryſoſtomus in c. 11. Actor. ita inter alia: *quanto minor frater, qui ſuſcipitur, hoc major Chriſtus, qui per illum advenit: & qui magnum ſuſcipit, non rarò vanæ gloriæ ſe obnoxium facit: qui autem parvum, illum purè propter Chriſtum: & quamvis aliqui impoſtores vel ingrati, major erit merces, quòd propter Chriſtum eum ſuſcipias, & majus beneficium dando accipis, quàm das.* Confer gemella apud eundem in hoc ipſum caput hom. 30. it. in Gen. homil. 41. ac t. 10. homil. de decim. & hoſpit. S. Auguſtinum lib. 2. Qq. in Evang. c. ult. ſerm. 32. de verbis Domini, ſerm. 46. ad fratres in eremo, ſerm. 70. de Tempore, Hieronymum in c. 1. ep. ad Tit. Gregorium Nazianzenum orat. de amor. paup. Clementem Alexandrinum lib. 4. Strom. c. 7.)*

τὴν φιλοξενίαν διώκοντες *ſtudiosè ſectantes*. Conf. Hebr 13. v. 2. Verſu proximè ſequente hoc verbum uſurpatur de hoſtibus Eccleſiæ, ſtudiosè fideles inquirentibus in perſecutionibus. διώκοντες igitur notat *ſectantes, perſequentes*, ut non levi uſitatoque ſermone, &, ut ita loquar, ſummis labiis homines invitemus, ſed toto mentis ardore teneamus. quo pacto diſcipuli coëgerunt Chriſtum, Luc. 24. v. 29. & Abraham facere ſolebat, Gen, 18. v, 2. quaſi noſtro offerentes ſe cum lucro & compendio.

*(Cone-

* (Cœterùm ad hoſpitalitatem incitent nos 1. *divina monita*; Etenim non ſolùm ab Epiſcopo Apoſtolus Paulus 1. Tim. 3, 2. ac in ep. ad Tit. c. 1, 8. requirit, ut ſit hoſpitalis, verùm etiam Chriſtianos in genere Apoſtolus Petrus 1. ep. 4, 9. adhortatur, ut φιλόξενοι ſint εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν. Tanti hinc inter primos Chriſtianos hoſpitalitas æſtimata fuit, ut Q. Sept. Flor. Tertullianus in Apol. c. 20. non dubitet *Catholicæ communionis* conteſſerationem eam vocare. Et Origenes lib. 9. in hanc epiſt. ſcribit, Apoſtolum uſum eſſe verbo διώκοντες, ut doceret, *quòd non ſolùm venientem ad nos hoſpitem ſuſcipere debeamus, ſed & requirere & ſolliciti eſſe & ſectari, ac perquirere ubiq; hoſpites, ne fortè in plateis ſedeant, ne extra tectum jaceant.* 2. *egregia exempla.* & quidem ex V. T. ſuppetunt cumprimis Patriarcharum exempla, ut quorum teſſera quaſi hoſpitalitas fuit. De Abrahamo quidem Gen. 18, 3. c. 19, 2. de Lotho, Gen. 19, 2. De Laban & Rebecca Gen. 24, 29. ſeqq. de Jobo, lib. Jobi c. 31, 32. de Abigail 1. Sam. 25, 18. ſeqq. de Sunamitide, 2. Reg. 4, 8. ſeqq. In N. T. Apoſtoli Petri, Actor. 10, 23. Marthæ & Mariæ, Luc. 10, 30. Zachæi, ibid. c. 19, 6. duorum diſcipulorum migrantium in Emaus. ibid. c. 24. 29. Simonis Coriarii, Actor. 9, ult. Lydiæ purpurariæ, ibid. c. 16, 15. &c. 3. *præclara præmia.* De Abrahamo memorat autor Epiſtolæ ad Ebræos c. 13, 2. *quòd Angelos exceperit.* quin ſententia communis Dd. Orthodoxorum eſt, videantur (B. D. Rungius, B. D. Geſnerus ac B. *Parens* Comment. in cap. 18. Geneſ. Dn. D. Chemnitius noſter Qq. in Gen. ad h. c. Q. 1.) quòd ipſe Filius DEI duobus ſtipatus Angelis Abrahamo Gen. 18. apparuerit, quæ etiam exinde ſtabilitur, quoniam unus ex illis vocatur יהוה, quod proprium Dei nomen eſt. inde adſerimus cum Ambroſio ep. ad Eccl. Vercell. *quòd ipſum quoq; Filium DEI exceperit.* quæ etiam ſententia arridet Hilario l. 4 de Trin. Nazianzeno Orat. 2. de Theologiâ, Conſtantino apud Euſeb. l. 3. de vitâ Conſtant. c. 50. Theodoreto q. 69. in Gen. Epiphanio in Ancorato, Tertulliano libro de Trinit. Idem verò Ambroſius

d.l.inter hoſpitalitatis remuneratione͂ ponit etiam, quod Loth evaſerit incendium, & Rahab conſequuta fuerit ſalutem. Quid quòd Salvator noſter in die Pantocritico alloquuturus ſit fideles: *Hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me*, Matth. 25, 35. Plura in laudem hoſpitalitatis legere geſtiens evolvat è veteribus Auguſtinum lib. 2. Qq. in Evang. C. ult. it. ſerm. 32. de verbis Domini, ſerm. 46. ad frat. in eremo, tum quoq; ſerm. 70. de temp. Hieron. in Ep. ad Tit. C. 1. it. l. 7. in Ezech. & in proem. Greg. lib. 11. ep. 5. & l. 12. ep. 6. ac 24. Clem. Alexand. l 4. ſtrom. C. 7. Gregor. Nazianz. Orat. de amore pauperum, Chryſoſt. hom. 30. in hanc epiſt. hom. 41. in Gen. nec non Conc. 2. de Lazaro. è recentioribus verò, & quidem è noſtratibus B. Lutherus t. 4. Germ. edit. Altenb. f. 121. b. it. f. 126. b. t. 9. f. 437. 457. 462. & 1181. B. D. Rungius in Geneſ. p. 508. 516. 536. 710. 1234. B. D. Dietrich in Explic. libri Sapientiæ t. 2. pag. 1156. ſeqq. B. Par. in Scholâ Pietatis, ac Poſtillatores in Explic. Evang. Domin. 26. poſt Trinit.) *

v. 14. Εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε.

*(εὐλογεῖτε. Apud Profanos Scriptores notat *laudare*, ſed in ſacris litteris idem eſt ac *bene precari*. Εὐλογία tamen in iisdem notat laudationem, gratiarum actionem, ſicuti εὐλογητὸς, laudandus, benedicendus. vid. B. Par. Comm. in priorem ep. Petri p. 44. De divinâ εὐλογίᾳ prolixè diſſerit idem L. S. Cœnâ §. 143. ſeqq. Cœterùm loca huic noſtro parallela habentur Matth. 5, 44. ac 1. Petr. 3, 9. in quæ vid. à B. Par. in Comm. & in Annot. obſervata. Quòd verò cum iſtâ εὐλογίᾳ benè posſint ſtare bella, quæ Magiſtratus pro defenſione ſubditorum ſuſcipit, oſtendimus in Analectis ad d. l. Matthæi. Conferatur omninò pluribus in eandem rem S. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum Manichæum c. 74. ubi alia notanter: *Nec bella*, inquit, *per Moſen geſta miretur aut horreat, quia & in illis divina ſecutus imperia, non ſæviens, ſed obediens fuit, nec Deus cùm jubebat iſta, faciebat, ſed digna dignis retribuebat, dignosq; terrebat. Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur*

untur

untur quandoque morituri? ut dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere, timidorum eſt, non religioſorum. Nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſimilia, hæc ſunt, quæ in bellis jure puniantur. Adverſus violentiam reſiſtentium, ſive DEO ſive aliquo legitimo imperio jubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cùm in eo rerum humanarum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire juſtè, ordo ipſe conſtringit. Alioquin Johannes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes, & nos quid faciemus? reſponderet eis: Arma abjicite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite neminem &c. Conf. plura de bello, licitè à Chriſtianis, gerendo apud autores, in Anal. ad Matth. c. 5, 44. adductos, quibus addi quoque poſſunt B. D. Bald. Caſ. Conſc. p. 1180. B. D. VValtherus Cent. Miſcell. Theol. p. 268. B. P. in Diſpp. Acad. Calumniam denique Pontificiorum, quam & Jeſuita Corn. à Lap. hîc repetit, quaſi B. Lutherus ex hâc Pauli ſententia collegerit, *apud Chriſtianos non licere Magiſtratui, bello alioque modo vindicare Reip. injurias ac improborum peccata*, pridem abſterſerunt noſtrates. vid. notata infrà. Imò B. Lutherus ipſe t. 1. Jenenſ. f. 429. nec non in ſcripto Germ. de bello contra Turcam, t. 4. Jenenſi f. 432. ſeqq. aliiq; paſſim.) *

* (τοὺς διώκοντας ὑμᾶς. Reprehendit Corn. à Lapide Calvinum, adſerentem, præceptum hoc eſſe. Aſt, quòd præceptum ſit, ipſe docet Thomas de Aquino 2. 2. q. 25. art. 8. Quomodo autem veteres Chriſtiani Apoſtoli monitum diligenter obſervarint, patet inter alia ex Juſtino Martyre dialogo cum Tryphone Judæo p. 285. ubi ita: *Etiamnum manus veſtra ad malè agendum ſublimis eſt: quòd cum Chriſtum quoque necaveritis, ne ſic quidem pœnitentiâ ducamini. Quin & nos, per illum DEO & Patri rerum univerſarum credentes, odio proſequimini, & occiditis, quotieſcunque poteſtis: ſine intermiſſione autem diris execramini & ipſum*, & eos, qui nomine ejus cenſentur: πάντων ἡμῶν εὐχομένων ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς ἀνθρώπων, ὡς ὑπὸ τοῦ

Χριστοῦ ἡμῶν καὶ Κυρίου ποιεῖν ἐδιδάχθημεν παραγγείλαντος ἡμῖν προσεύχεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν, καὶ ἀγαπᾶν τοὺς μισοῦντας, καὶ εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένους.) *

εὐλογεῖτε. Bis præcipit *benedicite, benedicite*, quia hoc difficile & παράδοξον eſt carni. *(Controverti hîc ſolet, num exhortationes Apoſtolicæ: *Benedicite perſequentibus &c.* præcepti ſint, an verò ſaltem conſilii. quâ de controverſia videndus B. D. Bald. in h. l. Q. 2. ubi rectè prius affirmat.)*

*(μὴ καταρᾶσθε. *nolite maledicere.* Conf. Matth. 5, 44. 1 Petr. 3, 9. Quomodo huic præcepto non adverſentur exempla Chriſti & piorum hominum, Gen. 9, 25. Pſ. 35, 1 &c. oſtenſum in Anal. ad d. l. Matth. Conf. & Analecta ad Actor. 23, 3. B. D. Bald. Caſ. Conſc. p. 239. 630. ſeqq. ac pag. [illegible].)*

v. 15. Χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

συμπάθειαν καὶ συγχαρίαν ſive συγχαίρειν requirit. Proximi fortunam ex vera caritate æſtimemus noſtram, ſumus enim unius corporis membra. Senſus eſt, quòd proximi felicitati non debeamus invidere, nec malis ejus delectari.

(Chryſoſtomus in h. l. homil. 22. notanter: ἐκεῖνο μᾶλλον στερροτέρας δεῖται ψυχῆς, τὸ χαίρειν μετὰ χαιρόντων, μᾶλλον ἢ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ κατορθοῖ, καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος, ὃς οὐ κλαίει τὸν ἐν συμφοραῖς ὄντα. ἐκεῖνο δὲ γενναίας σφόδρα δεῖται ψυχῆς, ὥστε τῷ εὐδοκιμοῦντι μὴ μόνον μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ συνήδεσθαι.)

v. 16. Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ᾽ ἑαυτοῖς.

τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. Idipſum invicem ſentientes, i. e. ſitis concordes & unanimes, 1. Cor. 1. v. 10. Luth. Habt einerley Sinn untereinander.

* (Idem videtur inculcaſſe & Plato, epiſt. 1. ſcribens: οὐδ᾽ ἀδάμας οὔτε χρυσὸς ἀγλαὸς οὕτως πρὸς ὄψιν ἀστράπτει, ὡς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφρόνων νόησις. Cœterùm Anshelmus eò reſpexiſſe Apoſtolum hoc monito cenſet, ne ſchiſmata inter eos ſint, ſed ut

ani-

animo & affectu mutuo conſentiant. Chryſoſtomus & Ambroſius id intendiſſe Apoſtolum h. l. putant, ne divites pauperes Chriſtianos contemnant. Talis verò, qualem Apoſtolus hîc requirit, conſenſus erat in cœtu illo, quo de Actor. 4, 32.) *

* (μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες &c. De humilitatis ſtudio legi poſſunt libri homiletici. Vid. B. D. Glasſius in Exeg. Evang. Epiſt. Domin. pasſim. B. D. Dietericus Analyſ. Evang. part. 2. p. 173. 457. 217. Birchius in Mellif. part. 3. p. 123. ſeqq. B. Par. Homil. Academ. it. in Schola Pietatis, nec non in Aphoriſmis Practicis, alii è veteribus de humilitate cumprimis conſulantur Casſianus lib. 4. Inſtit. c. 39. Anſelmus lib. de ſimilit. c. 10.) *

* (ταπεινοῖς. Videntur eſſe ἀσθενοῦντες ἐν τῇ πίστει. Conf. cum monito hoc ſeqq. loca 1. Cor. 9, 20. 21. 22. c. 8, 9. ſeqq. Rectè verò monet Johannes Camero in Myroth. Evang. p. 200. quòd non liceat συναπάγεσθαι aut συγκαταβαίνειν in flagitiis, in ſceleribus & peccato. imò nec in rebus adiaphoris aſſentandi animo, cum Evangelii & Eccleſiæ detrimento, Gal. 2, 13. Deſinant igitur Syncretiſtæ Calviniani nos urgere, ut in rebus adiaphoris ipſis cedamus, quippe cum hoc ipſum itidem fieri haut posſit absque Eccleſiæ & Evangelii detrimento. Vid. quæ de Adiaphoris eorumque uſu & abrogatione pasſim leguntur apud noſtrates, cumprimis B. D. Chemnitium Exam. Concil. Trid. part. 4. p. 213. 216. 236. 243. B. D. Bald. in Epiſt. Pauli edit. in fol. p. 243. 392. 785. nec non Caſ. Conſc. lib. 4. cap. 11. caſ. 1. ſeqq. item in Inſtit. Miniſt. Eccleſ. p. 230. contra Patzmannum p. 408. B. D. König. Caſ. Catechet. p. 576. 577. B. D. Hutterum, B. D. Piſcatorem, Dn. D. Chemnitium aliosq; ad art. 9. Form. Concord. B. D. Mylium, D. Grauerum, D. Lobechium &c. ad art. 15. A. C.) *

Ne ſitis φρόνιμοι apud vos ipſos 1. per invidiam 2. per jactantiam. Theoph. in h. l. *Nolite veſtræ prudentiæ vel viribus ita conſidere, ut exiſtimetis, nemine vos indigere conſultore, & quæ recta ſunt, ſuggerente. Moſes enim etſi DEI colloquio juvaretur, opus tamen habuit, quem conſuleret, ſocio.*

v. 17.

v. 17. Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων.

Ne reddatis malum pro malo, nec voto nec facto, ſed tolerantiam probate, 1. convitia patienter ferendo. 2. injurias DEO committendo 3. Magiſtratus opem implorando. Vulgata verſio poſt *providentes bona*, adjecit hæc: *non ſolùm coram DEO, ſed etiam.* quæ in fonte non habentur.

* (Sicuti etiam nec Orientales Interpretes, nec expoſitores Græci verba illa agnoſcunt. Unde etiam ipſe Thomas de Vio, Cardinalis Cajetanus fatetur, *ſuperfluas eſſe.* Guilielmus verò Eſtius Theologus Pontificius, è 2. *Cor.* 8, 21. *a quopias additas* fuiſſe putat. *idque præter neceſſitatem*, ut rectè monet multisque oſtendit Eraſmus Roterodamus in h. l. Contra tamen Jeſuita Juſtinianus ex Baſilio Reg. brev. reſponſ. 28. Ambroſio ac Hieronymo liquere putat, *omnino olim exemplaria Græca ea habuiſſe.* Notatque Franciſcus Lucas Brugenſis in Variis Lect. V. L. edit. congruere iſtam lectionem, quæ verba ea inſerta habet, textui Græco & Syriaco Bibl. Regiorum Hiſpanicorum. de cujus adſerti veritate alii judicent. Ceterùm palàm eſt, quòd ſermo Apoſtolo hîc ſit de perſonis privatis non de publicis h. e. qui Magiſtratûs officio funguntur. Tales enim reddere utiq; coguntur malum pœnæ pro malo culpæ h. e. ſcelera punire debent, cùm ipſis à Deo ſine hoc gladius accinctus ſit, Rom. 13, 4. nempe ut εἰς φόβον τῶν κακῶν ἔργων & ut ſit ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.)*

v. 18. Εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες.

Gregor. part. 3. curæ poſt. adm. 23. *Difficile erat, ut ſi male acta corriperent, habere pacem cum omnibus poſſent. Rectè ergo ait, quod ex vobis eſt, ac ſi dicat, quia pax ex utrarum partium conſenſu ſubſiſtit, ſi ab eis, qui corripiuntur, expellitur, integra tamen in veſtra, qui corripitis, mente teneatur.* Patet igitur ex adjectâ illa limitatione, quòd pax quidem perpetua optanda in hoc mundo ſit, ſed non ſperanda. Unde etiam licet pacis ſtudium Magiſtratui quoque Politico curæ eſſe cordique debeat,

beat, neceſſitate tamen exigente bellum gerere poteſt. Id quod jampridem contra *Photinianos, Anabaptiſtas* ac *VVeigelianos* prolixiùs oſtenſum. Vid. autores in Analect. ad Matth. 5. v. 44. adducti. quibus inſuper adjungi poſſunt B. D. Bald. C. Conſc. p. 1180. B. D. VValtherus Cent. Miſcell. Theol. p. 265. B. D. Thummius in Impiet. VVeigelianâ ſ. 102. B. D. Tarnov. in Joel. c. 3. v. 9. p. 117. B. Par. in Diſpp. Acad. B. D. Hutterus LL. Maj. p. 960. it. p. 1040. ubi etiam ventilat quæſtionem: An ſolius religionis cauſa bellum gerere liceat? Sic nec *ſyncretiſmus* per mandatum Apoſtoli ſtabilitur. Debemus enim non ſolùm *pacem* ſectari, ſed & *veritatem*, Zach. 8, 19. adeoque non quævis pax, ſed quæ cum DEI honore & veritate religionis conjuncta, amplectenda eſt, 2. Cor. 6, 14. 15. 16. Conf. Eph. 4, 3. 2. Tim. 2, 22. Eſ. 39, 8. Pulcrè Nazianzenus orat. de pace: *Nihil ad Concordiam adeo validum eſt in iis, quibus res divinæ verè cordi ſunt, atq; conſenſus de Deo, nec quicquam adeo facit diſſidium, quàm de eodem diſſenſio.* Sed hâc de re prolixiùs agunt Theologi noſtrates paſſim. Vid. B. D. Sigwartus in Admonit. ad Irenicum Parei lib. 1. & lib. 2. initiò, B. D. VValtherus Centur. Miſcell. Theol. p. 301. ſeqq. B. D. Tarnovius in Zach. p. 224. B. Par. L. de Magiſtr. Polit. ſ. 200. Nec B. denique Lutherus bellum contra Turcas abſolutè prohibuit, vel improbavit, ceu Pontificii, vid. Bellarm. t. 1. l. 3. de Laic. c. 14. 15. 16. Gregorius de Valentia t. 3. diſp. 3. q. 16. puncto 1. Jacobus Pamelius ad Tertull. in lib. de Cor. Milit. Jeſuita Lorinus in Actor. c. 10, 2. Alphonſus de Caſtro l. 3. adverſus hæreſ. verbo Bellum, hæreſ. 2. per calumniam ei affingunt. quam tamen pridem abſterſerunt B. Parens Confeſſ. Cath. in Append. ad art. 8. in Enum. Calumn. ſpec. n. 2. B. D. Zeæmannus contra Ungersdorffium cap. 6. p. 136. Dnn. Theol. Saxon. in Fundam. defenſione Pupillæ c. 16. p. 135. ac c. 19. p. 220. quemadmodum etiam noviſſimè eandem crambem recoquenti Schefflero (ſolidè) reſponderunt Dn. D. Chemnitius ac Dn. L. Schertzerus. videatur Refutatio Eorum ſcripti Scheffleriani, Türckenſchrifft inſcripti.)*

v. 19. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοὶ. ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. γέγραπται γάρ, ἐμοὶ ἐκδίκησις. ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος.

*(μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες. Vid. Lev. 19, 18. Job. 36, 18. Eccl. 11, 10. Jac. 1, 19. Sermo eſt de irâ & *vindicta privatâ.* quod enim *publica vindicta* & *ira* quædam licita ac juſta ſit, quin & *odium* quoque, nempe ex amore DEI adversùs impios, paſſim oſtendunt è ſacris diviniſq; litteris Theologi Orthodoxi. Videantur inter alios cumprimis B.D. Bald. tum in h.l. Q. 3. & 4. tum C. Conſc. l. IV. c. 17. caſ. 6. item B.D. VVinkelman. Diſp. 14. in ep. ad Rom. part. 3. Quod attinet exempla Eliæ 2. Reg. 1. & Eliſæi, ib. c. 2. ea ſingularia ſunt. Quod verò etiam privatis conceſſum ſit, vim vi repellere, adeoque moderamen inculpatæ tutelæ licitum ſit, alibi oſtenſum. Videantur præterea cumprimis de homicidio defenſorio B. D. Chemnitius part. 2. LL. Theol. cap. de vind. B. D. Meiſnerus in Conſid. Theol. Photin. p. 203. B. D. Bald. tum in h. l. Q. 3. tum in Caſ. Conſc. lib. 4. c. 1. caſ. 14. B. Par. L. de Lege DEI ſ. 158. De defenſione neceſſaria conſulatur quoque Lutherus t. 1. Germ. Altenb. p. 317. t. 7. f. 300. ſeqq. t. 8. f. 43. Num verò virgo invaſorem pudicidiæ, ſi vim aliter repellere non poteſt, interficere licitè posſit, quod JCti per l. 1. §. pen. ad L. Corn. de Sic. l. 8. §. quod metus cauſa l. un. c. de raptu virg. Conſtit. Crimin. Carol. art. 240. affirmant, quibus ex Theologis adſtipulatur B. D. König Caſ. Catech. p. 807. ſeqq. alio perpendemus loco.) *

Date locum iræ i. e. vindictæ Dei. *(Ita etiam ſupplent Auguſtinus in *Pſal.* 78. Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, aliique communiter h. l. Ambroſio tamen ac Baſilio hoc velle Apoſtolus videtur, quòd iræ humanæ aliorum locum dare debeant, cedendo nempe iratis ac furentibus.) * Ergo qui ſeipſos vindicare volunt, non dant locum vindictæ divinæ. *(Scholia Græca: ἂν γὰρ σὺ ἐκδικήσῃς σεαυτὸν, ἐλθοῦσα ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ οὐχ ἕξει χώραν τοῦ ἐκδικῆσαι, ὅτι προεξεδίκησας σεαυτόν.) * Senſus igitur eſt, quòd Domino vindictam debeant committere & patienter expectare, donec tempus adveniat, quo puniantur, qui malè agunt. Deut. 32. v. 35. Hebr. 10. v. 30.

*(Obſervandum autem eſt, quòd ſermo hîc ſit de intermit-

mittenda *vindicta privata*, ut quæ prohibita in Sc. S. eſt. vid. præter hunc locum, Prov. 24, 26. Luc. 9, 55. Deut. 32, 35. publica enim, quæ per Magiſtratum fit, utique licita eſt. vid. Levit. 24, 19. Deut. 19, 19. (non enim eſt hominis, ſed DEI vindicta. vid. Deut. 1, 17. 2. Par. 19, 6. Proverb. 8, 16. Rom. 13, 4. quemadmodum etiam moderamen inculpatæ tutelæ, de quâ præter modò alleg. vide *B.* Par. Comm. in cap. 5. Deut. v. 17. pag. 335. Cæterùm quòd DEUS injurias piis illatas vindicet, ſatis teſtantur ſacræ litteræ. vid. 2. Reg. 2. 2. Chron. 23, 24. & alibi paſſim. conf. etiam Apoc. 6, 11. Ebr. 10, 31. de patientiæ verò ſtudio, & vindictâ DEO committendâ legi meretur Tertullianus lib. de patientiâ c. 9. & 10.)*

*(γέγραπται γάρ &c. Locus habetur Deut. 32, 35. ac repetitur quoque Eccleſiaſtici 28, 1. add. Ebr. 10, 30. Contra *Anabaptiſtas*, qui ex hoc etiam loco inter alia evincere conantur, quòd bella in N. T. ſimpliciter ſint illicita & prohibita, cùm Deus ſibi ſoli vindictam reſervarit, notandum 1. quòd etiam in V. T. vindictam ſibi Deus reſervarit, ceu ex Deut. l. c. patet, nec ipſi tamen Anabaptiſtæ negare audent, bella in V. T. licita fuiſſe. 2. quòd, quando Deus ſibi vindictam reſervat, per hoc non excludat Magiſtratûs officiũ, quippe cûm Magiſtratui gladium dederit, ut ſit ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι, ut mox c. ſeq. v. 4. ipſe docet noſter Apoſtolus. hoc ipſo ſatis innuens, quòd is quoque locum det τῇ ὀργῇ, (quod hîc præcipitur,) qui Magiſtratui, quippe διακόνῳ τοῦ θεοῦ εἰς ὀργὴν, vindictam committit. 3. quòd non loquamur de bellis temerariis & injuſtis. neq; enim niſi illa approbamus bella, quæ ſunt juſta, h. e. quibus Magiſtratus ratione officii divinitus ſibi commiſſi hoſtes Reip. coërcet, ac vim à ſe ſuisque repellit. Si verò Magiſtratus præter & contra leges, innocentes bello invadit, tum non gerit DEI perſonam, nec vindicta hæc eſt publica & licita, ſed invaſio illicita & tyrannica. 4. quòd gladius Magiſtratûs, reſpectu ipſius Magiſtratûs non debeat eſſe *organon* τῆς ὀργῆς *iræ*, ſed δικαιοσύνης *juſtitiæ*, h. e. non debet ex iracundiâ vel privatæ vindictæ cupiditate gladium in hoſtes ſtringere, ſed ex amore ſubditorum, ſi lædi eos viderit, bella gerere.)*

V. 20. Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν. ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

*(ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρὸς &c. Exempla eorum, qui tàm promtos & benevolos erga hoſtes ſe exhibuerunt, legantur apud Juſtinum Trogi l. 16. Paulum Jovium l. 18. Hiſtoriarum, Philippum Camerarium Cent. 2. Horar. Subciſ. c. 62. alios.) *

ψωμίζειν non eſt ſimpliciter paſcere, ſed indulgenter paſcere, veluti minutim inſipato pane aut fruſtulatim conciſo cibo, id quod fit apud nonnullas gentes erga eos, quibus favetur in conviviis.

Ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. *Carbones ignitos coacervabis.* Congeres ignis carbones ſuper caput ejus, i. e. amoris erga te ignem in eo excitabis. Caritas enim comparatur igni. Quidam intelligunt *commotionem animi in inimico, & confuſionem conſcientiæ, ut eum ſuæ malitiæ tandem pudeat, utque nos odiſſe ac nobis malefacere deſinat.* Hieron. lib. 1. contra Pelag. *Carbones ignis congregabis ſuper caput ejus, non in maledictionem aut condemnationem, ut plerique exiſtimant, ſed in correctionem, reſurrectionem & plenitudinem, ut ſuperatus beneficiis odii igne excocto frigore caritatis inimicus eſſe deſinat.* *(Eodem modo explicat idem in Pſal. 93. & 119. t. 7. p. 119. & 190.)* Auguſt. lib. 3. de doctr. Chriſt. c. 16. dicit, *Carbones ignis eſſe urentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur ejus, qui dolet, ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo ejus miſeriæ ſubvenitur.* Deſumtum eſt hoc adagium ex Prov. 25. v. 21. *(Legiturque etiam 4. Esdræ cap. 16, 54.) * ubi Salomon etiam hoſti quæcunque humanitatis & officiorum genera exhiberi juſſit, cujus mandati cauſam ſubnectit, quòd hac ratione prunas in caput ipſius congeſturi ſimus. Monet hac φράσει, de hoſtibus non deſperandum, ſed id potiùs agendum, ut beneficiis eos molliamus & lucremur, tandem enim fore, ut perſpecta noſtra in ipſos benevolentia nonnihil miteſcant, quin & noſtris officiis veluti prunis in mutuam dilectionem exardeſcant. ita B. Luth. *(tum in Gloſſ. ad h. l. cum in Comm. in Gen. c. 26, 62. p. 361. Cujus expoſitionem vehementer

ter

ter probat Zehnerus in Adagiis ſacris Cent. 1. adag. 63. eamque & ſimplicisſimam & textui quàm commodisſimam eſſe ſcribit, pluribusque rationibus probat, cumprimis collat. loc. ſeqq. 1. Sam. 24, 18. 2. Reg. 6, 22. Simpliciorem quoque expoſitionem hanc juxta cum Dd. Orthodoxis, vide B. D. VVellerum ac B. D. Balduinum in h. l. itemque Caſ. Conſc. p. 2265. alios, Pontificii etiam cenſent communiter. Ita ſtatuunt Corn. à Lapide, Contzen, Juſtinianus, alii. hujusque locutionis iſtam dant rationem, *quòd quemadmodum quando carbonum acervus capiti imponitur, continuò ad excutiendum homo excitatur, ita & beneficium ſincerè collatum eam vim habeat, ut ſubitò iram adverſantis extinguat, & quaſi excutere eam faciat.* Aliam adhuc metaphoræ hujus rationem dat Gaſpar Sanchez in c. 13. Eſ. n. 15. *Carbones*, ſcribit, *ignis congeres ſuper caput ejus, i. e. faciem ejus ardere facies eo ſanguine, quem pudor ad maxillas evocat; non ſecus, atq; ſi ſupra caput carbones congesſiſſes, qui faciem inflammarent. Quomodo enim ille non pudefiat, qui videt, tam liberalem atque ingenuum animum à ſe fuiſſe offenſum, à quo pro injuriâ tale recepit beneficium?* Optimus ſanè procul ambiguo verborum Apoſtoli ſenſus eſt, quòd nullâ re meliùs inimicos posſimus lucrari, quàm conſtanter illis benefaciendo. *Nulla* enim, ut habet Auguſtinus tr. de catech. pro rudibus, *major eſt provocatio ad amandum, quàm prævenire amando.* Hieronymus eod. modo ep. 150. q. 1. *Quando inimicis noſtris præbemus beneficia, malitiam eorum noſtrâ bonitate ſuperamus, & mollimus duritiam, iratumque animum ad mollitiem & benevolentiam flectimus, atque ita congregamus carbones ſuper capita eorum.* officiis nempe, tanquam vivis carbonibus ad mutuam dilectionem eos inflammantes. Gentiles etiam ſapientiores eo fuiſſe animo, ut beneficiis potiùs inimicos ad meliorem perducendos eſſe mentem, docuerint, quàm ut par pari referatur, Socratis effato, quod apud Xenophontem l. 2. ἀπομν. legitur, confirmat idem Zehnerus l. c. Eandem porrò expoſitionem, quòd inimico nempe benefacientes, lucrifacturi illum ſimus, ſiquidem futurum, ut beneficiis victus vel mutuâ charitate tandem accendatur, vel ſi id

obtineri non poteſt, uratur tamen, & æſtuet teſtimonio conſcientiæ ſuæ, quæ ſe obrutam ſentiet beneficiis noſtris, efficietque adeò, ut vel invitus inimicus ille cogatur fateri, indignos nos eſſe, quos odio ampliùs proſequatur, amplectitur quoque B. D. Calixtus inh. l. Cumprimis verò huc ſpectat egregium exemplum Philippi Macedonum Regis, qui, cùm Arcadion quidam Archivus non deſineret ei maledicere, atque hinc amici Philippo autores eſſet, ut non negligeret tantam hominis petulantiam, quum aliquando illi occurriſſet, humaniter cum eo collocutus eſt, mox etiam xenia ac dona ad eum miſit. poſtea juſſit percontari, quomodo jam de ſe loqueretur apud Græcos. Cunctis autem teſtificantibus, eum hominem jam mirum Philippi laudatorem eſſe factum. *Ego igitur*, inquit, *melior Medicus, quàm vos*. refert Plutarchus dial. de cohibenda irâ, circa med. nec diſſimile de Sigismundo Cæſare Philippus Camerarius Cent. 2. Horarum ſubciſ. p. 377. refert. Sed quid opus, externa aut profana quærere exempla, cùm in ſacris egregia occurrant, 1. Sam. 24, 25, 26. it. 2. Reg. 6. annotata.) *

Chryſoſt. hom. 22. in cap. 12. Rom. Theodulus in monum. orthod. p. 2. f. 1178. Theoph. h. l. *prunarum* nomine intelligunt *iram divinam, & pœnas inde ſecuturas*, q. d. non poteris hoſtem graviùs ulciſci quàm benefactis, tunc enim ira Numinis in ingratum illũ nebulonẽ, non ſecus ac prunis in caput ejus conjectis, tanto vehementiùs exardeſcet, tuque ex ipſius ſupplicio majorem capies voluptatẽ, quàm ſi tuopſe arbitrio injurias tibi illatas ultus fuiſſes. Confer Pſ. 140. v. 9. & 10. Congruit hæc expoſitio cum præcedentis verſiculi admonitione, quòd vindicta DEO ſit relinquenda.

*(Addit huic expoſitioni Zehnerus d. l. *quòd, licet vindictæ cupiditas à Chriſtianis quàm alieniſſima eſſe debeat: tamen juſto DEI judicio plerumque ita evenire, ſoleat, ut ii, qui dictis & factis humanioribus flecti nolint, duritie ſua ſibi ipſis iram, theſauri inſtar, abundantiùs cumulent*, Rom. 2, 6. Amplectuntur quoq; eandem hanc expoſitionem Origenes, Theodoretus, Eucherius. & ex Calvin. Ioannes Camero in Myrothec. Ev. p. 200. 201.) *

v. 21.

V. 21. Μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ. Ne patiaris te vinci à malo, ut ſcil. ab eo impellaris ad impatientiam & vindictæ cupiditatem, ſed vince in bono malum, i. e. benefactis illos vince, qui mala tibi multa ingerunt.*(Ut ut jucunda admodùm ſit vindicta, οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ, ὡς ἐχθρὸν κολαζόμενον ἰδεῖν, ut habet Chryſoſtomus hom. 22. in h. l. ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο μάλιστα ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν ὁ ἀδικηθεὶς, ἐκδικίας ἑαυτὸν ἀπολαύοντα. juxta eundem. mirũ tamen, quòd inter ipſos etiam Ethnicos quidã lumine naturæ eò fuerint perducti, ut magis glorioſũ putarint, vincere malũ bono, quàm par pari referre. De Lycurgo refert Plutarchus in ejus vita, quòd cùm à feroce juvene Alexandro oculo orbatus eſſet, eumq; à populo accipiſſet in ſuam poteſtatem, ut ad libitũ eundem tractaret & plecteret, nihil gravius in juvenem ſtatuerit, quin potius ad optimam honeſtatem efformarit. Illud quoq; notabile eſt, quòd Auguſtus Cæſar Cinnæ, vitæ ejus inſidianti condonarit, dicens: Cinna tibi iterum vitam do, priùs hoſti, nunc inſidiatori ac parricidæ. imò & conſulatum obtulerit. quâ re effecit, ut Cinnam per totam poſtmodũ vitam habuerit amantisſimum. auctor eſt Suetonius in Auguſto. plura exempla huc facientia videantur apud Valerium Maximum Dictorum factorumque memor. l. 4. c. 2. nec non apud Baptiſtam Campoſulgoſum libro ſub eod. titulo, eod. cap. & apud illum quidem gentilium, apud hunc verò tum Chriſtianorum, tum gentilium. Pulcrè S. Auguſtinus in Pſal. 36. *Bonitate contende contra inimicum, & eſt ſalubre certamen, ne ſint duo mali.* Cui conſentaneè Philoſophus gentilis Seneca de remediis fortuitorum: *Quomodo adversùs feras munimenta conquiris, quomodo adversùs ſerpentes: ſic adversùs inimicos auxilia circumſpice, quibus illos aut arceas, aut compeſcas, aut, quod optimum eſt, places.* Conf. idem de Benef. c. 8. Q. v. hîc: *Annon pugnent cum præcepto hoc Apoſtolico imprecationes Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum, quemadmodum & Anathemata Miniſtrorum ac Doctorum Eccleſiæ?* Reſp. Quod imprecationes Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum attinet, de illis in Analectis ad Matth. c. 5. v. 44. monuimus ex S. Auguſtino lib. 16. contra Fauſtum Manichæum

c. 22,

c.22. quòd non factæ fuerint malo *voto optantium*, ſed *ſpiritu* vindictam divinam *prævidentium*. Quam ipſam diſtinctionem urget quoque idem Pater auguſtisſimus t.4. de verbis Domini in monte l.1. Unde etiam Interpretes nonnulli, (vide Nicolaum de Lyra in Pſalm. 55.) volunt, quòd *Imperativus* in hujusmodi imprecationibus per *futurum*, per enallagen non infrequentem in ſacris litteris, uti pridem oſtenſum à B.D. Tarnovio in Zach. p. 365. B. D. Glasſium Gr. Sacra p. 358. exponi debeat. B. Luth. eodem reſpicere videtur, diſtinguens inter *charitatem*, & *fidem*. ita enim in Pſ.109. ſcribit: Liebe fluchet nicht/ aber der Glaube fluchet. & addit: das zuverſtehen/muſt du von einander ſcheiden Gott und Menſchen/Perſon und Sache/ i.e. diſtinguendum inter *perſonam*, & rem ſive *cauſam*. Atque huc etiam Germani reſpiciunt, proverbiali locutione dicentes. der Sache Feind/ der Perſon Freund. Alibi, puta t. 5. Oper. Germ. edit. Altenb. p. 858. idem megalander diſtinguit inter *perſonam publicam*, ſive miniſtrum Eccleſiæ, & *hominem in ſtatu privato*. Hunc imprecari hoſtibus poſſe, ibidem negat. affirmat autem, imò ſummopere neceſſarium eſſe ſcribit, ut Miniſter Eccleſiæ hoſtibus Dei maledicat. Plura quoq; in hanc rem videantur apud B.D.Bald. tum in Comm. h.l. part. ult. Q.1. tum in C. C. l. 1. c.7. caſ.8. (conf. B.D.Meiſ. Comm. in Hoſ. c.9. p.845. add. quoq; ex Calvinianis D. Rivetus Comm. in Pſ.40.) Diſtinguit nempe laudatus vir inter *imprecationes publicas*, quæ non tam imprecationes quàm prædictiones iræ divinæ, & *privatas*, ex levitate & impatientia animi profectas. Illis, non his adnumerandæ imprecationes Davidis, Pauli aliorumq; piorum, de quibus in Sc.S. Cæterùm illud notandum probè eſt, quòd, licet nonnulli gentiles ſatis benè de charitate & reconciliatione fraternâ loquuti fuerint, magnum tamen inter charitatem Chriſtianam, & humanitatem Ethnicorum diſcrimen ſit. Quippe cùm hujus finis fuerit proprius honor, illius verò ſit gloria Dei; præterea charitas Chriſtiana proficiſcatur ex fide, ſecus Ethnicorú humanitas, quæ proinde Deo placere haut poteſt, Ebr.11,6. Unde etiam deprehendimus, quòd minimè à bono viro alienum putarint, ſi laceſſitus ſit injuriâ, laceſſenti nocere, ac ſeſe ulciſci. vid. Cicero in Officiis.)*

CAP.

CAP. XIII.

v. 1. Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.

SUmma ac diſpoſitio. Tribus conſtat caput hoc partibus. In *prima* deſcribitur *Magiſtratûs & ſubditorum officium*, ubi proponitur 1. ſubjectionis *univerſalitas*, v. 1. *omnes &c.* 2. Magiſtratus *autoritas*. v. 1. & 2. non eſt poteſtas, niſi à DEO, & qui reſiſtit, ordinationi DEI reſiſtit. 3. officii Magiſtratûs *qualitas*, eſt miniſter ille DEI tum in bonum, h. e. ut bonos præmiis afficiat, tum in malum, h. e. ut legum transgreſſores puniat. 4. obedientiæ *neceſſitas*, non ſolùm propter iram, verùm etiam propter conſcientiam. Conſiſtit verò obedientia Magiſtratui debita, tum in honoris præſtatione, tum in tributorum & vectigalium perſolutione. In altera parte oſtenditur *dilectionis* Chriſtianæ *commodum*, v. 8. ſeqq. In tertia *ſanctitatis* commendatur *ſtudium*, v. 11. ad finem.)*

*(Πᾶσα. Signo hoc generali omnes omninò homines, adeoque etiam clericos comprehendi, rectè noſtrates contra Pontificios urgent, idque inde evincunt, quòd cauſæ, cur omnis anima Magiſtratui ſubjecta eſſe debeat, etiam clericos concernat. Sunt verò illæ 1. *ipſa honeſtas*. eſt enim Magiſtratus ordinatio divina, v. 1. 2. *peccati generalitas*: qui enim Magiſtratui reſiſtunt, DEO reſiſtunt v. 2. 3. *pœnarum gravitas*: qui enim reſiſtunt, damnationem ſibi attrahunt, v. eod. 4. *præmiorum largitas*, v. 3. 5. *officii ſublimitas*. DEI enim Miniſter eſt Magiſtratus v. 4. 6. *parendi neceſſitas*. neque enim pœnæ ſolùm metus, ſed propria quoque conſcientia obedientiam Magiſtratui præſtandam eſſe, docet. v. 5. Argumentis Adverſariorum pro exemtione clericorum dudum ſatisfactum à noſtratibus eſt. Vide B. P. tum Confeſ. Cathol. art. 6. cap. 5. tum LL. Theol. L. de Magiſtr. Polit. §. 440. ſeqq. B. D.

VValther. Cent Miſcell Theol. p. 50. ſeqq. alii. Hoc loco illud ſaltem addimus, quòd jampridem libido illa clericos inceſſerit, ut exemtos ſe à poteſtate Magiſtratûs civilis voluerint. Sed hos Magiſtratûs Politici imperio hîc à Paulo ſubjici, clarè ſatis primitivæ Eccleſiæ Dd. in expoſ. hujus oraculi monuerunt. Diſertè Chryſoſtomus hom. 23. in Ep. ad Romanos: *Oſtendit Apoſtolus, quòd iſta imperentur omnibus, & Sacerdotibus & Monachis, non ſolùm ſecularibus, id quod ſtatim in ipſo exordio declarat, cum dicit: Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſit ſubdita, etiamſi Apoſtolus ſis, etiamſi Evangeliſta, etiamſi Propheta, ſive quisquis tandem fueris.* οὐδὲ γὰρ ἀνατρέπει τὴν εὐσέβειαν αὕτη ἡ ὑποταγή. i. e. *neque enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio.* Eadem clericis inſuſurrant Theophylactus itemque Oecumenius Comm. h. l. cumprimis verò S. Bernhardus ep. 42. ad ArchiEpiſc. Senon. addatur quoque Theodoretus, adductus à B. D. Quiſtorpio in h. l. Excipiunt verò ad h. l. 1. *licet Apoſtolus neminem excipiat, adeoq; nec clericos: attamen ipſos Principes clericos excepiſſe, dum in omnibus cauſis, etiam temporalibus & civilibus Epiſcopis ſuis ſubjecerunt, & quod ſummus cumprimis Pontifex Romanus clericos omnes exemerit à ſubjectione Principum ſecularium. ex quo ſequatur, quod reſpectu clericorum Principes non ſint ſuperiores poteſtates.* Ita vim effati hujus Apoſtolici eludere Bellarminus ſatagit lib. de clericis c. 28. propoſ. 3. nec multò aliter Guilielmus etiam Eſtius in Comm. h. l. excipit. Verùm reſp. pervertitur quæſtionis ſtatus. neque enim quæſtio nos inter ac Pontificios eſt, an Principes nonnulli adeò liberales fuerint, ut clericos exemtos à ſubjectione, ipſis Jure divino debitâ, voluerint. Id quod tamen itidem B. D. Calixtus in h. l. negat, diſertè ſcribens, *quòd omnimoda illa, quod cauſas attinet civiles & criminales, exemtio, quam hodie urgent Pontificii, nunquam iſtis ſeculis à quoquam ſomniata fuerit.* multò verò minùs quæritur de Pontificis Romani ſuperbia, & num tale quid fecerit. Etenim ſicuti eousque Præſulum Romanorum, ſequioribus temporibus progreſſa dominandi libido eſt, ut Reges quoque &

Imperatores de ſolio ſuo deturbare haut dubitarint, ita nec mirum, quòd eam etiam poteſtatem ſibi arrogarint iidem, ut gnathones ſuos à civilis Magiſtratûs imperio exemerint. Sed de hoc non eſt quæſtio. Etenim ſi *de* P.R. *facto* ſermo eſt, largimur, quòd eodem jure, quo contra Chriſti inſtitutionem alteram Sacramenti ſpeciem nefando ſacrilegio laicis ademit, eodem & clericos à Chriſtiani Magiſtratûs imperio exemerit, h. e. nullo. Quæſtio autem eſt *de jure divino*, an hôc exemti clerici à poteſtate Magiſtratûs Politici ſint. Id verò eſt, quod nos negamus, cum contrarium Apoſtolus hîc doceat, Pontificii autem nonnulli affirmant. Notanter dico, quòd *nonnulli* ſaltem Pontificii, Romanæ nempe curiæ gnathones ac Papalis Monarchiæ admiratores, ita doceant. neque enim deſunt, quibus lux veritatis ita oculos perſtrinxit, ut Placentiam prætervecti Veronam rectè contenderint. Ipſe ſanè Cardinalis Bellarminus in prima Controverſiarum editione, h.e. cùm nondum Romanæ deliciis aulæ eſſet ineſcatus vel infatuatus, itidem partem negativam defendit: poſtmodum verò cùm ſententiam hanc Præſulis Romani Monarchiæ detrimenti quid allaturam deprehenderet, (ita enim intelligenda ſunt verba Jeſuitæ Erbermanni, in vind. t. 2. l. 3. Bell. p. 207. ſcribentis, *quòd Bellarminus animadverterit, non deeſſe, qui eâ doctrinâ antea propoſitâ abuti vellent ad oppugnandam Eccleſiaſticam libertatem*) animum mutavit, & in poſteriori operum ſuorum editione ſatis audacter adſeruit, *exemtionem clericorum in rebus Politicis tam quoad perſonas, quàm quoad bona tam ex divino quàm humano jure introductam fuiſſe.* Erbermannus verò cùm facilè conjicere potuerit fore, ut Reges ac Principes Chriſtiani minimè æquo ferrent animo adeò crudum & audax adſertum, omni id ipſum niſu emollire ſatagit. quin penitus ſibi perſuaſum habet, quòd ſi ita ſententia Bellarmini temperetur, argumenta tum noſtratium pro tollenda clericorum exemtione nihil evincant. Sed quàm nec medelâ ac temperaturâ illa adhibitâ, argumenta noſtra, in contrarium afferri ſolita, vel ſolvantur, vel Pontificiorum

argumenta, quibus errorem ſuum confirmare conantur, ſtabiliantur, facilè apparet. E. G. Petunt Papicolæ pro omnimodâ clericorum exemtione inter alia, etiam argumentum ex Matth. 17, 26. ubi dicitur, *quòd Filii Regum eximantur à tributis.* Erbermannus cum promacho ſuo ita hinc colligit. Filii Regum *cum familiis* (& hoc de ſuo addit Erbermannus) eximuntur à tributis. Clerici autem propriè pertinent ad familiam Chriſti. Reſpondit ad hoc B. Par. *quòd Bellarm. lib. de clericis c. 3. §. Ad primum ſcribat*, Chriſtum Matth. 17. de ſeipſo tantùm loqui, & addidit: *Quòd ſi verò Bellarminus propterea eos à poteſtate civilis Magiſtratus eximere velit, quòd ſint Filii Regis, & pertineant ad familiam Chriſti, omnes omninò pii exempti erunt, quia omnes ſunt filii Regis, & ad Chriſti familiam pertinent.* Ad hoc ne γρυ quidem reſpondet Erbermannus, nec ſolvit etiam datam inſtantiam ejusdem temperamentum. Sic etiam cum reliquis ſeſe res habet. Oppoſuit B. Par. in Bell. Orthod. teſte p. 313. quòd non posſit exemtio illa dici facta de jure divino, licet vel maximè extarent in S. Sc. exempla hujusmodi exemtionis, ſiquidem Bellarminus lib. de clericis cap. 7. reſreſp. ad 7. arg. diſertè ſcribat, *exempla Scripturarum non faciunt, rem eſſe de Jure divino: ſed præcepta DEI ſunt, quæ hoc faciunt.* Ad hoc itidem ne verbulum reſpondit Erbermannus. nec ſolvitur quoque objectio hæc, licet temperamentum Bellarminianæ adſertioni adhibeatur. Si enim exempla non faciunt, ut res aliqua ſit de jure divino, ſequitur, quòd nec hîc exempla id evincant. & hoc tamen eſt temperamentum Erbermanni pro Bellarmino, quod jampridem ipſe Bellarminus fortiter rejecit. Hoc nempe eſt, vindicias pro Bellarmino ſcribere, ac orthodoxorum argumenta difflare, quæ thraſonica Jeſuitæ verba ſunt. Sed de hac re alibi prolixiùs actum. Addimus modò, quòd nec P. R. diſpenſare hîc contra legem divinam posſit. Perſpicientes hoc ipſimet Pontificii nonnulli, aliter excipiunt, adeoque 2. regerunt, *quòd Apoſtolus in genere moneat, omnes homines ſubjectos eſſe debere poteſtatibus, nec eſſe quoq; ullum, qui ſuo ſuperiori non debeat eſſe ſubjectus,*

quicun-

quicunq; tandem ille ſit. Cùm verò & Epiſcopi aliiq; Antiſtites ſuperiores ſint, ſufficere, quòd hi inferiores clerici ſeſe ſubjiciant. haut magis verò requiri, ut iidem Magiſtratui ſe Politico ſubjiciant, quàm ut Rex Galliarum ſeſe ſubjiciat Regi Hiſpaniarum. Ita poſt Bellarminum lib. 2. de P. R. c. 29. arg. 3. ac lib. 4. de P. R. c. 16. & Alphonſum de Caſtro lib. 6. adverſus hæreſ. verb. Eccleſ. hæreſi 3. Jeſuita Benedictus Juſtinianus Comm. in h. l. Urgent pro ſuâ ſententiâ, quòd Hieronymiani Commentarii, Anſelmus, Primaſius, Symmachus, & Hormisda Pontifices ad Anaſtaſium Imperatorem, Nicolaus ad Michaelem Imperatorem, Leo IX. ad Michaelem Patriarcham aliique, etiam de Eccleſiaſticis poteſtatibus locum hunc explicent. *Videant igitur hæretici*, ſubjicit & exclamat dictus Jeſuita, *qui pro* (lege quo) *jure, quave injuriâ ex h. l. non minùs ſtultè quàm impiè contra Eccleſiaſticam poteſtatem invehuntur, cùm tamen quidam ex ipſis, etiam tyrannis nefariè dominatum occupantibus obtemperandum cenſeant.* Eod. modo & Bell. l. c. c. 30. §. quarto excipit, nempe, *quòd ſententia Apoſtoli ſit generalis, nec probari inde ſubjectionem clericorum poſſe, niſi probetur, Principes & Reges ſeculi eſſe legitimos ſuperiores & judices clericorum.* Reſp., miſſo jam nunc Bellarmino, ad diſcursũ Jeſuitæ Juſtiniani 1. negando, Ecc. poteſtatem injuriâ nos afficere, quando clericos à poteſtate Magiſtratus civilis exemtos inficias imus. niſi fortè & de Apoſtolo idem dicere Jeſuitæ velint, ut qui idem, quod nos adſerimus, h. l. inculcat. 2. monendo, quòd nil nobis officiat, quando Interpretes nonnulli ex h. l. colligunt, etiam Antiſtitibus ſuis clericos Inferiores ſubjectos eſſe debere. Etenim gradus inter Eccleſiæ Miniſtros eſſe, ſatis ex Eph. 4, 11. 1. Tim. 5. 2. & 8. Tit. 1, 7. patet. Sed per talem graduum differentiam, ac inde profluentem obedientiam, quam inferioris gradûs Eccleſiæ miniſtri ſuperioris ordinis Miniſtris ordinis causâ exhibere debent, minimè tollitur ea obedientia & ſubjectio, quam juxta monitum Apoſtoli, etiam civili Magiſtratui, (ut cui, tanquam DEI locum-tenenti omnis ſubjecta eſſe anima debet,) præſtare iisdem debent. Unius enim poſitio, non

eſt alterius excluſio. Si verò Pontifices quidam inter eos, quos Jeſuita adducit, *excluſivè* verba Apoſtoli acceperunt, (quod tamen nondum à Jeſuita probatum,) tribuendum id faſtui AntiChriſtiano eſt. neque enim fruſtra de AntiChriſto Romano prædictum ab Apoſtolo 2. Theſſ. 2, 4. *quòd ſe ſit elaturus* ἐπὶ πάντα λεγόμενον τὸν θεὸν ſive ἐπὶ λεγομένους θεούς, h.e. *ſupra Principes, Reges, ipſumq́; etiam Imperatorem.* cujus veritas ſatis patet, ſi conſideretur Ceremoniale Romanum l. 1. Sect. 2. 3. 5. it. l. 3. ſect. 5. Sed hanc in rem plura legi poſſunt apud B. Par. Confeſſ. Cathol. l. 2. art. 3. c. 6. in reſp. ad arg. 8. Adverſariorum, Conf. CL. Salmaſius de Primatu Papæ, D. Hoornbeeck in Diſp. ad Bullam Innocentii X. aliique paſſim. 3. itidem negando, quòd nonnulli ex noſtaatibus cenſeant vel doceant, tyrannis, *titulo & exercitio* talibus obtemperandum eſſe. Contrarium paſſim inculcant noſtrates tum Theologi, tum Politici. diſtinguentes inter *tyrannos occupatione, & adminiſtratione.* Illos quod concernit, diſerte docent, quòd cùm poteſtas eorum non ſit à DEO, adeoque nec legitima, Deus minimè eos damnet, qui legitimo modo talibus tyrannis reſiſtunt. vide B. Par. L. de Magiſtr. Polit. §. 81. & 485. ac quos ipſe allegat, autorès alios plurimos. Ad Bellarmini verò exceptionem dudum prolixè reſpondit B. P. L. de Mag. Pol. §. 441. (quemadmodum etiam in Conf. Cathol. art. 5. c. 5. in reſponſ. ad except. 3.) ubi monet 1. quòd ſcopus Apoſtoli h. l. ſit, redarguere eos, qui prætextu libertatis Chriſtianæ homines abducebant ab obedientia, Magiſtratui, etiam infideli & Ethnico in civilibus præſtandâ. 2. quòd in ſpecie (ſive *præcipuè*, ut rectè monet Bened. Juſtinianus h. l. idemq; *Irenæum l. 5. c. 24. Baſilium de Conſtit. Monach. c. 23. Chryſoſtomum h. l. Auguſtinum ep. 24. ad Maced. cæterosq; penè omnes veteres ſcriptores obſervaſſe*, addit. Gemella prorſus habent Card. Toletus ac Jeſuita Pererius. Alph. etiam Salmero, unus ex primis Ignatii Lojolæ adſeclis, in h. l itidem diſerte ſcribit, *quòd Patres veteres, & præſertim Auguſtinus ep. 54. ad Macedonium, & Chryſoſtomus præſenti loco Apoſtolum interpretentur de*

poteſtate

poteſtate ſecnlari tantùm, quod & ipſe textus ſubindicet. Eadem ſententia & Thomæ de Aquino eſt.) agat Apoſtolus de Magiſtratu Politico, nempe de tali poteſtate, quæ gladium portat, & cui præſtanda tributa: ea verò non Eccleſiaſtica, ſed Politica eſt. 3. quòd generale ſit, in quibus rebus aliquis præeſt, in iis reliquos ipſi obedire debere; & ſicuti in ſpiritualibus parendum Epiſcopo eſt, etiam ab ipſis Principibus, ita vicisſim cùm in temporalibus Magiſtratus Politicus etiam clericis præſit, hos quoq; obedire ei debere. 4. quòd non in quæſtione, ſed ex hoc textu clarum ſit, Reges ſeculi ſuperiores eſſe clericorum, quippe cùm Apoſtolus generaliter loquatur, ac talia proferat argumenta, quæ ipſos etiam clericos concernant. Meminit quoque B. Par. d. l. nonnullos ita ad h. l. excipere, quòd per *animam* intelligendi ſint *homines animales* & *carnales, qui ſint diſtinguendi à ſpiritualibus ſive clericis.* & illos accommodare huc Origenis interpretationem. Rectè verò ſubdit, quòd per Ebraïſmum *anima* ſynecdochicè ponatur pro *homine*, uti Gen. 14, 21. c. 46, 27. Ezech. 18, 19. Actor. 2, 41. 1. Petr. 3, 20. Idem etiam ſtatuit Jeſuita Juſtinianus in Comm. h. l., addens, *quòd nihil opus ſit, ſubtilitates Origenis ſectari, quæ ut argutæ fortaſſe cuipiam videri posſint, longius tamen abſint à vero.* Argumenta, quæ nonnulli Pontificii pro exemtione clericorum ex ipſa Sc. S. petere non dubitant, ceu Jeſuita Petrus Cotonus in Inſt. Cathol. l. 3. c. 25. ridiculè perquam in hanc rem locum 1. Cor. 5, 12. 13. adducit, de iis ſuo loco agetur. Conf. etiam ſis de præſenti materia autores Theſ. Theol. Decad. 18. §. 5. litt. b. alleg. nec non Analect. ad Matth. c. 17. v. 25. it. B. D. König Caſ. Catech. p. 691. ſeqq. p. 730. ſeq. Unicum adhuc illud adjiciendum eſt, quòd licet *omnes* ſubditi ſubjecti Magiſtratus imperio ſint, omnesque adeo obedientiam illi præſtare debeant: id tamen non *in omnibus* fieri neceſſe ſit. Quam in rem vide quæ notata ad Actor. 5, 29. Hoc loco addere ſaltem placet ſententiam Q. Sept. Flor. Tertulliani, lib. de Idolol. c. 15. p. 156. ſcribentis: *Quod attinet ad honores regum & imperatorum, ſatis præſcriptum*

ptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundùm Apoſtoli præceptum, ſubditos Magiſtratibus & principibus & poteſtatibus. Sed intra limites diſciplinæ, quousq; ab idololatria ſeparamur. Propterea enim & illud exemplum trium fratrum præcucurrit, qui aliàs obſequentes erga regem Nabuchodonoſor, honorem imaginis ejus conſtantiſſimè reſpuerint, probantes, Idololatriam eſſe, quicquid ultra humani honoris modum, adinſtar divinæ ſublimitatis extollitur. (Notent hoc Papicolæ, honorem plusquam humanum ſanctis defunctis tribuentes.) Sic & Daniel cætera Dario ſubnixus, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo diſciplina vacaret &c. Conf. idem adverſus Gnoſticos cap. 14.)*

Emphaſis eſt in voce ψυχῆς, quam diligenter expendit Chryſoſt. in h. l. Vult. enim dicere, quicquid Spiritum trahit humanum, Magiſtratui tenetur obædire. Thom. Aquin. in comm. *Animam pro homine ponit, quia ſubjectionem debemus ex animo.* Cajetan. in h. l. *ut intelligeremus, non ſolum res noſtras aut corpora noſtra, ſed etiam animas debere ſubjici Principibus ſecularibus in iis, quæ poſſunt legitimè imperare.*

*(Aliàs ex ſacris nota ſynecdoche eſt, per quam anima pro *homine* ponitur. Vide B. D. Glaſſium Rhetor. Sacræ pag. 459. quo etiam reſpiciens Tertullianus, lib. de Anima cap. 13. ſcribit, *animæ nomine totius hominis mentionem titulatam eſſe.*)*

ἐξουσίαι ὑπερεχούσαι *poteſtates ſupereminentes* ſunt Magiſtratus, qui poteſtatem habent ſuper alios divinitus ſibi conceſſam. Ac quia non ſolùm ſupremo Magiſtratui, ſed etiam inferioribus obtemperandum, ideo utitur numero plurali. 1. Petr. 2. v. 13. Iren. lib. 5. cap. 20. p. 346. *Hæc non de Angelicis poteſtatibus, nec de inviſibilibus Principibus dixit, quemadmodum quidam audent exponere, ſed de his, quæ ſunt ſecundum hominem poteſtates ait, propter hæc enim & tributa præſtatis.*

* (Tribuitur quidem etiam Angelis nomen ἐξουσιῶν, Ephe. 1, 21. c. 3, 10. Coloſſ. 1, 16. 1. *Petr.* 3, 22. Verùm quò minus per ἐξουσίας hîc Angeli intelligi poſſint, manifeſtum eſt ex contextu,

textu,

textu; loquitur enim Apoſtolus de talibus ἐξουσίαις, quibus tributum debeamus. Id quod de Angelis intelligi non poteſt. quam rationem proinde etiam rectè contra perverſores illos hujus textûs Irenæus urſit.)*

ὑποτασσέσθω ſubordinata ſive ſubjecta eſto: ordo igitur reſpicitur, non autem infinita poteſtas Magiſtratui conceditur.

Non eſt poteſtas, niſi à DEO. Quamvis enim quidam mediis illegitimis ad Magiſtratûs officium evehantur, id tamen non ſine DEI providentia contingit. *(Quòd Magiſtratus à DEO ſit, etiam ſapientiores gentiles admiſerunt, quemadmodum ex Callimacho, Homero aliisq; oſtendit B.D. Quiſtorpius in h.l. Idem hoc tum claris Sc. Sacræ dictis, tum rationum momentis, tum probatis exemplis confirmat B. P. L. de Magiſtr. Polit. §. 33. ſeqq. Quomodo autem immediatè Deo ſit, prolixiùs docet B. D. Hulſemannus in Auguſtanæ Confesſionis Manuali p. 562. ſeqq. Cœterùm obſtare videtur ſententiæ Apoſtoli locus Hoſ. 8. 6. Reſp. diſt. inter *eſſe à Deo ratione poteſtatis*, & hoc modo omnis Magiſtratus eſt à Deo, & *inter eſſe à Deo ratione modi*, quo vel ipſe Magiſtratus poteſtatem conſequitur, vel alii poteſtatem in eum conferunt. Non adverſatur igitur adſertioni Apoſtolicæ, quòd multi dentur tyranni aliiq; homines ſceleratè viventes, in dignitate iſtâ conſtituti. Etenim accuratè diſtinguendum inter *poteſtatem ipſam*, quam à DEO eſſe Apoſtolus docet, & inter *turpem poteſtatis abuſum*, qui diabolo & pesſimæ hominum voluntati adſcribendus. Eodem quoque recidit diſtinctio inter *perſonam*, quæ officio & poteſtate Magiſtratûs fungitur, & inter *officium & poteſtatem ipſam.* Hæc à Deo eſt, licet perſona ſæpè vi, fraudibus ac crudelitate Magiſtratum occupet, & adminiſtret, ac proinde à DEO ad Magiſtratum ordinata dici haut posſit. & de hujusmodi perſonis, non de poteſtate ipſa Deus apud Hoſeam l. c. loquitur. Conf. plura huc facientia apud *B.* D. Meiſner. ac B. D. Tarnovium Comm. in Hoſ. d. l. item B. Hackſp. in Notis Philol. ad Hoſ. B. Par. L. de Magiſtr. Polit. §. 34. Atque ad

diſtinctionem illam reſpexiſſe quoque hîc Apoſtolum locu-tione abſtractivâ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις, Dd. obſervant: uſum e-nim illum eâ ideò eſſe cenſent, ut oſtenderet, quòd ſubditi non ad perſonas imperantium, ſed ad officium & poteſtatem, quâ divinitus inſtructi ſunt, quamque à Deo habent, reſpi-cere debeant. Aliter ἐξουσίας vocem, accepiſſe Theodoretus videtur, nempe non pro poteſtate ipſa, ſed pro poteſtatis di-vinitùs Magiſtratui conceſſæ diſpenſatione, quando ita in h. c. γὰρ, ſcribit, τοῦ Θεοῦ χειροτονία τῶν ἀδίκων ἡ ἐξουσία, ἀλλὰ αὕτη ἡ τῆς ἀρχ-μονίας οἰκονομία. Quòd verò Deus etiam impios Magiſtratus conſtituat, non quidem impios eos faciendo, vel ad impieta-tem aut crudelitatem impellendo, ſed illorum tyrannidem ad ſalutarem uſum, piorum nempe caſtigationem, vel etiam ad malos puniendos dirigendo, idem Theodoretus, itidem d. l. monet. Quo cumprimis etiam facit Eſaiæ c. 3, 4.)*

V. 2. Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται.

ὁ ἀντιτασσόμενος, *qui ſeſe opponit*, qui ordini huic divinitus inſtituto obtemperare recuſat, reſpicit enim ad ſententiam verſ. præcedentis αἱ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν.

Qui reſiſtit Magiſtratui, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ *ordinationi di-vinæ reſiſtit*, atque ὑποταγὴν, quam Magiſtratui ut adminiſtro DEI debet, in ἀντιταγὴν verbo DEI contrariam vertit.

λήψονται κρίμα *accipient judicium* i. e. pœnam. Quidam intelligunt de *damnatione æterna*, ſed rectiùs accipitur de pœ-na, quam irrogat Magiſtratus, ut in ſeqq. exponitur.

* (In textu Græco præmittitur ἑαυτοῖς *ſibiipſis*. Sed Syrus illud omiſit: agnoſcunt tamen Arabs & Æthiops.)*

V. 3. Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγα-θὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς.

*(οἱ ἄρχοντες *principes*. Syrus vertit ܕܝ̈ܢܐ i. e. *judices*, ali-bi tamen vocem illam Græcam vertit modò per ܪܫܐ i. c. *caput*, uti Matth. 12, 24. c. 9, 34. c. 20, 25. Actor. 7, 27. & ali-bi paſ-

bipaſsim. & ita quoque Arabs hîc expresſit, videl. per الرؤساء modò ipſam dictionem Græcam retinet, paullulum inflexam, nempe in ܐܪܟܘܢܐ, ceu Matth. 9, 18. 23. Joh. 3, 1. &c. modò etiam per ܫܠܝܛܢܐ, ut 1. Cor. 2, 6. 8. Æthiops itidem tali voce uſus hîc eſt, quæ propriè *judicem* notat, putà መኰንን፡ deſcendit enim à rad. ኰነነ፡ *judicavit*, Pſal. 9, 8. Matth. 7, 1. 2.)*

Non ſunt timori bonis operibus, i. e. illis qui faciunt bona opera, τοῖς ἀγαθοποιοῦς 1. Petr. 2. v. 14.

*(Et ita quoque vertit hîc Æthiops, habet enim: *Judices enim* (ſive ut Londinenſes reddiderunt *Magiſtratus*) *non ſunt terrori* ለዘ፡ ይገብር፡ ሠናየ፡ ዘእንበለ፡ ለዘ፡ እኩየ፡ ይገብር፡ i. e. *qui operantur benè, ſed quorum opera mala.* Syrus tamen & Arabs arctè textui Græco inhærent, tranſtulit enim hic: *nam principes non ſunt terrori* الرؤساء ليس للعمل الصالح *operibus bonis, &c.* ille verò ܠܥܒܕܐ ܛܒܐ *operibus bonis.*)*

Habebis laudem i. e. tutelam & defenſionem, opponitur enim terrori ac pœnæ. *(B. Par. Comm. in prior. ep. Petri p. 256. ſtatuit, quòd per ἔπαινον, quod occurrit in loco parallelo, videl. 1. Petr. 2, 14. intelligantur *præmia*, obedientibus & benè operantibus diſtribuenda, non quòd nudis verbis commendanda ſit obedientia, ſed quia laus eſt præmii quædam ſpecies, per quam συνεκδοχικῶς omnis generis præmia intelliguntur, vel quia præmium laudis & honoris eſt ſignū. Æthiops vertit: ወዉዲ፡ እሙንቱ፡ ያእኩቱከ፡ *& ipſi etiam gratias habebunt tibi.* ita vertunt Londinenſes. Sed poteſt quoque reddi, *& etiam ipſi laudabunt te.*)*

v. 4. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι σοὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ. οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.

*(Θεοῦ γὰρ διάκονος. Ita cum διακονία hâc, quæ reſpectu Dei talis eſt, comparatum, ut per eam non excludatur δεσποτικὴ

κυριότης reſpectu ſubditorum, ceu patet ex v. 1. præc. Minus verò rectè hinc inferunt Monarchiæ Papalis defenſores, quòd etiam cum *διακονία* perſonarum Eccleſiaſticarum ita comparatũ ſit, ut politicum dominatum ea non excludat. contrarium enim patet ex Marc. 10,42. 2. Cor. 1,24. 1. Petr. 5,3. quâ de cauſa etiam miniſtri Eccleſiæ dicuntur non ſolùm *διάκονοι τοῦ θεοῦ*, verùm etiam *τῆς ἐκκλησίας*, Coloſſ. 1, 25.) *

*(*σοι εἰς τὸ ἀγαθόν.* Syrus præmittit ܐܠܐ i. e. *ſed*, quaſi dicere velit: utut Magiſtratus à DEO ordinatus ſit, ut homines ſceleratos puniat, tibi tamen erit in bonum, ſi quod bonum eſt, feceris. Æthiops totum hunc locum ita tranſtulit: *Miniſtri Dei ſunt*, ከመ፡እንተ፡ተሠኒ፡ምግባሪከ፡ ወእመሰ፡ትፈቅድ፡እትፈረሀ፡ግበር፡ሠናየ። *ut tu opera tua rectè præſtes. Ideò ſi non vis timere, facito bonum.* quia poſteriora verba etiam in præced. verſu habentur.) *

οὐ εἰκῆ τὴν μάχαιραν φορεῖ. Particula *εἰκῆ* ſignificat *temerè*, hîc ponitur pro *μάτην frustrà ſine cauſa*. loquitur enim Apoſtolus de fine. Syrus vertit: ܠܐ ܗܘܐ ܡܣܪܝܩܐܝܬ ܐܣܝܪ ܣܝܦܐ *Non inaniter accinctus eſt gladio.* Duplex eſt gladius Magiſtratus, unus *judicii*, alter *belli*. *Gladium judicii uſurpat* tempore pacis & tranquillitatis, ut jus & juſtitia conſervetur, unicuique ſuum tribuatur.

*(Rectè ex h. l. Orthodoxi probant, quòd licitum Chriſtiano etiam Magiſtratui ſit, ſupplicia capitalia ſontibus infligere, imò & bella gerere, ſi nempe aliàs quies & ſecuritas ſubditis præſtari non poteſt. Fruſtra excipiunt Anabaptiſtæ, & Photiniani, (vid. Val. Smalcium contra D. Franczium p. 389. Chriſtoph. Oſtorodus in Inſtit. Germ. c. 29. p. 180.) *quòd verba Apoſtoli ad infideles Magiſtratus, qui rerum tum potiebantur, pertineant; ut quibus leges præſcribere Apoſtolus tum non potuerit: proinde monere ſaltem fideles, ne conſtitutis legibus repugnent: ſed patientiâ ſuperarent, quod mutare non valerent.* Verùm totus contextus contrarium loquitur. Etenim quòd Apoſtolus de omni legitimo loquatur Magiſtratu patet, quia dicit.

dicit: *quod poteſtates à DEO ſint ordinatæ, ſint à DEO, non gerant gladium fruſtrà, DEI miniſtri ſint.* quæ ſanè minimè haberent locum, ſi non de *jure*, ſed *de facto* ſaltem talia facerent. Adde, quòd non opus fuiſſet ſubjicere, *propter conſcientiam*, niſi à DEO ordinatus Magiſtratus eſſet, & niſi etiam Chriſtianus Magiſtratus jure pœnas ſontibus infligeret. Conf. plura in hanc rem apud B. Par. L. de Magiſtr. Pol. §. 299. 376. & 377. it. Diſpp. Elencht. p. 1212. Dn. D. Calovium Socinismi Profligg. p. 984. ſeqq. B. D. Fewrb. in AntiOſtor. Diſp. 26. §. 22. ſeqq. B. D. König. Caſ. Catech. p. 630. ſeqq. cumprimis p. 673. ſeqq. Huc facit, quòd τὸ ὐκ εἰκῆ non incommodè etiam h. m. exponatur, ut εἰκῆ illud fieri dicatur, quod fit absque divinâ ordinatione, vocatione & beneplacito. quæ expoſitio confirmatur collat. locorum Matth. 5, 22. Coloſſ. 2, 18. Frivola ergo eſt exceptio Socinianorum 1. *quòd Apoſtolus non tradat præceptum, quid Magiſtratus facere debeat, ſed quid facere ſoleat, exponat.* vid. Oſtorod. in Inſtit. Germ. c. 18. p. 186. Etenim ſi DEI voluntate & ordinatione gladium gerit, ut contra improbos illum ſtringat, ſequitur, quòd Apoſtolus præceptum tradat, quid Magiſtratus facere debeat. 2. *quòd nomine gladii debeant hîc intelligi quælibet pœnæ.* Reſp. Concedendo, ſed ita, ut capitalia etiam ſupplicia non excludantur: Quo reſpiciens Tertullianus lib. de Anima cap. 33. ep. 282. ſcribit: *Tanta eſt apud homines homicidii vindicta, quanta ipſa, quæ vindicatur natura. Quis non præferat ſeculi juſtitiam, quam & Apoſtolus non fruſtrà gladio armatam conteſtatur, quæ pro homine, ſæviendo religioſa eſt.* Cumprimis obſervatione dignum eſt, quòd ſi Chriſtianus ſalvâ conſcientiâ Magiſtratus fungi officio, ac ſupplicia irrogare capitalia ſontibus non poſſet, hautquaquam credibile ſit, in tantâ Epiſcoporum in primitivâ Eccleſiâ multitudine, non fuiſſe ullum, qui ne id facerent, dehortatus fuerit. præſertim cum alioqui libertatis Epiſcoporum adversùs Reges peccantes illuſtria extent exempla. Ut adeò inſignis ille antiquitatis promus condus Hugo Grotius Annot. ad Matth. 5, 40. p. 124. ſcribere

non dubitet, *ſibi certiſſimum videri indicium, conſtanter ab omnibus creditum fuiſſe, nihil eſſe in iſtis judiciis*, Magiſtratus Politici, *præceptis Chriſti & ſaluti Imperatorum contrarium.* Eſtq; res hæc, quòd nempe non repugnet Chriſtianæ dilectioni, ſi Magiſtratus Chriſtianus ſontibus ſupplicia capitalia irroget, adeò clara, ut ex cœtu Anabaptiſtarum, (quos craſſos Socinianos eſſe, alibi monuimus, ſicuti de Socinianis conſtat, quòd ſubtiles Anabaptiſtæ ſint) ipſe *Menno Simonis*, (à quo Anabaptiſtæ in Belgio hodie degentes Mennoniſtæ dicti. quo nomine etiam ipſi magis gaudent, quàm Anabaptiſtarum) in libro Fundamenti, f. 99. & 100. edit. A. 1539. in hæc ad Magiſtratum, cujus judicium ſibi ſuisque metuebat, erumpere verba non dubitarit: *Mementote, vos ad hoc vocatos eſſe, ut puniatis malos, nempe fures & latrones &c. Ad hoc vocati eſtis, ſicut per universæ Scripturæ teſtimonium confirmatur*, *Exod.* 18, 23. 2. *Par.* 19. *Rom.* 13. 1. *Petr.* 2. Si verò Magiſtratus Chriſtianus malos punire ac ſubditos defendere debet, ſequitur, quòd etiam jure optimo bellum gerere poſſit, imò debeat: ubi videl. pax & tranquillitas conſervari aliàs non poſſunt. Si enim cuilibet privato jus naturæ poteſtatem in manus quaſi dedit, vim injuſtam propulſandi, quâ de re Cicero in Orat. pro Milone: *Hoc & ratio doctis*, ſcribit, *& neceſſitas Barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim quacunq; ope poſſent, à corpore, à capite, à vitâ ſuâ propulſarent.* quanto magis idem jus Magiſtratui pro defenſione ſubditorum competit, præprimis cùm DEUS ipſe gladium illi accinxerit. Ad argumenta, quæ opponere ſolent, cumprimis ex Matth. 5, 44. c. 26, 52. 1. Cor. 10, 4. ſuo loco reſpondetur. Eo ipſo verò dum Magiſtratui Chriſtiano belli gerendi poteſtatem à DEO conceſſam eſſe adſerimus, minimè ſanè, ut levi de cauſa arma moveat, ſuademus. Sed omnia priùs tentanda, quàm arma arripienda. Benè Auguſtinus ep. 205. quæ eſt ad Bonifacium: *Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas, ut liberet DEUS à neceſſitate, & conſervet in pace. Non enim pax quæritur, ut bellum excitetur, ſed*

ut pax

ut pax acquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem vincendo perducas. Cumprimis etiam ad hoc, ut bellum legitimè geratur, requiritur, ut adſit 1. indicentis jurisdictio. 2. patientis offenſio. 3. convenientis finis intentio. Sed hâc de re alibi prolixiùs actum. Conf. Anal. ad Matth. 5, 44. & qui ibi allegati autores. Quemadmodum verò nemo Magiſtratui auctor facilè erit, ut bellum, niſi ſummâ neceſſitate urgente ſuſcipiat; ita & in capitalibus ſuppliciis infligendis non adeò præcipitanter agere Magiſtratus debet: ſed circumſtantias omnes benè penſiculari, quâ de re agunt B. D König. Caſ. Catech. p. 673. B Par. L. de Magiſtr. Polit. §. 310. Hugo Grotius Annot. ad cap. 5. Matth. v. 40. ubi etiam ad dicta Patrum, quæ Chriſtianis tum ut Magiſtratus officium ſuſcipiant, tum ut judicia adminiſtrent, disſuadere videntur, reſpondet.)*

v. 5. Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν.

Διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, ideò necesſitas ſive neceſſarium eſt obœdire. Lutherus: *Ideo necesſitate ſubditi eſtote.* ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. *Neceſſe eſt ſubjici*, & ut Syrus expresſit, interprete Tremellio: *Neceſſe eſt nobis, ut ſubjecti ſimus.* Vulg. dilutè: *Necesſitati ſubditi eſtote.* Nam juxta fontes Chriſtianorum officium univerſaliter exprimitur, ut nemo ambigere posſit, hoc illis mandatum eſſe, ut ſubſint Regibus. At vulg. Interp. obſcuriùs, quaſi conſilium eſſet, ut pro tempore ſeſe Romani gererent, præſentique necesſitati obſequerentur, quomodo etiam hodie clamant, agnoviſſe Ethnicos pro Imperatoribus olim Apoſtolos, quia deerant vires ad excutiendum jugum. Verùm Apoſtolus hortatur Auditores ſuos, ut Magiſtratui ſubditi ſint, non tantùm quia viribus infirmi eis reſiſtere non posſint, ſed etiam quia Deum honorem & obſequium erga quemvis Magiſtratum requirere ſciunt. Pereir. in h. l. *Nomen conſcientiæ uſurpat Scriptura, ubi agit de peccato mortali, non autem veniali.*

* (διὰ τὴν ὀργὴν i. e, *ob pœnam*, ab irato quippe profectam;

ctam, quomodo etiam *ira & furor* accipiuntur, quando DEO tribuuntur, cùm nempe vindictam exercet ac improbos punit, exigente id ejus juſtitiâ. atque hanc iram deprecatur David hymno 6, 1. Patet hinc, quòd Magiſtratus Chriſtianus non ſolùm judicia adminiſtrare, ac promeritis pœnis in reos animadvertere jure poſſit: verùm etiam, quòd liceat Magiſtratûs auxilium implorare. Id quod contra *Photinianos* ac *Anabaptiſtas* notandum, de quorum errore prolixiùs agunt B. Par. L. de Magiſtr. Polit. §. 271. ſeqq. Dn. D. Calovius Socinismi Profl. ſect. 9. art. 5. controv. 1. ſeqq. B. D. Chemnitius part. 2. LL. Theol. p. 115. ſeqq: edit. in fol. B. D. Fewrb. in AntiOſtor. D. 27. §. 6. ſeqq.)*

Ambroſius. *Non ſolum timore præſentis pœnæ, ſed propter conſcientiam futuri judicii. propter iram* i. e. *ex metu pœnæ, quæ inobœdientibus à Magiſtratu irrogatur.*

Propter conſcientiam, ut ſcil. retineamus bonam conſcientiam, quia inobœdientiâ erga Magiſtratum DEI miniſtrum violatur conſcientiæ integritas. Ne proprio tuo judicio aliquid durius in te ſtatuere, teque ipſum ira DEI dignum judicare cogaris. *(Patet etiam hinc, quòd leges etiam civiles conſcientiam obligent, licet non abſolutè & directè, tamen hypotheticè & indirectè. quâ de re prolixè diſſerit B. P. L. de Magiſt. Pol. §. 267. 268. Cœterùm Æthiops ita hunc locum reddidit: *Nunc autem ex neceſſitate eſt, ut ſubjecti ſitis, & non tantùm qui malus eſt, ſed & is inſuper, cujus opus bonum eſt.*)*

v. 6. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε: λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες.

διὰ τοῦτο καὶ φόρους τελεῖτε, in modo indicativo, ſolvitis Magiſtratui tributum, quia ſcil. eſt DEI miniſter. Luth. reddidit in imperativo, ihr müſſet Schoß geben.

*(Convenit omninò ſubditis, Magiſtratui ad ſolicitudinis ac curarum remunerationem, tum ad publicæ quietis defenſionem, tum ad decentem ſuſtentationem vectigal ac tributum numerare; haut verò licet pio Magiſtratui, ſubdi-

torum

eorum bona & facultates pro lubitu ad ſe rapere, vel minus neceſſariis exactionibus eaſdem expilare. Conf. Eſ. 3, v. 4. Ezech. 19, 3. c. 22, 27. c 45, 9. Mich. 3, 2. ſeqq. Nec patrocinatur etiam injuſtis hujuſmodi expilationibus locus 1. Sam. 8, 11. ſeqq. deſcribitur n. d. l Jus Regium minimè quale ex ordinatione divinâ Deut. 17, 16 ſeqq. eſſe debebat (uti quidem nonnulli, tum ex Judæorum Magiſtris, ceu R. Joſe in Talmud Maſſechet Sanhedrin ac R. Moſe Maimonides, ſed ex Chriſtianis quoq; Nicolaus de Lyrâ ad d. l. ac Marcus Anton. de Dominis ArchiEpiſc. Spalat. lib. 6. d.e Rep. Eccl. c. 2. n. 7. Waremundus ab Ehrenberg in veriſſim. Theol. Jurid. Polit. quin ipſe B. noſter Lutherus in Poſtill. Domeſt. ſuper Ev. Domin. 25. poſt Trinit. Conc. 1. ſtatuunt) ſed quale ex abuſu Regum, & præcipuè in pœnam populi, ex contemtu ordinationis divinæ, & ex κακοζηλίᾳ gentilium Regem poſtulantis futurum erat. ceu prolixè oſtendit B. D. Hutterus LL. Theol. p. 1039. in quam ſententiam inclinare illi videntur, quibus Samuel ibi videtur loqui non de *jure*, ſed de *vulgatâ Regum conſuetudine*. ita ſentiunt ex Theologis noſtratibus B. D Oſiander in Annot. ad 1. Sam. 8, 11. Brentius hom. 27. ad c. l. Calviniſtis Pezelius part. ult. obj. p. 999. Rivetus ad c. 13. Hoſ. c. 2. Op. p. 787 Toſſanus in notis Bibl. ad d. l. ex JCtis Bartolus de regim. civili n. 4. Bodinus l. 1. de Rep. c. 10. Zepperus in Explic. legum Moſ. l. 4. c. 8. D. Hunnius JCtus in Reſol. Diſpp. Treutler. Diſp. 1. vol. 1. p. 73. alii. B. Par. L. de Magiſtr. Politico §. 125. diſtinguit 1. inter *temerariam Regis cupiditatem*, & *Reip. utilitatem ac neceſſitatem*. & addit, quòd ſi Rex privatâ cupiditate talia ſibi vendicet, injuſtè ac tyrannice agat; ſi verò Reip. utilitate exigente, regiâ ſuâ poteſtate merito utatur. 2. inter *rem*, & *rei modum*. Si Rex in his exigendis modum juſtum ac legitimum ſervet, & ex neceſſitate ea exigat, non poſſe dici Tyrannum cenſet; ſi verò modum excedat, & proprium duntaxat quærat inde commodum, poteſtate ſuâ abuti. Et hoc ipſum quoque eſt, quod initio diximus, nempe quòd tributa quidem Magiſtratus exigere

poſſit non tamen modum debeat excedere: nec abſque neceſſitate exactionibus nimiis ſubditos omnibus facultatibus ſpoliare.)*

(τὴν τιμήν. Complectitur hic honor Magiſtratui exhibendus ſeqq. 1. ut pro ſtatu divinitus inſtituto illum agnoſcamus. ſuprà v. 1. add. 1. Petr. 2, 13. 2. ut honeſtè de eo ſentiamus. 3. ut externum honorem illi exhibeamus, verbis pariter ac geſtibus. vid Gen. 42, 6. 2. Sam. 14, 17. 1. Reg. 1, 23. 31. 4. infirmitates ejus patienter feramus. Quomodo vero & gentiles prolixum Magiſtratui exhibuerint honorem, videl. de equo & curru, ubi obviam illi facti, ſtatim deſcendendo, vel equum retardando &c. ex Apulejo l. 3. & 7. ac Juſto Lipſio, l. 1. Elect. 2. refert B. D. Quiſtorpius in h. l.)

φόρος tributum, ἀπὸ τοῦ φέρειν, vel εἰς φέρειν à contribuendo.

*(λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ. Sicuti hoc loco Magiſtratus dicuntur λειτουργοὶ τοῦ θεοῦ, licet juſtitiam non Deo, ſed populo adminiſtrent; non DEO ſcil. ſed ſubditis ſuis præmia & pœnas diſtribuentes: ſufficit, quòd DEI judicium exerceant, 2. Chron. 19. 6. ita Miniſtri quoque Eccleſiæ Deo λειτουργεῖν dicuntur. Actor. 13, 2. licet non DEO, ſed hominibus prædicent & ſacramenta adminiſtrent. ſufficit, quòd legatione fungantur DEI nomine, 2. Cor. 5, 20. Ut adeò minùs firmiter ex d. l. Actorum ſacrificium Miſſaticum probari poſſit. ceu prolixiùs in Anal. ad illum locum oſtendimus. In eo verò Magiſtratus λειτουργὸς τοῦ θεοῦ eſt, quando Spartam divinitùs ſibi commiſſam rectè exornat. quando verò poteſtate ſuâ abutitur, tunc abuſus non Deo, ſed pravæ illius voluntati ac diaboli ſuggeſtioni adſcribendus eſt. Æthiops, neſcio quo reſpiciens, vertit h. l. ita: እስመ፡ለአከ፡እግዚአብሔር፡እሙንቱ፡ *quoniam miſit eos DEUS.* Eodemque modo reddidit quoque verſu præced. 4. ubi tamen Londinenſes pariter ceu in Græco habetur, Latinè tranſtulerunt, nempe: *quia Miniſtri DEI ſunt*. hîc tamen tranſtulerunt ita, ceu modò adduximus. neque tamen nulla apparet ratio, cur diverſimodè exprimi ſententiæ hæ debuerint.)*

εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, huic operi, ſcil. defenſioni bone-

bonorum,& malorũ coercitioni perpetuò intenti eſſe debent.

V. 7. Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς, τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμήν, τὴν τιμήν.

ἀπόδοτε πᾶσι τὰς ὀφειλάς, reddite omnibus, quæ debetis.

*(Eleganter Apoſtolus verſiculo hoc oſtendit, quænam ſint ſubditorum erga Magiſtratum officia, ſive quid ſubditi Magiſtratui ſuo debeant. videl. 1. *honorem & reverentiam*. Idem etiam alibi inculcant ſacræ divinæq; litteræ. Vid. 1. Petr. 2, 17. Pertinent verò ad honorem hunc, Magiſtratui debitum, docente B. Par. L. de Mag. Polit. §. 471. & ex eo Binchio in Mellif. part. 5. L. 22. p. 152. 1. divinæ ordinationis agnitio, v. 1. 4. 1. Petr. 2, 13. 2. honeſta de Magiſtr. exiſtimatio, Pſ. 82, 2. quo ſpectat illud Auguſtini in libb. Qq. V. ac N. T. q. 35. Imaginem DEI Rex geſtat, idcirco colendus & amandus eſt: ſi non propter ſe, ſaltem vocationis & functionis ſuæ causâ. 3. honorifica Magiſtratûs compellatio, 2. Sam. 14, 17. c. 19, 27. ubi tamen cavenda adulatio, Actor. 12, 12. 4. honorifica coram Magiſtratu inclinatio, Gen. 42, 6. 1. Reg. 1, 23. 31. 2. Sam. 14, 4. 5. infirmitatum condonatio, argumento à ſimili, Sir. 3, 9. 1. Petr. 2, 18. 6. detractionum vitatio, Exod. 22, 28. Actor. 23, 5. Eccleſ. 10, 20. 2. *ſubjectionem & obedientiam*, conf. v. 1. 2. it. Gen. 41, 40. Deut. 17, 12. Joh. 1, 17. 18. Tit. 3, 1. 1. Petr. 2, 13. Obſervari tamen hîc obedientiæ limites debent, uti prolixè oſtendit B. P. c. l. §. 474. Vide etiam notata ſuprà ad v. 1. 3. *in cenſu ac tributis perſolvendis patientiam*. conf. v. 6. it. Matth. 22, 21. Luc. 20, 7. quo faciunt exempla 1. Sam. 8, 9. 25. 2. Sam. 8, 2. 1. Reg. 4, 6. Matth. 17, 25. 4. *precum ferventiam*, conf. 1. Tim. 2, 1. 2. Geneſ. 47, 48. Jerem. 29, 7. Baruch. 1, 11. Dan. 6, 21.)*

(τῷ τὸν φόρον, ſcil. ὀφειλομένῳ, cujus ellipſeos gemella exempla ſiſtit B. D. Glasſius Gramm. S. p. 713. Cumprimis huc faciunt loca 1. Sam. 13, 8. 2. Pet. 2, 4. Matth. 26, 54.)

V. 8. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκε.

Nemini] quicquam debeatis, quod ſcil. reddere nolitis: ita enim loquitur verſu præced. Subjungit autem quaſi correctionis loco præceptum de dilectione quod eſt debitum perpetuum, quod in hac vita nunquam plenè perſolvitur.

(Debitum civile præſtitâ ſolutione, ceſſat: ſed debitum obligationis naturalis & dilect. Chriſtianæ eſt perpetuum. Patet etiam hinc, quòd licet B. O. non ſint neceſſaria ad ſalutem æternam vel promerendam vel conſequendam, ſint tamen nobis neceſſaria ratione ordinis, mandati divini & noſtri debiti.)

*(τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. Idem etiam mandatum inculcat Salvator Joh. 13, 34. 35. Debemus verò proximum noſtrum diligere 1. ſincerè & *ardenter*, abſit hypocriſis &c. Vid. ſuprà c. 12, 9. Epheſ. 4, 15. Phil. 2, 1. 1. Petr. 1, 22. 1. Tim. 1, 5. 2. *conſtanter*. non debemus remittere, ſi vel maximè non ſentiamus amorem mutuum. conf. 2. Cor. 12, 15. Eph. 5, 17 1 Theſſ. 3, 2. 2. Theſſ. 1, 3. 3. *compatienter*, ſuprà c. 12, 15. 4. *realiter*, 1. Joh. 3, 18. Conf. plura apud B. Par. in Scholâ Pietatis, lib. 4 c. 14. it. B. D. Glasſium part. 2. Exeg. Evang. in Expl. Epiſt. Domin. Quinquag. it. part. 4. pasſim. Binchium in Milit. part. 3. p. 208. Ad iſtam verò proximi dilectionem permovere nos debet ejusdem dignitas, Dei præcipientis majeſtas, præmii largitas, &c. ceu dd. ll. oſtenditur pluribus. Videantur etiam elegantisſimæ in hanc rem Patrum ſententiæ apud B. Par. Aphoriſm. Pract. tit. *Dilectio.*)*

V. 9. Τὸ γὰρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.

ἐν τούτῳ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, *ad caput redigitur*, *velut in una ſumma continetur*, tanquam ſub capite comprehenditur, recapitulatur. ἀνακεφαλαιοῦται *ſummatim continetur*. metaphorâ ductâ à Rhetorum epilogis, in quibus tota cauſa ſummatim repetitur, quod illi vocant ἀνακεφαλαίωσιν. Aug. Epiſt. 59. *recapitulatur.* *(B. Glaſſ. Rhet. S. p. 338. ſequutus B. Luthe-

rum

tom. 1. Op. Germ. edit. Altenb. f. 231. metaphoram deſumtam putat ab arithmeticis, quibus ἀνακεφαλαιοῦν in ſummam redigere. ut ita indigitet Paulus, quòd ſumma ſummarum omnium præceptorum ſecundæ Decalogi tabulæ ſit charitas. Vulgatus minùs aptè reddidit *reſtauratur*. Arabs habet: [illegible] Æthiops: *ſumma ejus totalis hæc eſt*. Pariter Syrus [illegible] Cæterum non datur aliud ſecundæ tabulæ præceptum præter ea, quæ Apoſtolus jam recenſuit. Sciendum igitur, quòd mos Sc. Sacræ ſit, illud quod modò in ſpecie dictum eſt, in genere repetere. ceu patet ex Gen. 2, 1. Exod. 20, 17. Deut. 5, 21. Pſal. 50. ult. aliiſque locis. Quemadmodum itidem in Sc. S. obſervatum, illud quod in genere dictum eſt, interdum in ſpecie repetere, vel partem certè ejus notabiliorem, uti exempla habentur Marc. 16, 7. Actor. 1, 14. Conf. Anal. ad locum poſtremum. Quæritur verò, *quomodo Apoſtolus tum hîc tum Gal. 5, 14. conciliandus cum Magiſtro ſuo Matth.* 22, 40. Reſp. Chriſtus reſpicit ad utramque Decalogi tabulam *diſtinctè*, Apoſtolus verò ad nexum utriusque *conjunctè*. qui enim ſecundam Decal. tabulam implevit *directè*, is ipſe etiam primam implevit *indirectè*. Vid. B. D. Walther. Harm. Bibl. pag 986. Qui proximum ſincerè diligit, nil detrimenti ejus vitæ, conjugio, famæ &c. afferet, adeoque omnia ſecundæ Decalogi tabulæ præcepta implebit. nemo verò ſincerè proximum diligere poteſt, niſi Deum ſincerè dilexerit. ut ita à præcepto dilectionis tota Lex & Prophetæ dependeant. ita B. D. Calovius in h. l. Quàm compendiosè verò in præcepto de dilectione proximi omnia præcepta comprehendantur, prolixius docet B. Lutherus t. 1. Op. Germ. edit. Altenb. f. 231. & edit. Witteb. verò t. 12. f. 63.) *

v. 10. Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. πλήρωμα οὖν νόμου, ἡ ἀγάπη.

πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη. Vid. Gal. 5, 14. c. 6, 2. *Qui proximum diligit, legem implevit*, i. e. præſtat opera à lege præſcripta & mandata. *Vel implevit legem* i. e. ſecundam decalogi

tabulam de proximi dilectione. Sed quia proximi dilectio oritur ex dilectione DEI, ideò haud incongruè de tota lege accipitur. Si dictum Pauli intelligatur de *impletione legali* h. e. perfectâ & numeris omnibus abſoluta, non niſi cum *conditione* accipiendum eſt. qui nimirum ita diligunt proximum, ut lex requirit, non ſolùm verbo & operibus, ſed intimo cordis affectu, hi demum legem impleverunt. Hoc verò qui fecerit, nemo monſtrari poteſt. Si verò intelligatur de *impletione Evangelica*, qua proximus diligitur quidem ſecundùm omnia præcepta, ſed non ſecundùm eam *ἀκρίβειαν*, quæ in lege requiritur, & tamen DEUS eâ impletione contentus eſt, quia à renatis proficiſcitur, in quibus perfectiſſimum obſequium Chriſti reſiduos defectus ſupplet. Sed de illâ inchoata legis obœdientiâ. Apoſtolus non loquitur. Balduinus contra Pazm. p. 1109. * (Non deſunt tamen, etiam inter noſtrates, qui locum hunc ita explicant, nempe quòd renati legem, proximum diligendo implere dicantur, quoniam defectus tegatur & expietur ſanguine Chriſti, modò pro virili Deum & proximum diligere ſatagant. Ita exponunt B. D. Fanzius in de Interp. Sc. Sacræ Orac. 54. pag. 919. ac B. D. Haſenrefferus in LL. Theol. p 683. Neque tamen ſtatim hinc inferre licet, quòd quædam peccata naturâ ſuâ ſint venialia, ſive non contra legem, uti quidem Bellarminus lib. 1. de Amiſſ. grat. & ſtatu pecc. cap. 11. & ult. ſtatuit, ita colligens: *ſi peccatis quibusdam præſentibus lex impleri poteſt, ſequitur, quòd quædam peccata non ſint contra legem, neq; perfectè ſimpliciter peccata. Atqui E.* Etenim, quòd renati *legem DEI implere* dicuntur, utut peccatis obnoxii ſint, id non *legaliter* intelligendum, ſed *Evangelicè*, nec peccata illa propterea iis non imputantur, ac ſi naturâ ſuâ ſint venialia, vel quòd non ſint perfectè peccata: ſed quia Chriſti juſtitiâ, quam verâ fide apprehendunt, defectus teguntur, & ſanguine ejus expiantur. Non licet igitur hinc inferre, quòd renati legaliter poſſint legem implere, vel perfectè proximum diligere. Dicit quidem Apoſtolus, quòd *qui* proximum *diligit, legem im-*

plevit.

plere. Sed non affirmat, quòd dentur inter homines poſt lapſum protoplaſtorum, qui proximum perfectè diligere, adeoque legem DEI perfectè implere poſſint, intellige per propriam & inhærentem juſtitiam, quod Pontificii communiter adſerunt, & ex hoc inter alia loca evincere quoq; conantur. Vid. Stapletonus, Bellarminus, Lindanus, Gregorius de Valentiâ, Erbermannus in Bellarmino Vindic. t.4. p.242. alii. Contrarium docet Apoſtolus ſuprà c. 8,3. Docent & propriæ ſanctorum confesſiones, in quibus ſe coram Deo peccatores eſſe, contrà verò à perfectâ legis impletione quàm longisſimè adhuc abeſſe, ultrò profitentur. Vid. Exod. 34.7. 1. Reg. 8,46. Job. 9,2. 3. c. 15,15. Pſ. 19,13. Pſ. 32,6. Pſ. 130, 3. Prov. 20,9. Eſ. 64,6. Dan. 9,5. 7. 18. 1. Joh. 1,5: &c. Breviter: Qualis eſt dilectio noſtra, talis eſt etiam legis impletio. At dilectio noſtra in hâc vitâ eſt ſaltem inchoata, adeoque imperfecta, ergo talis quoque legis impletio. Nec eſt, quòd aliquis cum Bellarmino excipiat, quòd ſi vel maximè charitas noſtra non ſit abſolutè & ſimpliciter perfecta, ſit tamen ita perfecta, ut ſufficiat præcepto implendo, quippe cùm non posſimus Chriſti eſſe diſcipuli & amici, niſi dilectionis præceptum impleamus; imo ſi vel maximè in V. T. talis dilectio perfecta fuiſſet imposſibilis, in N. tamen T. aliter ſe res habeat, quippe de quo Deut. 30,6. promiſſum, quòd DEUS circumciſurus ſit cor noſtrum, ut diligamus Dominum Deum noſtrum ex toto corde & ex totâ anima. quid quòd etiam in V. T. talis perfecta dilectio locum habuerit, cùm quorundam fiat in ſacris litteris mentio, qui dicuntur perfecti. Etenim 1. quo ſenſu quidam in Sc. S. perfecti dicantur, paullò antè monitum. 2. locus è Deuteronomio depromtus agit de dilectione noſtrâ inchoatâ, quæ licet ſit imperfecta, placet tamen DEO, quando eſt ſincera. cumprimis verò, quia credimus in Chriſtum, cujus perfecta juſtitia per fidem noſtra ſit, adeoque omnem peccati maculam tegit, omnesque noſtros defectus largisſimè ſupplet & compenſat. 3. Chriſtus utique etiam illos pro diſcipulis ſuis vult agnoſcere, qui diligunt

tum ipſum, tum proximum ſincerè ac verè, licet non omnibus numeris perfectè, modò imperfectionem ſuam agnoſcant, & quod ipſis deeſt, in perfectâ Chriſti juſtitiâ & ſatisfactione verâ fide quærant. De charitatis denique noſtræ in hâc vitâ imperfectione conſuli poſſunt ex Patribus S. Auguſtinus tum de perfect. juſtit. ad ratioc. 17. tum l. 1. de Doct. Chr. c. 22. & Victor. Antioch. in Marc. c. 12. Quo ſenſu verò aliqui in Sc. S. dicantur *perfecti*, alibi expoſitum. vid. Anal. ad Matth. 5, 48. c. 19, 21. it. Annot. ad Coloſſ. 1, 28. Cùm denique non ſolùm pœnarum perpesſione, ſed etiam perfectâ dilectione lex impleatur, ſive legi divinæ ſatisfiat; conſtet verò, quòd nemo noſtrûm DEUM & proximum perfectè diligere poſſit, patet, quòd ad noſtri juſtificationem & ſalvationem obedientia Chriſti tum activa tum pasſiva requiratur. Contra Joh. Piſcatorem, de cujus errore alibi quædam monuimus. vid. Decad. 4. Theſ. Theol. §. 4. lit. h.)*

Auguſt. in Enchir. cap. 121. *Omnia præcepta divina referuntur ad caritatem.* *(Conf. etiam quæ in rem hanc habet B. Hackſpan. in Tract. Lippomanno annexo pag. 430. B. Lutherus, poſtquam t. 1. Oper. Germ. p. 399. ſenſum præceptorum decalogi ſingulari brevitate complexus fuiſſet, ſubjungit: In allen dieſen Wercken ſiehet man nichts anders denn eitel Liebe / die das ihre ſiehet nimt GOtt was ſeyn iſt / und den Menſchen / was denſelben iſt etc. Aus dieſen allen folget / daß die Gebot nichts andern den Liebe gebieten und Liebe verbieten / und die Gebot nichts erfüllen / denn Liebe; auch nichts übertritt denn Liebe. Diſtinguit nempe megalander eleganter inter ſui amorem & proximi amorem, hunc à Deo præcipi, illum prohiberi monens.)*

V. 11. Καὶ τοῦτο εἰδότες τὸν καιρὸν, ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν.

καὶ τοῦτο. Et hoc, quòd de proximi dilectione & Chriſtianis virtutibus dictum eſt, ſc. eò ſtudioſiùs facite! eſt enim locutio elliptica.

*(Con

(ἡ ὥρα. Utinam ſemper de horâ hác cogitaremus, eamque non adeo temerè negligeremus! Hâc enim horâ & hoc tempore elapſo, perpetua nox imminebit, ubi non licebit amplius benè operari, vel pœnitentiam agere, quia meræ & perpetuæ tunc erunt tenebræ, Ioh. 11, 9. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, Gal. 6, 10. redimamus hoc tempus ſeriâ vitæ emendatione, proximi dilectione, bonorum operum præſtatione &c. Epheſ. 5, 16. ne tardemur ad Dominum converti, Sirac. 5, 8. in quemcunque locum ceciderit arbor, in eo permanebit, Eccleſiaſtæ 11, 3. Non fingamus nobis purgationem aliquam aut redemtionem poſt hanc vitam; quæ enim de Purgatorio Pontificii in tanta Sc. Sacræ luce, adeoque in mero meridie ſomniant, pridem detecta ab Orthodoxis ſunt. Videantur Auctores Diſp. 17. §. 2. litt. b. allegati. Conf. etiam ſis Analecta ad Matth. 5, 26.)

Per *ſomnum* intelligit *ſecuritatem carnalem*. Similis phraſis extat Eph. 5. v. 12. 1. Theſ. 5. v. 6. *(Conf. etiam Matth. 25, 5. Cæterùm quomodo impius atque impœnitens cum dormiente conferri poſſit, multis oſtendit B. D. Glasſius in Expoſ. Epiſt. Dom. 1. Adventus p. 90. Sic ſomnus quoq; cum peccato conferri non ineleganter poteſt. Vid. B. D. Quiſt. in h. l.)*

Nunc proprior eſt ſalus noſtra, quàm cùm credidimus. Orig. lib. 9. in Epiſt. Rom. *Ad comparationem futuri ſeculi præſens hujus mundi ſpacium tenebræ appellantur. quod tempus labentibus quotidie diebus appropinquat, & ideò noſtra ſalus quotidie fit propior.* Beza in annot. quem Toſſan. ſequitur, ſic exponit. *Cùm credere incepimus, cùm recens audivimus verbum Evangelii, perq; illud ad Deum converſi ſumus.* Applicat huc metaphoram ab iis, qui in ſtadio currunt, qui quò longiùs progrediuntur, eò propiùs accedunt ad metam. Sic initium converſionis noſtræ ſimile eſſe ingreſſui in carceres ſtadii, continuationem converſionis & incrementum eſſe ſimile curſui in ſtadio, denique ipſam cæleſtem gloriam eſſe ſimilem, termino, Eph. 2. v. 13. *(Eodem modo exponunt quoque h. l. Dan. Heinſius in Exerc. h. l. ac Hugo Grotius in Annot. ad Matth. 25, 5. quin ex noſtris B. D. Glasſius in Expl. Epiſt. Domin.

1. Adv. & not. Exeg. ad dict. epiſt.) * Sed rectiùs hæc intelliguntur dicta de ſtatu Veteris Teſtamenti, quod fuit tempus umbrarum, & in quo credebatur ſive expectabatur adventus Meſſiæ, in N. T. reipſa completus.

*(Eodem quoq; exponunt h.l. modo B.D.Luth. in expoſ. Pſ.9. t. 2. Altenb. *f.* 692. B. Par. Hom. Acad. part. 1. p. 47. item Comment. in Poſt. ep. Petri p. 147. B.D. Fewrbornius, ac B.D. Wellerus in h.l. quin & alii autores communiter. Vid. Leon. Coquæus in lib. 2. Auguſt. de C. D. c. 29. Neque tamen cum Photinianis inferre hinc licet, *quod in Veteri Teſtamento fideles non habuerint vitæ æternæ promiſſionem.* de quo errore alibi actum. vid. præfat. ad B. Par. Diſpp. Academicas. Vel enim Cunæo lib. 3. de Rep. Ebr. c. 9. ſtatuere, *quod multitudo Judæorum nihil cognitum habuerit perceptumq́; de Meſſia: fuiſſe tamen cæleſtem beatitudinem illis dari propter Patriarchas, qui Meſſiam intuiti fuerint, & fœderis promiſſionem à ſupremo Numine Gen. 17, 7. acceperint.* Etenim licet facilè largiamur, quòd in V. T. non tam claram, ceu in N. T. Meſſiæ habuerint cognitionem, nec tam claræ factæ fuerint promiſſiones de vitâ æt. credentibus donandâ, minimè tamen hinc inferre licet, quod nullam habuerint vel Meſſiæ notitiam, vel vitæ æternæ promiſſionem. Majus enim & minus non variant rem. Conf. 1. Theſſ. 4, 10.)*

Thomas exiſtimat, *referendum ad ſalutem, quam Chriſtus primo ſuo adventu effecit, ac Apoſtolum loqui ex perſona omnium fidelium, qui ab initio usq; mundi extiterunt, qui quo magis tempus incarnationis appropinquabat, ardentiori ſtudio ad omne genus probitatis adſpirabant, ſeque invicem ad ſanctitatem his verbis hortabantur.* Alii de *ſecundo Chriſti adventu* interpretantur. Flacius in clavi col. 159. *Propior eſt ſalus quàm cum credidimus, i. e. quàm cùm ſtulti opinabamur, nos operibus legis ſervari poſſe. Credere enim humano more, eſt opinari.*

Gregor. lib. 29. moral. cap. 2. *Nox eſt tempus ante Chriſtum; dies eſt dies reſurrectionis; aurora, eſt tempus Evangelii, hæc dies vicinior eſt, quàm nox. Ergo nobis vicinior eſt ſalus & dies, quàm iis, qui fuerunt, ante Chriſtum.*

Cyprian. Ambroſ. Auguſt. Theodor. aliter. *Nox eſt tempus*

pus ante Chriſtum, plenum tenebris infidelitatis & peccatorum. Dies eſt tempus præſens Evangelii, quo Sol Chriſtus lucis ſuæ, id eſt, gratiæ & fidei ſuæ radios toto orbe diffudit, q. d. præſente jam Chriſto & luce Evangelii, nox peccatorum abiit: dies gratiæ, juſtitiæ & ſalutis adeſt. Ergo in hoc die opera tenebrarum abjicere & honeſtè ambulare convenit. *(Conf. plura huc facientia apud B. Par. Comm. in poſter. epiſtolam Petri p. 147. ſeqq.)*

V. 12. Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός.

Per *noctem* quidam accipiunt tempus V. T. quod fuit tempus umbrarum, quidam verò ſtatum Romanorum ante converſionem ad Chriſtum, ut intelligatur tempus ignorantiæ, quo nondum præditi fuerunt ſalvificâ Dei cognitione. Dies ſalutis per revelationem Evangelii & lucem cognitionis Chriſti. *(Poſteriorem ſententiam amplectuntur quoque B. D. Franzius de Interp. Sc. S. Orac. 54. p. 813.)*

*(προέκοψεν *proceſſit.* Vulgatus reddidit *præceſſit.* quam verſionem retinuit quoque Arias Montanus, non curans monitum Eraſmi Roterodami: *nihil,* ſcribentis, *dubitandum eſt, quin* præceſſit *à librariis depravatum ſit ex* proceſſit. Probat verò hanc ſuam adſertionem Eraſmus non ſolùm ex Chryſoſtomo, Origine, Cypriano & Theophylacto: verùm etiam ex verbis ſeqq. *dies appropinquat,* quæ *præcedendi* verbo non congruant. Origenis Interpretem item legiſſe, puta *præceſſit,* Jeſuita quoque Juſtinianus non abnuit. De Auguſtino quoque ex ep. 80. conſtat, ac largiuntur Cornelius à Lapide & Eſtius. Largitur quoque Franc. Lucas, *propriam vocis* προέκοψεν *ſignificationem eſſe* procedere, progredi, ad finem tendere, *ſecundum quam etiam Chryſoſtomus & clariſſimè Theophylactus hunc Apoſtoli locum explicarint.* Arabs vertit *præceſſit.* Æthiops: ኀለፈት፡ *preteriit* ſive *tranſiit.* Similiter Syrus, habet enim ܥܒܪ.)*

*(ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους. Auguſt. lib. uno de ſalutaribus docum. c. 59. t. 4. Op. p. 1082. *Quid eſt deponere opera tenebrarum, niſi renunciare diaboli pompis & Angelis ejus? Et quid eſt,*

nos arma lucis indui, niſi credere in Deum Patrem omnipotentem, qui illuminavit omnem hominem, venientem in hunc mundum? Qui hoc dixit: Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis ſitis? Conf. plura in hanc rem apud dictum Patrem l. all.)*

Peccata dicuntur *opera tenebrarum.* 1. ratione *principii*, quia Diabolus princeps tenebrarum ad ea impellit. 2. ratione *ſubjecti*, quia filii tenebrarum habentes cor obtenebratum illis delectantur 3. ratione *objecti*, quia peccatores amant tenebras. 4. ratione *effecti* quia peccata ducunt in tenebras mentis interiores & æternas. Conf. Eph. 5, 11. 1. Theſſ. 5, 5. *(Cum peccata *operæ tenebrarum* ſint, Deus verò lux ſit, & tenebræ non ſint in eo ullæ, 1. Joh. 1, 6. patet, quantâ injuriâ DEUM afficiant, qui Deum peccati cauſam ſtatuunt. Quam contra abſurdam & impiam ſententiam urgenda 1. *contraria Sc. S. aſſertio*, vid. Deut. 25, 16. Pſalm. 5, 5. Zach. 8, 17. 1. Joh. 2, 16 2. *naturæ divinæ ratio*, Matth. 19, 17 Graviter Theodoretus Orat. 9. de Provid. *Ipſum juſtitiæ fontem dicere injuſtum, ſupra omnem enormem eſt blaſphemiam, & ſumma amentia.* Aequè verò nec cauſa injuſtitiæ ſive peccati dici DEUS poteſt. Unde Fulgentius ad Monimum p. 12. *Sicuti peccatum in Deo non eſt, ita nec ex eo eſt.* 3. *ſeria peccati prohibitio, & commiſſi ſevera ultio*, cujus plurima extant exempla. Non eſt DEUS autor, cujus eſt ultor, ſcribit itidem Fulgentius l. 1. ad Monim. 4. *pretioſiſſimi λύτρου conſtitutio.* Si DEUS peccata voluiſſet, propter ea expianda haudquaquam proprio Filio non peperciſſet, nec tam graviter ipſum percusſiſſet. 5. *ipſorum ſapientiorum gentilium atteſtatio.* Plato l. 2. de Rep. *Bonorum quidem ſolus DEUS cauſa eſt, malorum enim quamlibet etiam aliam præter DEUM quærere cauſam decet &c.* Num verò Deus *cauſa per accidens peccati* dici poſſit, prolixiùs pertractat Dn. D. Calovius in pec. tractatu. B. Par. Diſpp. Iſagog. p. 833. eâ re ſic judicat, quòd phraſis hæc non congruat ſanis loquendi modis, in Eccleſia receptis, addit, quòd cùm eadem facilè in eum trahi ſenſum poſſit, ac ſi Deus etiam cauſaliter & efficienter ad peccatum concurrat, ideo cum Orthodoxâ Eccleſiâ rectiùs abſolutè negetur, quòd Deus ſit peccati causa, quàm adſeratur, quòd ſit peccati cauſa per accidens.)*

Indua-

induamur armis lucis i. e. habitu, qui luci convenit. ut enim armis homo induitur & ornatur, ſic etiam veſte. *(Benè monent Theologi, quòd Chriſti juſtitiá induamur dupliciter. *Evangelicè*, & *legaliter*. & quidem *primariò* per *fidem ſalviſicam*, meritum Chriſti pretioſisſimum apprehendendo, quâ de induitione agit Apoſtolus tum in hoc cap. v. 14. tum Gal. 3, 27. Conf. etiam Eſaiæ 61, 10. *ſecundariò per vitam ſanctam*, puta humilitatem, manſuetudinem, ſanctitatem &c. Salvatoris noſtri imitando. & de hac induitione agitur h. l. item Eph. 4, 24. Coloſſ. 3, 10. 12. 1. Petr. 3, 3. & 4. Elegans quoque eſt eſt obſervatio B. noſtri Glasſii in Exeg. Evang. Domin. 20. poſt Trinit. quòd *veſtis* hæc juſtitiæ *non deponenda* ſit, ceu aliæ veſtes tempore nocturno deponi ſolent, ſed quòd ſemper in hac ambulare debeamus, h. l. v. 12. 13. item Epheſ. 3, 17. 1. Theſ. 5, 10. Imò ſi contingat, ut per peccata ea vel deponatur, vel diaboli fraude nobis decurtetur, ceu legatis Davidis per Ammonitarum Regem veſtes decurtatæ leguntur, 2. Sam. 10, 4. 5. (h. e. ſi in peccata fuerimus prolapſi) ſtatim opera adhibenda ſedulo eſt, ut per pœnitentiam ſeriam eá iterum induamur, ac veſtis illa iterum reſarciatur quaſi, ne vel nudi inveniamur, 2. Cor. 5, 23. Apoc. 16, 15. vel decurtatis veſtibus in conſpectum cœleſtis Davidis prodire cogamur. Notatu etiam non indigna eſt diſtinctio S. Auguſtini lib. 5. de Bapt. contra Donatiſtas c. 24. quòd aliquando homines Chriſtum induant *usq; ad Sacramenti participationem*, aliquando usque ad *vitæ ſanctificationem*. primum commune eſſe poteſt bonis & malis, alterum proprium eſt piorum: & de hâc induitione ſermo Eph. 4, 24. Coloſſ. 3, 10, 12. hîc v. 14. Plura ſi quis de metaphorâ hâc, ab *induendo* vel *exuendo* petitâ, legere deſideret, evolvat poſt B. D. Glasſium in Rhet. Sacrá pag. 377. ac Flacium in clavi in Sc. Sacram, Thomam Gatakerum Theologum Anglicanum in Cinno ſive Adverſariis Miſcell. lib. 1. c. 9. ubi multa haut vulgaria deprehendet. Idem etiam ibid. ex comment. B. Lutheri, quem dictus modò Doctor Calvinianus *ter maximum* vocat, pariter monet, quòd *Chriſtum induere* dupliciter dicatur: *Legaliter*, & *Evangelicè*. *Legaliter* Rom. 13. cùm

imitamur exemplum & virtutes ejus. *Evangelicè verò*, cum ipſius innocentiæ, juſtitiæ, ſapientiæ reddimur participes, nempe per veram fidem. hæc induitio fit apprehenſione, illa imitatione; in illâ induimus Chriſtum impertitum ad ſanctificationem; in hâc imputatum ad juſtificationem, ceu benè addit memoratus Gatakerus.)* Maluit autē Apoſtolus vocem ὅπλων, quam ἐσθῆτος uſurpare, quia ſtudium pietatis cum precibus munit nos contra diaboli tentationes. Bonis operibus ac Chriſtianis virtutibus pugnamus contra carnis ſuggeſtiones & diaboli ſeductiones. Eph. 6. v. 14. 1 Theſſ. 5. v. 8. *(Vid. prolixam ſententiæ hujus Apoſtolicæ expoſitionem apud B. D. Glasſium in Exeg. Evang. & Epiſt. Dom. part. 1. p. 103. add. eund. Rhet. S. p. 234.)*

v. 13. *Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ.*

Ambulemus εὐσχημόνως honeſtè, decenter ac compoſitè.

μὴ κώμοις καὶ μέθαις. Syr. *non in Muſica nec in ebrietate.* Videtur intelligere illa profuſa convivia, de quibus Amos 6. 5. quæ præter exquiſitos cibos conjunctam etiam habebant Muſicam & omne delitiarum genus. Trem.

*(μὴ κοίταις. *Appendices* namque *gulæ laſcivia atq; luxuria eſt*, ut eleganter non minùs, quàm verè ſcribit Tertullianus contra Pſychicos cap. 17. Manifeſtum autem eſt, quòd Apoſtolus loquatur de κοίταις ſive cubilibus extra conjugium: quod enim concernit κοίτην cubile honeſtorum conjugum, illud eſt impollutum, quippe cùm conjugium ſit honorabile, Ebr. 13. 4. Eſt enim ſtatus ab ipſo Deo inſtitutus. conf. Matth. 19. 4. contra *Pontificios*. vid. B. D. Chemnitius part. 3. Exam. Concilii Trid. can. 9. & 10. c. 1. ſeqq. cumprimis p. 12. & 82. B. P. Conf. C. xx. 19. it. L. de conjug. §. 26. 432. & 433.)*

(ἀσέλγεια. de ſignificatione hujus nominis vid. quæ habent B. D. Glasſius Gr. S. p. 585. nec non in Exeg. Evang. Dom. 14. Trinit. B. P. Comm. in poſt. ep. Petr. c. 2. v. 7. cumprimis Comm. in prior. ep. c. 4. v. 3.)

*(ζῆλος. Notandum, quod duplex ſit zelus ſive *æmulatio*, alia

alia *bona* & *laudabilis*, quæ nihil aliud eſt, quàm ſtudium, quo alterius virtute ad imitationem accendimur, & de hac agitur 1. Cor. 12, 31. c. 14, 1. 2. Cor. 9, 2. alia *mala* & *vituperalis*, quæ nihil aliud quàm invidia adverſus alios, ex eorundem benefactis atque inde ſecutâ felicitate orta. & hæc ab Apoſtolo hîc prohibetur. Conf. etiam Analecta ad Actor. 5, 17.)*

v. 14. Ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.

Chriſtus induitur fide & ſtudio pietatis, eſt enim & meritum & exemplum. Piſcator ſic exponit, *induimini Chriſto i. e. Spiritu Chriſti, ſequimini ductum Spiritus Chriſti habitantis in vobis.* *(Conf. etiam Epheſ. 4, 21. nec non B. Luth. t. 1. Op. Germ. edit. Altenb. f. 102. b. Witteb. t. 12. f. 41. In Baptiſmo induimus Chriſtum per fidem ſive *per fiducialem meriti* & juſtitiæ *Chriſti*, pulcerrimæ illius veſtis, qua ſponſa Chriſti ornatur, Eſ. 61, 20. Apoc. 12, 12. *apprehenſionem*; deinde quoq; per *vitæ* ſive virtutum *Chriſti imitationem*, ſive per *ſanctam converſationem*, de qua induitione h. l. agitur. Cæterùm colligit ex h. l. Camero in Myrothecio Evangelico, *quòd ſicuti Chriſtum induere jubemur, non carnem Chriſti corpori noſtro, veſtis inſtar, circumponendo, hoc eſt craſſo & corporeo modo: ita etiam in S. Euchariſtia carnem ejus edamus, ac ſanguinem bibamus, hautquaquam ore corporis, ſed ſpiritu mentis. Non decet enim nos*, pergit, *Nicodemi, Samaritanæ, Capernaitarum craſſas habere cogitationes &c. Edendus eſt nobis Chriſtus, quemadmodum patres ſub lege eum comederunt: hi enim, ut teſtatur Paulus 1. Cor. 10, 3. 4. eundem nobiscum cibum & potum ſpiritualem ederunt & biberunt. Edendus deniq; nobis eſt Chriſtus, quomodo nos eum aliquando in cælis eſurituri ſumus, quando iſthic accumbemus ad ejus menſam cum Abraham &c.* Reſp. 1. Eſt diſpar ratio iſtarum propoſitionum, Chriſtum induere, & carnem Chriſti in ſacra cœnâ edere. Etenim Apoſtolus non dicit, quòd corpus vel carnem Chriſti, ſed quòd *Chriſtum induere* debeamus. at in ſacræ Euchariſtiæ inſtitutione diſertè dicit Salvator, quòd corpus ejus, puta ſub ſymbolo externo panis benedicti edere, & ſanguinem ejus, itidem ſub externo & viſibili ſigno vini benedicti, bibere debeamus. unde etiam panis benedictus quem frangimus, dicitur κοινωνία corporis, & vinum benedictum, quod bibimus, dicitur κοινωνία ſanguinis Chriſti, 1. Cor. 10, 16. quod ſanè minimè ita ſe haberet, niſi ſimul unà cum pane corpus Chri-

ſti

ſti adeſſet, & ſacramentaliter, modo quidem nobis incognito, verè tamen, h. e. ore corporis comederetur, pariterq; ſanguis ejus adeſſet ac biberetur. 2. diſtinguendum verò inter manducationem *ſacramentalem*, & *ſpiritualem*. Spiritualis Chriſti manducatio omninò locum habet, licet minimè corpus Chriſti ſub ſpecie panis benedicti ore corporis comedatur, quippe cum fieri etiam posſit ſola fiduciali Chriſti apprehenſione. hautquaquam verò ſacramentalis ita ſe habet, quippe in quâ juxta Chriſti inſtitutionem ipſius corpus ſub ſpecie ſive ſymbolo externo panis benedicti, verè quidem & ore corporis, non tamen naturaliter, ſed ſupernaturaliter edere debemus. adeoque 3. ingens diſcrimen eſt inter noſtram ſive *veram* & *oralem*, & inter *Capernaiticam* corporis Chriſti manducationem. Nos enim docemus, quòd licet in ſacrâ Euchariſtia Corpus Chriſti ore corporis, adeoque verè manducemus, *modus* tamen ſit *ſupernaturalis* & *incomprehenſibilis*: ſed Capernaitæ putabant, *naturaliter* corpus Chriſti manducandum eſſe, ita ut dentibus teratur, & in ſtomachum demittatur. qualem etiam ſententiam Pontificiis, licet invitâ fortè veritate, Camero paullò antè attribuit, ſicuti Calviniani communiter utramque iſtam manducationem confundere ſolent. Vid. Wendelinus Exerc. Theol. p. 1476. Falſa autem eorum hypotheſis eſt, quòd nulla ſit manducatio vera ac propria, niſi quæ fiat cum comminutione per dentes. 4. Diſcrimen quoq; eſt inter manducationem eam, de quâ Apoſtolus 1. Cor. 10, 3. & 4. & Salvator Joh. 6. & inter eam, de qua idem Matth. 8, 11. & ruſſus de quâ in verbis Inſtitutionis S. Cœnæ. Hæc, *ſacramentalis*, conſiſtit in corporis Chriſti ſub ſpecie panis benedicti manducatione, & ſanguinis Chriſti ſub ſpecie vini benedicti bibitione. illa, *ſpiritualis*, conſiſtit in fiduciali Chriſti apprehenſione, ac fide peragitur; iſta *glorioſa* ſ. *cœleſtis*, ut ita loquar, conſiſtit in gaudii æterni perfruitione. Nec 5. Apoſtolus omnimodam manducationis ſpiritualis & ſacramentalis conformitatem, 1. *Cor.* 10, 3. & 4. adſtruit. Etenim probè notandum eſt, quòd non ſcribat, prout quidem Camero verba Apoſtoli adducit, Iſraëlitas eundem naturalem cibum & potum ſpiritualem edisſe ac bibiſſe. Licet igitur Sacramentorum V. ac N. T. uſus ſit idem, differunt tamen ſubſtantiâ, cùm illa fuerint ſaltem ſigna σημαντικά, hæc verò μεταδοτικά. *

τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Nolite perficere concupiſcentias carnis.

CAP.

CAP. XIV.

S*umma ac diſpoſitio hujus capitis.* Tribus conſtat Caput hoc partibus. Prima continet *fidelem*, ne illi, qui Chriſtianæ libertatis uſum rectè intelligebant, quales erant converſi gentiles, cæteros, qui talem non plenè intelligebant, ceu converſi è Judaiſmo, (adeoq; ea, quæ edere in lege Moſaica ceremoniali prohibita erant, comedere hæſitabant) contemnerent, *admonitionem.* altera ſiſtit *ſeveram* ad illos, qui Chriſtianæ libertatis uſum non intelligebant, eos verò qui eum intelligebant, ac proinde adiaphoris rectè utebantur, propterea judicabant ac condemnabant, *adhortationem.* tertia exhibet *utilem* utrorumque de vitando ſcandalo *informationem.*

V. I. Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν.

Fides exponitur à Piſcatore, quòd ſit accipienda pro *perſuaſione de uſu rerum indifferentium.* Infirmus ergo in fide is dicetur, qui de libertate Chriſtiana & abrogatione Ceremoniarum legalium nondum ſufficienter eſt informatus & in conſcientia ſua convictus, 1. Cor. 8, v.9. cap 9. v.22. *(Eodem etiam modo B. D. Hunnius ac B. D. Calixtus in h. l. vocabulum *fidei* accipi hîc debere putant, nempe, ut ſuprà c. 12, 3. & 6. pro cognitione rerum divinarum, præſertim libertatis Chriſtianæ, ut quis intelligat, diſcrimen dierum & ciborum, lege Moſaica ceremoniali olim conſtitutum, jam beneficio Chriſti eſſe ſublatum. Ut ita per *infirmos in fide* h. l. intelligantur in ſpecie converſi ex Judaiſmo ad Chriſtianiſmum, dubitantes, an diſcrimen ciborum in V. T. prohibitorum, in N. T. ſublatum ſit. Atque h. m. etiam ex veteribus exponunt h. l. Chryſoſtomus, Theodoretus, Ambroſius, Anſelmus in h. l. it. Hieron. l. 2. contra Jovinianum. At Clemens Alexandrinus l. 2. Pædag. c. 1. Auguſt. de quibusdam propoſ. hujus epiſt. aliiq; exiſtimant, intelligi illos, qui non tam de cibis in lege prohibitis, quàm de idolothytis hæſitarent. Porrò quotuplex infirmi-

firmitas detur, alia nempe in *moribus*, alia in *fide* &c. pluribus oſtendit B. D. Bald. in h. l. Aphor. 1. Qui ipſe etiam in Caſ. C. l. 2. c. 6. cap. 4. oſtendit, quod alienæ religionis homines, puta ſeducti, in Rep. tolerandi quoque ſint, ita tamen ut melius inſtruantur. Ineptè verò hinc infert Oſtorod. in Inſtit. Germ. p. 270. quòd ne quidem in hæreticos ſeductores carceribus, exilio &c. animadvertere Magiſtratus Chriſtianus poſſit: cum Apoſtolus loquatur de infirmis, adeoque de ſeductoribus, non vero de ſeducentibus ſive hæreticis obſtinatis, quippe de quibus longè aliter pronunciat. vide Gal. 5, 12. Porrò de controverſiâ illa, quomodo tractandi hæretici ſint, alibi actum, vid. Annot. ad Matth. c. 13. v. 25. it. Theſ. Theol. Decad. 18. §. 1. litt. d. ac addi inſuper poſſunt B. D. Dieter. Analyſ. Evang. Domin. 8. poſt Trin. B. D. Meiſn. Philoſ. Sobr. part. 3. ſect. 2. cap. 2. q. 5.) * Sed nihil impedit, quò minus accipiatur in ſignificatione uſitata, quia generale eſt præceptum Apoſtoli de infirmis in fide recipiendis.

* (*Sed cur non in Petrum, itidem in fide infirmum, non ita affectus, vel non tali longanimitate uſus Apoſtolus Paulus fuit? ipſe enim Gal. 2, 11. & 14. profitetur, quod in faciem reſtiterit Petro.* Reſp. diſting. inter *infirmos*, de adiaphororum uſu *ſatis informatos*, & *nondum informatos*. Ad horum claſſem pertinent illi, de quibus hîc loquitur Apoſtolus. Petrus verò ad primam claſſem, quippe viſione cœleſti edoctus, ſublatum eſſe in N. T. tum ciborum, tum populorum diſcrimen, Act. 10. ita ut ipſe quoque in Concilio Hieroſolymitano cum aliis Apoſtolis decreverit, Gentiles Leviticis ceremoniis non eſſe onerandos, Act. 15, 10. In Petro non fuit *infirmitas ex ignorantia*, ſed ex *ſimulatione*, quaſi Judaica ciborum obſervatio ad ſalutem eſſet neceſſaria; quæ ſimulatio magno cum Judæorum æque ac Gentilium ſcandalo & periculo erat conjuncta. Ut ita Petrus non fuerit propriè loquendo ἀσθενὴς, καὶ ἠγνοσμένος. Conf. B.D. Bald. in h. l. Quod verò infirmos reverà tales concernit, cum illis utique Apoſtolus ita converſatus eſt, ut ad eorum infirmitatem ſe accommodarit, ceu ex 1. Cor. 9, 19. 20. patet. Add. B. D. Walther. in Harm.

in Harm. Bibl. Colligunt verò etiam ex h. l. Theologi, diverſæ religionis homines, ſi fuerint infirmi, h. e. ſeducti, non ſeducentes, tolerandos eſſe, rectiusque informandos, non ſtatim damnandos, vel in exilium ejiciendos. Conf. B.D. Balduin. Caſ. Conſc. lib. 2. c. 6. caſ. 4.) *

προσλαμβάνεσθε *(Syrus vertit. ܗܒܘ ܠܗ ܐܝܕܐ i.e. *date ſive porrigite illi manum.* Æthiops ጹርዎ፡ *ſublevate, tolerate:* à ጸዊረ፡ Arabs: اعضدوا *adjuvate.*)* Piſc. *ad veſtra colloquia & ſermones de doctrina Chriſtiana: non tamen ad dijudicationes concertationum, ſc. de adiaphoris. Recipite eum* in communicationem, agnoſcite in Chriſto confratrem.

μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν, per diſceptationes & quæſtiones nolite eum in dubitationes conjicere. Luth. verwirret die Gewiſſen nicht. * (Syrus minùs commodè: ܘܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܬܦܠܓܝܢ ܒܡܚܫܒܬܟܘܢ *nec ſitis ambigentes in cogitationibus veſtris.* Æthiops itidem obſcure: ወኢትግበሩ፡በኢያሠምሮ፡ i.e. (juxta interpret. Londinenſium: *& ne ſollicitetis ejus placendi ſtudium.* fortè, nec cogatis eum, ut in veſtri gratiam aliquid faciat. ſubintell. hæſitante conſcientiâ. De vitandis autem concertationibus vid. quoque 2. Tim. 2, 23. c. 6, 4.)*

v. 2. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃς δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει.

Qui doctrinam de libertate Chriſtiana rectè intelligit, ſtatuit, ſibi licere veſci quibusvis cibis, & lege Moſaica prohibitis, Lev. 11. v. 12. qui verò in fide infirmus eſt, qui nondum certus eſt, Ceremoniales leges Moſaicas abrogatas eſſe, *veſcitur olere, ſcil. potiùs,* quàm carnibus lege prohibitis, Dan. 1. v. 12. Loquitur de converſis gentilibus in membro priore, & de converſis Judæis in membro poſteriore.

* (Probè hîc notandum, quòd *adiaphororum obſervatio* dupliciter poſſit tolerari, imò & præcipi: primò *ne infirmis temerariâ* illorum *intermiſſione ſcandalum præbeatur,* & ita in præſenti ciborum & dierum uſus ſtatuitur adiaphorus. Atque

eo reſpectu, videlicet, ne infirmi nec ſatis in fide confirmati ſcandalizarentur: decretum quoque in Concilio Hieroſ. factum, ut abſtinerent ab idolothytis, ſanguine, &c. Act 15, 28. Deinde quat. ea urgentur, *tanquam cultus divinus, ad ſalutem conſequendam neceſſarius*: atque ita PſeudoApoſtoli adiaphororum obſervationem urgebant, Gal. 4, 19. Coloſ. 2, 21. Prior adiaphororum obſervatio ab Apoſtolo approbatur, poſterior rejicitur. Atque hinc patet, quòd cùm obſervatio dierum &c. in V. T. fuerit *neceſſaria*, in N. T. initiò facta ſit *adiaphora*, (ita ut in gratiam infirmorum potuerit retineri: quò ſpectat Actor. 16, 3. Gal. 2, 3.) Id quod Scholaſtici ita efferunt: Lex ceremonialis in V. T. erat *mortalis*, h. e. poterat mutari, ac quaſi mori; in primitivâ N.T. Eccleſia fuit *mortua*, hodie eſt *mortifera*. Cumprimis etiam h. l. obſervandum, quod ea, quæ in ſe ſpectata adiaphora ſunt, posſint aliquando exuere naturam adiaphororum: quando nempe vel totius Eccleſiæ mandato præcepta ac introducta ſunt: tunc ſanè nemo privato auſu abrogare talia vel poteſt, vel debet; vel quando intempeſtivâ eorum abrogatione infirmis ſcandalum præbetur; vel ſi eorum obſervatio ſub opinione cultûs divini aut meriti urgeatur; vel denique ſi illis, ac ſi in ſe mali cauſa ſint, tribuatur, ut quando Pontificii carnibus tribuunt, quòd ſint ſeminarium libidinis, contra 1. Tim. 4, 4. Querulatur quidem Hugo Grotius in Append. ad Comm. de AntiChriſto pag. 61. quòd *maxima Papæ Romano fiat injuria, ſi dictus locus 1. Tim. 4. 3. à* noſtratibus *in eos*, ut loquitur, *torquetur, cùm Prophetia Apoſtoli pertineat ad inſtruendum Timotheum, ut ubi videret, Paulo forte mortuo, dogmata illa Encratitarū ſive Pythagoriſtarum in Eccleſias irrepere, fortiter eis obſiſteret.* addit: *ferri quidem illi poterant, qui ab omnibus ex animatis abſtinebant; nam multi etiam inter Judæos illam vitam ſequebantur: & de Matthæo Apoſtolo id tradit Clemens pædag. c. 2. de Jacobo fratre Domini Auguſt. l. 20. adverſ. Fauſtum. Nec alii ſunt οἱ λάχανα ἐσθίοντες, ad Rom. 14, 2. &c. Atqui illa ab omnibus Chriſtianis exigebant ut neceſſaria, & quaſi ſine illis ſalus non eſſet, hi & ſchiſmati dabant cauſam, & multos pios à Chriſtianiſmo deterrebant,*

idoque

ideoq; omninò illis obſiſtendum erat, quod & factum ex hoc Pauli monito. Reſp. 1. nulla eſt loci Apoſtolici detorſio, quando Papicolis, & cumprimis ipſis PP. RR. ille opponitur. neque enim negari ullo modo poteſt, quòd Pontifices Romani prohibuerint, illis ſcil. qui in miniſterio Eccleſiaſtico vivere cupiunt, contrahere matrimonium; quin & juſſerint abſtinere à cibis, quos tamen DEUS creavit ad ſumendum cum gratiarum actione. Quàm verò ſeverè etiam in eos animadvertant, ſi qui tempore jejunii auſi fuerint carne veſci, experientia loquitur; & gravis hujus teſtis Sleidanus, lib. 12. Comm. p. 336. memorans, quòd Anno 1538. Toloſanus quidam adoleſcens nobilis & litterarum ſtudioſus, viginti circiter annorum Lutetiæ fuerit exuſtus propter eſum carnis; non vivus quidem, ſed ita tamen, ut loqueo fracta gulâ pendulus ignem ſuccenſum perſentiſceret. quod pro loci conſuetudine, ſubdit Sleidanus d. l. magni beneficii loco datum ei fuit, eò quòd in carcere, priusquam educeretur, adſidentis atque minitantis Morini voce perterritus, impiè ſe feciſſe teſtificatus erat & irreligiosè. 2. Non primus Grotius latibulum illud invenit, quòd Apoſtolus reſpiciat ad Tatianos, Encratitas. ſed pridem in eo ipſo latitare fruſtra ſategerunt Jeſuitæ Bened. Juſtinianus, Alph. Salmeron, Corn. à Lapide, alii. 3. quòd Apoſtolus non reſpectum habeat ad Encratitas, patet exinde, quia loquitur de iis, qui per hypocriſin & ſingularis perfectionis ſpeciem nuptias & certos cibos prohibituri, id quod PP. RR. faciunt: non verò qui penitus nuptias aut carnem damnaturi, quæ Encratitarũ hæreſis erat: 4. falſum eſt, quòd illi, de quibus Apoſtolus Paulus Rom. 14, 2. agit, ab omni victu & animatis abſtinuerint: quia loquitur de Chriſtianis recens ex Judaiſmo ad Chriſtum converſis, qui nondum certi, vel ſatis inſtructi erant, quod leges ceremoniales ſive Leviticæ, (quibus non omnium, ſed certorum ſaltem animalium caro erat interdicta,) in N. T. eſſent abrogatæ. Unde etiam Jeſuita Tirinus verba: olus manducet, ex mente S. Baſilii, Clementis Alexandrini & Auguſtini, ſupplet: aut alios ejusmodi cibos,

 quos.

quos conſtat lege Moſaica permiſſos. 5. poſito, Apoſtolum Paulum in loco 1. Tim. 4. ad Encratitas reſpicere, eosque damnare: minimè tamen hinc inferri poteſt, quòd non etiam Pontifices Romanos, qui itidem cibos certos & nuptias prohibent, damnet. Loquitur enim Apoſtolus univerſaliter. Unde etiam rectè Guilielmus Eſtius, Pontificius non incelebris, Comm. in ep. ad Tim. ſcribit: *Ebionem, Encratitas &c. ab Apoſtolo hîc prænunciatos, pluſquam veriſimile eſt, tametſi valet ejus doctrina ad condemnationem omnium ſequentium, qui ſimilia docuerunt.* 6. Neceſt, quòd objiciant Papicolæ; Encratitas cibos quosdam tanquam execrabiles improbaſſe ac damnaſſe; Pontifices verò Romanos id minimè facere. Etenim ſciendum, quòd & hi idem hoc fecerint, ceu oſtendit B. Par. Conf. Cath. art. 24. in Enum. Opin. Abſurd. n. 7. 7. Poſito igitur, quòd quidam in primitivâ Eccleſia falsâ ducti perſuaſione ſolo pane & aqua uſi fuerint, qualis fuit & Alcibiades, de quo Euſeb. l. 5. H. E. c. 3. minimè tamen hinc inferendum, quaſi propterea id fecerint, quòd putarent, cibos quosdam eſſe execrabiles, id quod PP. RR. faciunt, ceu modò oſtenſum; ſed quoniam hoc modo carnem caſtigari meliùs poſſe cenſebant. Adde, quòd ea ipſa quoque conſuetudo minimè Eccleſiæ fuerit probata, ſicuti ipſe Euſeb. ſtatim d. l. ſubjicit, *quod Attalo revelatum fuerit, non rectè facere Alcibiadem, quòd creaturis DEI non uteretur, & aliis præterea offendiculi occaſionem relinqueret.*) Si quis verò jam nunc rigoroſè urgere illam velit, fit *noxia*, Gal. 5, 2. Cœterùm pluribus de adiaphoris conſuli poteſt B. D. Bald. in h. l. Q. 3. it. in Anal. part. 2. Porrò quæritur, cur Apoſtolus dicat, *quod infirmus olus manducet, quippe cùm dicendum videatur, manducat cibos in lege Moſaicâ non prohibitos.* Sunt, qui putant, Apoſtolum propterea velle, ut infirmus olus manducet, ne fortè, puros cibos ab impuris diſcernere neſcius, per imprudentiam legem violet. Aſt cùm Apoſtolorum tempore vix quisquam ex Judæis converſis diſcrimen ciborum mundorum & immundorum ignoraret, Chryſoſtomus & Theodoretus cenſent, infirmos ex Judæis ad Chriſtum converſis propte-

propterea à carnibus abſtinuiſſe, cùm puderet eos coram fidelibus, ex gentilitate converſis abſtinere à carne ſuillâ: ſpecie igitur religionis & abſtinentiæ omnes penitus carnes reſpuiſſe, ac olus ſaltem manducaſſe. Verùm cùm Apoſtolus hoc ipſo loco indicet, converſos ex Judaiſmo gentiles converſos eo nomine, quòd nullum ciborum diſcrimen obſervarent, reprehendiſſe & accuſaſſe: vix credibile eſt, illos ipſos in gratiam converſorum ex gentiliſmo omni carne abſtinuiſſe. Auguſtinus igitur in inchoatâ hujus epiſt. expoſitione, putat, quòd cùm carnes idolis oblatas publicè cum aliis carnibus venales exponerent; ita ut non conſtaret, quænam carnes profanæ eſſent, quæ verò nefariis ſacris pollutæ, nonnulli fideles, metu ne idolothytis ignari ſe contaminarent, ab omnibus prorſus carnibus abſtinuerint. Guilielmus Eſtius in Comm. h. l. negat, de idolothytis Apoſtolum hîc agere, monet proinde, modum præceptivum haut convenire huic loco; ſiquidem Apoſtolus hîc non doceat, aut præcipiat, ſed factum ponat.) *

*(ἐσθίει i. e. *manducat.* & ita legunt quoque Syrus & Arabs. Vulgatus habet *manducet.* minùs rectè: nullus enim Cod. habet ἐσθιέτω, nec Apoſtolus quoque, quid fieri debeat, imperat: ſed quid fiat, recitat.)*

V. 3. Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω. καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο.

ὁ ἐσθίων, ſcil. quemvis cibum, non obſervato Levitico diſcrimine.

μὴ ἐξουθενείτω, *ne contemnito*, tanquam ſtupidum ac hebetem, ne annihilato, quòd non percipiat doctrinam de libertate Chriſtiana. *(Eſtius ita accipit: ne habeat vilem ejus ſalutem, ſcandalum ei ponendo, dum exemplo ſuo facit eum comedere contra conſcientiam.)*

μὴ κρινέτω, *ne condemnato*, tanquam impium, quòd tranſgrediatur legem DEI.

DEUS *illum* προσελάβετο, *recepit eum*, in ſuam familiam, ſcil.

ſcil. Eccleſiam per vocationem. *(Receptio gratuita in commune Eccleſiæ gremium, debet eſſe mutuæ concordiæ vinculum, ac ne ſuperbiamus contra proximum, admonitorium. Conf. 1. Cor. 12, 4. ſeqq.) * Pertinet hoc ad converſos ex gentibus, qui cibis quibusvis veſcebantur. *(Et ita quoque de converſis gentilibus accipiunt Chryſoſtomus & Theodoretus. Benè autem obſervat B. D. Bald. Comm. h. l. quòd Apoſtolos varias interdicti ſui, ne alter alterum temerariè damnet, rationes adducat, & quidem 1. ab æquo, v. 3. 2. ab indecoro, v. 4. 3. ab inutili, eod. it. v. 5 4. ab honeſto, v. 6. 5. ab æquo, v. 7. 6. ab inhoneſto, v. 10. 7. à periculo, v. eod. & ſeqq.) *

V. 4. σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει, ἢ πίπτει, σταθήσεται δέ. δυνατὸς γάρ ἐστι ὁ θεὸς στῆσαι αὐτόν.

σύ τις εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην, tu quis es qui judicas ſervum alienum, domeſticum alienum: Omnes enim Chriſtiani in una ſpirituali domo Eccleſiæ DEO ſerviunt.

* (Non prohibet Apoſtolus *judicium, ex amore proximi profectum,* adeoque ad ejusdem commodum & emendationem, vel etiam ad gloriam DEI & Eccleſiæ ædificationem directum: neque etiam *judicium* Magiſtratus ſive Eccleſiaſtici ſive Politici *publicum*; ſed damnat *judicium ſuperciliosum, temerarium*, ex contemtu proximi ortum, nec ſpectans gloriam DEI vel proximi commodum &c. & inſuper de rebus naturâ ſuâ indifferentibus, quales erant, de quibus hîc Apoſtolus loquitur. Scitè Bernhardus ſerm. 40. ſuper Cant. *Etiamſi perperam actum quid deprehendas, nec hic judices proximum, magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum &c.* Conf. Analecta ad Matth. 7, 1. Atque tale temerarium judicium erat, quo de Apoſtolus hîc loquitur. Reprehendit enim eos, qui cognitione libertatis Chriſtianæ tumidi fratrum infirmorum facta damnabant. An verò Apoſtolus tantùm contra Judæos diſputet converſos, non verô etiam côntra converſos ex gentilibus, controverti ſolet.

Gui-

Guilielmus Eſtius Prof. Theol. ac Cancellarius Acad. Duacenæ Comm. in h. l. *ad ſolos Judæos præſentem Apoſtoli diſputationem eſſe directam, nec ad gentiles extendi poſſe; ut quibus ſimpliciter non licuerit obſervare legalia, ne quidem propter infirmos Judæos.* Aſt reliqui Interpp. communiter ſtatuunt, quòd in priori cap. parte Apoſtolus cumprimis contra converſos ex *gentilibus;* in poſteriori verò contra converſos ex *Judæis* diſputet. ac ſi non falſa, certè dubia eſt hypotheſis Eſtii, *quòd ne quidem propter infirmos Judæos* converſos *Gentiles converſi legalia obſervare debuerint.* quando enim æq; gentiles ac Judæi converſi firmiores, ſive in doctrina de abrogatione legum ceremonialium confirmati, infirmioribus ſcandalum præbere poterant, eosq; contemnere, patet, quòd ad utrosque admonitio Apoſtoli ſit directa, non ad ſolos Judæos, ſed etiam ad gentiles. Urget quidem Eſtius, *quòd Apoſtolus velit, ut non manducans manducantem non judicet, ſcil. tanquam legis aut moris patrii violatorem. Quod,* ſcribit, *profectò nihil ad gentilem, cui lex data non fuerat.* Sciendum enim, quòd licet non ex eo principio infirmus converſus Judæus gentilem judicârit, tanquam moris patrii contemtorem, potuerit tamen omninò eundem judicare tanquam legis prævaricatorem. Accedit, quòd tales infirmi inter leges ceremoniales ac morales, quæ poſteriores omnes homines obligant, non ſatis accuratè diſtinguere potuerint.)*

Domino ſuo ſtat vel cadit. * (Syr. repetit *Domino ſuo.* ita enim vertit: ܐܢ ܩܐܡ ܠܡܪܗ ܩܐܡ ܘܐܢ ܢܦܠ ܠܡܪܗ ܢܦܠ: i. e. *qui ſi ſtat, Domino ſuo ſtat: & ſi cadit, Domino ſuo cadit.* Æthiops: *dum permanet, Domino ſuo ſtabit; ſin cadit, propè eſt, ut ſurgat.*)* Deus, in cujus manu ac poteſtate eſt, ipſum judicandi poteſtatem habet.

σταθήσεται δὲ, ille ſcil. infirmus in fide, progreſſu temporis *confirmabitur.* Lutherus: **Er mag aber wohl aufgerichtet werden.** Occurrit Apoſtolus objectioni: dici enim poterat: infirmitas illa eſt ex falſa præconcepta opinione, ideo non debet tolerari. Reſpondet Apoſtolus, DEUM non o-

mnia ſimul conferre, ideò infirmos tolerandos eſſe, donec majore luce cognitionis & fide fortiori imbuantur.

* (Conf. etiam Glaſs. Rhet. S. p. 563. Rectè verò Noſtrates ex h. l. probant, quòd Miniſter Eccleſiæ homines ſimpliciores, falſæ religioni addictos, ſi errorem ſuum privatim ipſi foverint, parati cedere meliora docentibus: ſi in ſimplicitate ſua hinc decedant, honeſtis ceremoniis, æque ac alios Orthodoxos ad ſepulchrum comitare debeat, non honeſtâ ſepultura tales privare. Aliter verò ſtatuendum de illis, qui non ſolùm errores ſuos pertinaciter defendunt, verùm etiam per cuniculos, aut etiam per apertam audaciam alios ſeducunt: tales enim ſicuti viventes à noſtrarum Eccleſ. conſortio ſeipſos ſegregant: ita quoque poſt mortem meritò nullum inter nos locum inveniunt. Vid. B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 4. c. 5. Pluribus verò de hæreticorum ſepulturâ vid. D. Æpinus in pecul. tr. de ſepult. impiorum, B. Par. L. de Morte §. 90. Conſil. Dedek. Vol. 1. memb. 3. Sect. 3. n. 9. item Sect. 8. n. 9. ſeqq. B. D. Kesl. Caſ. Conſc. c. 39.)*

Judicare quandoque ſignificat ſontem damnare, & innocentem abſolvere. Sic ergo alius judicat diem præ die, i. e. aliam diem alii ut ſanctiorem præfert, veluti hanc à prophanitate abſolvens, illam verò prophanitatis damnans. Alius judicat omnem diem, i. e. perinde vel prophanam vel ſanctam judicat, unam diem ut aliam.

* (Videtur ex h. l. confirmari poſſe ſententia illorum, qui dierum feſtorum nullam curam gerunt, quippe cùm omnes dies à DEO ſint facti, & Apoſtolus permittat, ut quisque ſuo hîc abundet ſenſu, tum qui judicat inter diem & diem, tum qui judicat omnem diem, h. e. nullum præ altero magis feſtum putat. Reſp. B. D. Bald. in Caſ. Conſc. lib. 2. c. 13. caſ. 1. diſtinguendo inter *cultum divinum*, & *ordinem*: quoad illum concedit, nullum hodie eſſe inter dies diſcrimen, cùm ad præſtandum DEO cultum omnes ſatis apti ſint; quoad ordinem verò negat, quippe cùm DEUS ordinarit, ut certo tempore cultum ei præſtemus. Cœterùm conqueritur Eſtius in Comm.

in Comm. hujus loci, *quòd ea, quæ hic de abrog. diſcr. inter dies & dies dicuntur, pravè ab hæreticis contra certorum dierum jejunia, quorundam ciborum abſtinentias, ac feſtorum dierum obſervationem, lege vel conſuetudine in Eccleſiâ præſcriptam detorqueantur; cùm Apoſtolus loquatur de iis, qui legi Moſaicæ tenaciùs inhærebant.* Reſp. Facilè quidem largimur, quòd Pontifices quidam Romani ex pravâ κακοζηλίᾳ tum Judæorum, tum etiam Gentilium quorundam ciborum abſtinentias præceperint, quemadmodum & certorum dierum abſtinentias. Sed negamus, *quod hujusmodi præcepta in conſcientiâ filios Eccleſiæ obligent*, quod Eſtius vult. Cùm enim tale præceptum de vitandis certis cibis Sc.S. adverſetur, non poteſt ea noſtram conſcientiam obligare. De cætero ſicuti certa feſta ac jejunia in Eccleſia obſervari debere, minimè negamus: ita Pontificiorum ſuperſtitionem, quæ hîc deprehenditur, meritò improbamus. Videantur Theologi noſtrates, qui de Feſtis & Jejuniis ſcripſerunt, alibi magno numero allegati. Controverti etiam nos inter ac Calvinianos ſolet; an Apoſtolus hîc nomine *dici* etiam Sabbatum Judaicum complectatur. Noſtrates affirmant, Calviniani negant. Vid. Collegii AntiWendel. Diſp. ult. §. 18. p. 674. ſeqq.)*

*(σταθήσεται γάρ. Syrus ܡܩܘܡܘ ܗܘ ܕܝܢ ܩܐܡ *ſtando autem ipſe ſtat.* Arabs: بل سيقوم *imò ſurget.*)*

* (δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν. Erigat hoc omnes ex infirmitate lapſos, ne deſperent, ſed fiduciâ tum miſericordiæ, tum potentiæ divinæ ſe erigant.)*

v. 5. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.

Alius, qui ſcil. nondum intelligit abrogationem legis & libertatem Chriſtianam, obſervat diſcrimen dierum in lege Moſaica præſcriptum; alius verò nullum diſcrimen dierum obſervat. Col. 2. v. 16. Piſc. ellipſin ſic complet: *Alius judicat diem præ die, ſcil. aptum eſſe ad cultum DEI: alius verò judicat omnem diem, ſcil. aptum eſſe ad DEI cultum.*

ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. *Unusquisq; in ſuo animo*

 plene

plenè certus eſto. Hortatur Chriſtianos, ut in uſu ipſarum rerum ἀδιαφόρων quisque laboret plenam habere certitudinem in ſua mente, ne quis agat titubans: inde Syrus vertit *in cognitione*, ſive, ut vertit Boderianus, *in ſcientia animæ ſuæ confirmetur*, *aut certus eſto*. Vulgata reddidit *unusquisque in ſuo ſenſu abundet*. *(Minùs rectè: ceu ipſe quoque agnoſcit Jeſuita Benedictus Jullinianus, dilertè ſcribens, *non dubium eſſe, Vulgatam interpretationem magnam præbuiſſe occaſionem, perperam intelligendi hanc Pauli ſententiam: perinde quaſi in iis, quæ enumerata ſunt, liberam faciat quidlibet ſentiendi poteſtatem. ſed longè aliter ſentiendum. Abundare enim in ſuo ſenſu, hominis præfractæ & obſtinatæ mentis eſt.*)* Sed rectiùs vertitur, *unusquisquè mente plenè certus eſto*, i. e. plenâ animi fiduciâ ſtatuat, ſe agere ex verbo DEI. Unicuique ſua mens ſatisfaciat, & in ea conquieſcat. * (Ita etiam exponit B. D. Hunnius in h. l.)*

Νοῦς ſignificat eam animæ partem, per quam de rebus propoſitis & cognitis judicamus, Rom. 12. v. 2.

πληροφορεῖσθαι plenam ſignificat certitudinem veritatis, Luc. 1. v. 1. ergo illud ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ πληροφορεῖσθαι ſignificat plenam certitudinem; ſed in mente.

v. 6. Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, κυρίῳ φρονεῖ, καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, κυρίῳ οὐ φρονεῖ. ὁ ἐσθίων, κυρίῳ ἐσθίει, εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ. καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, κυρίῳ οὐκ ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ.

ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, κυρίῳ &c. Senſus eſt, qui obſervat diſcrimen dierum in lege præſcriptum, facit id in honorem Domini, quippe qui diſcrimen illud præcepit, quod abrogatum eſſe, adhuc ignorat.

Qui non obſervat illud diſcrimen ideo non obſervat, ut honoret Dominum, qui credentes in N. T. à legibus Ceremonialibus Moſaicis liberavit, quod ipſe certò novit. *(Hunc ipſum præſentis loci ſenſum affert quoque B. Par. L. de Miniſt. Eccl. §. 10. Atque hue etiam B. Lutherus reſpexit, quando locum hunc vertit: der thuts auch dem Herrn / ſive diem non obſervando, facit id in DEI honorem. Licet igitur verbis

bis textûs Græci Megalander non inhæreat, ſenſum tamen egregiè expresſit. Arabs edit. Londin. planè præter rem h.l. vertit: لان من يكرم اليوم فالرب يكرمه

i. e. ومن لا يكرم اليوم فالرب لن يكرمه

Nam qui diem honorat, honorabit illum Dominus; & qui diem non honorat, nec Dominus honorabit eum. Cœterùm omittunt Vulgatus & Æthiops: *Qui non obſervat &c.* Aſt minùs rectè ac contra fidem omnium Codd. Græcorum, quemadmodum & Interpp. Orient. Syri & Arabis. Agnoſcunt eadem verba & Comment. Græci. vide Chryſoſt. Theophyl. in h.l. nec non Photium in Scholiis. Cumprimis verò obſervandum, quòd contextus ipſe membrum hoc requirat. Porrò cùm leges ceremoniales, quibus certi cibi Judæis prohibiti fuerunt, in N.T. abrogatæ ſint, ita ut qui diem non curat, Domino non curet; patet, quòd Judaiſmum non ſolùm reducant, ſed etiam Apoſtolo contradicant, quotquot certorum dierum vel ciborum obſervationem ſub comminatione iræ divinæ, æternæque damnationis urgent. Vide quæ in hanc rem leguntur apud B. Par. Confeſſ. Cathol. art. 24. cap. 2. B. D. Chemnit. in Exam. Conc. Trid. part. 4. c. ult. B. D. Thumm. Tract. de Feſtis Judæorum & Chriſt. p. 202. ſeqq. Quæritur v. *Quomodo is, qui diem non curat, Domino non curare dici poſſit, ſiquidem diei Sabbathi obſervationem ipſa lex moralis, in decalogo comprehenſa, requirat.* Reſp. diſt. inter *Sabbathum Chriſtianum, ac Judaicum.* hoc in N. T. abrogatum, Col. 2, 16. non illud. Ratio eſt, quia Judaicum Sabbathum, h. e. ut ſeptimus præciſè dies ſanctificetur, ad ceremonialem legem pertinuit; Chriſtianum verò, h. e. ut publici conventus, in quibus verbum DEI prædicetur, & Sacramenta legitimè adminiſtrentur, inſtituantur, ad moralem ſpectat. Quod verò præciſè die Dominico conventus publici ſolennes inſtituantur, non quidem ex præcepto divino fit, ex utili tamen Eccleſiæ conſtitutione, quam temerariè negligere nemo debet. Conf. B. D. Hunnium in h.l. Cumprimis verò B.

D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 2. c. 13. c. 1. ſeqq. B. Bar. L. de Lege DEI §. 141. Ut ut verò ſanctorum *Feſta, in ſe* conſiderata, *cultus* DEI non ſint, nec ad ipſam λατρείαν pertineant (quod Andr. Rivetus in Animadv. ad Annot. Grotii pag. 153. ſibi perſuaſum habet, adeoque illa rejicit: quia tamen ad *ornandum & facilitandum cultum* pertinent, meritò adhuc in noſtris Eccleſiis retinentur: quâ de re videatur Auguſt. Confeſſ. art. VII. & XV. & Apolog. ad d. a. Conferantur etiam ex Noſtratibus, qui in A. C. ſcripſerunt, Bb. Dd. Mylius, Lobechius, Grawerus, Carpzovius, alii. Nec ullo quoque modo temerariæ feſtorum, in Eccleſia receptorum abrogationi patrocinatur mandatum divinum Deut. 18, 10. Neque enim DEUS d. l. ferias vel divinitus inſtitutas, vel ſapienti conſilio in Eccleſiâ ordinatas improbat: ſed diſcrimen dierum ab hominibus excogitatum, quo dies quosdam ſuâ quaſi naturâ infauſtos eſſe gentiles ſibi perſuadebant, (quâ de paganorum ſuperſtitione conſuli poſſunt Macrob. lib. 1. Saturn. Cælius Rhodiginus lib. 8. A. L. c. 9. Heſiodus lib. 1. περὶ ἡμερ. ſcribitque Plutarchus, ipſe gentilis, in Camillo, ab Heraclito rectè reprehenſum eſſe Heſiodum, quòd alios dies fauſtos, alios infauſtos & infelices ſtatuerit, tanquam ignorans, unam omnium dierum eſſe naturam. Vocabant autem dies illos infauſtos, *nigros, atros*, ceu è contra fauſtos, *candidos* vel *Solis candidos*, prout præter alios notant Dionyſ. Lambinus in l. 1. Horat. Satyr. 9. p. 87. ac Paulus Manutius in pecul. opuſc. de veterum Dierum ratione apud Thomam Dempſterũ à Mureſk. in Paralip. ad Roſini Antiq. Rom. l. 4. c. 9.) damnat. Quòd ergò Judæi in V. T. judicarunt inter diem & diem, piæ fuit *obſervationis*; quòd Apoſtoli in iis diſcrimen, illud etiam in N. T. obſervantibus, id tolerarunt, *dilectionis*; quòd in N. T. Eccleſia dies quosdam feſtos habet, eſt ſalubris *ordinationis*; quod verò pagani dies in fauſtos, & infauſtos diſtinxerunt, impiæ fuit *ſuperſtitionis*: atque hanc DEUS Deut. 18, 10. improbat, minimè verò vel Apoſtolorum tolerantiam, vel Sabbati aliorumque à ſemetipſo inſtitutorum feſtorum obſervantiam. Quemadmodum

admodum verò *Papiſticus exceſſus* ac falſa opinio meritò hîc improbantur: vid. B. Par. Diſpp. Acad. p. 344. 345. 1553. 1556. ita & *Epicureus defectus* pariter reprehenditur. Ut adeò injuſtâ haut levi nos Bellarminus in præfat. lib. de Triumph. Eccl. & lib. 1. de Beat. Sanct. c. 11. & 13. afficiat, *nefarium contemtum & deſpectum Sanctorum* nobis tribuens. Retinemus omninò Sanctorum feſta, eademq; verbi divini prædicatione celebramus; cumprimis tamen Conceptionis, Nativitatis, Oblationis, Reſurrectionis atque Adſcenſionis Chriſti, it. viſibilis effuſionis Sp. Sancti feſta juſtâ ſolennitate tranſigimus, vehementerque improbamus tum quod Lamb. Danæus Eth. Chriſt. l. 2. p. 179. ſcribit, *quòd videl. dies iſtos obſervare, non ſit neceſſe, aut etiam operæ pretium;* tum quòd Feriæ hujusmodi in nonnullis Eccleſiis Calviniſticis fuerint ſublatæ, fatente Alting. in Exeg. p. 93. pro abrogatione dierum feſtorum præſentem Apoſtoli locũ fruſtra urgentibus: patet enim ex contextu, quòd Apoſtolus h. l. non agat de diebus feſtis ſalubri conſilio in N. T. ab Eccleſia inſtitutis, ſed tantùm de diſcrimine dierum Levitico.) *

ὁ ἐσθίων, κυρίῳ ἐσθίει &c. *Qui manducat*, ſcil. omnis generis cibos, Domino manducat, & gratias DEO agit, non ſolùm pro cibis corporalibus, ſed etiam pro libertate Evangelii, quã Chriſtus nobis promeruit. *Qui non manducat*, Domino non manducat, & gratias DEO agit, pro cibis ſcil. eſui conceſſis.

* (Guil. Eſtius in h. l. ita ſcribit: *Non diceret hoc Apoſtolus, ſi abſtinentia ejusmodi, licet ex imbecillitate fidei profecta, non poſſet ad Domini gloriam referri. Quâ ratione multa, quæ in Eccleſia à ſimplicioribus utriusq; ſexus aguntur in cultu DEI, & veneratione Sanctorum ejus: etſi cenſuram alicujus ſuperſtitionis apud ſeveros Theologos omninò effugere nequeant, excuſari tamen poterunt, atque à fide & intentione, quâ ad DEI gloriam referuntur, etiam commendari.* Reſp. 1. accipimus, quòd Eſtius fatetur, *cultum Sanctorum ſive religioſam eorum invocationem, qualis apud Pontificios uſu recepta eſt, cenſuram ſuperſtitionis*, addo omninò juſtam, *apud ſeveros Theologos effugere non poſſe.* 2. negamus verò, quòd *excuſare* talis ſuperſtitio

perſtitio posſit, multoq; magis, quòd etiam *commendari* poſſit. Eſt enim cultus ille idololatricus, uti pridem à noſtratibus oſtenſum, adeoque excuſari haudquaquam poteſt, multò minus commendari. 3. Si ſuperſtitio illa plebejorum circa Sanctorum cultum commendari poteſt, cur tam ſolliciti alii Pontificii ſunt in illa extenuanda. Certè quod commendationem meretur, haud opus excuſatione habet vel extenuatione. 5. Diſpar eſt ratio infirmorum, de quibus Apoſtolus h. l. agit, ut qui nondum de abrogatione legum ceremonialium erant informati, & inter eos, qui apud Pontificios religiosè Sanctos invocant. Hi enim cùm ſatis ſint informati, quippe cùm à multis jam ſeculis idololatria illa fuerit reprehenſa, & ex ſacris oſtenſa, excuſari non poſſunt, nec debent. Præterea, à carnium eſu, ſi abſit ſuperſtitio, abſtinere, eſt res adiaphora; non æquè verò, cultum ſoli DEO debitum exhibere creaturis: eſt enim hæc ſuperſtitio ſi non craſſa, tamen ſubtilis idololatria, quæ excuſari nec poteſt, nec debet. Conſer plura in hanc rem in Annot. ad Matth. cap. 4, 10. c. 6, 19. ac c. 8, 5.) *

v. 7. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ ζῇ, καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει.

Tota piorum vita deſtinata & conſecrata eſt gloriæ DEI illuſtrandæ. DEUS, qui nos creavit & redemit, eſt Dominus noſter in vita & in morte: æquum igitur, ut omnes actiones noſtras eò dirigamus, ut ipſe per nos glorificetur.

* (*Nemo ſibi vivit, & nemo ſibi moritur.* E. αὐτοχειρία eſt prohibita, cùm nemo ſit vitæ ſuæ Dominus. Conf. B. D. Bald. C. C. lib. 3. cap. 4. caſ. 13. B. Par. L. de Morte §. 67. Comm. in Deuter. p. 332. Dn. Carpzovius Jurisprud. Eccleſ. l. 2. tit. 24. d. 376. n. 4. ſeqq.) *

v. 8. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν, τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκωμεν. ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τοῦ Κυρίου ἐσμέν.

* (*Sive morimur, Domini ſumus.* Nempe ſi in Domino morimur, h. e. verâ ac conſtanti in Chriſtum fide, Apoc. 14, 13. add.

add. Sapient. 3, 1. 2. c. 4, 10. Matth. 22, 31. 32. Ioh. 11, 25. 26. Unde nec mortem tantopere timere, vel ab illo abhorrere debemus, ſed ſine murmure DEUM ſequi, dicentes cum Chriſto Luc. 22, 42. *non mea, ſed tua voluntas fiat*: nec non cum Paulo *deſiderantes diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*, Phil. 1, 23. certi, quod *Chriſtus mortem deſtruxerit*, 1. Corinth. 15, 55, 56. *quodq; nec mors, nec ulla creatura à dilectione DEI ſeparare nos poſſit*, Rom. 8, 38. 39. qui enim in Chriſto moriuntur, non moriuntur, Iohan. 8, 51. ſed ad cœleſtem gloriam transferuntur, Ioh. 17, 24.) *

Domini ſumus, in nominativo & genitivo caſu, ut ſuaviſſimè docet D. Lutherus. * (*Domini ſumus*, in Genitivo puta, tum reſpectu *creationis*, Pſal. 100, 2. tum reſpectu *conſervationis*, tum reſpectu *redemtionis*, h. l. v. 9. tum reſpectu *regenerationis*; Si verò Domini ſumus, ergo illi quoq; confidamus. Vid. Pſ. 55, 23. 1. Petr. 5, 7. In Nominativo verò *Domini ſumus*, quia Chriſtus nos fecit Reges, Apoc. 1, 6. Utamur quoque nos vult ipſe conceſſo hoc dominio 1. in Diabolum, cui reſiſtamus, 1. Pet. 5, 9. in mundum, quem contemnamus, 1, Ioh, 2, 15. in peccatum, cui non vivamus, Rom. 6. 2.)*

V. 9. Εἰς τοῦτο γὰρ χριστὸς καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ.

* (Καὶ ἀνέζησε. Non incommodè obſervant Interpretes, quod ἀνέζησε non ſit propriè ἀνάστασις, ſed potiùs ejus antecedens, conſiſtens nempe in vivificatione corporum per animæ unionem, unde etiam ab ἀναστάσει hîc diſtinguitur; ſimiliter reſuſcitatio 1 Cor. 15, 22. ζωοποίησις vocatur, quæ tamen eadem, accuratè loquendo, ab ἀναστάσει diſtinguitur. Conf. etiam 2. Petr. 3, 10. Cœterùm non uno eodemque modo Interpretes locum hunc legerunt. Theophylactus pro ἀνέζησεν habet ἔζησε. Ambroſius tranſpoſuit. ita enim legit: *in hoc enim Chriſtus vixit & mortuus eſt, & reſurrexit*. Similiter & Irenæus lib. 3. c. 20. nec non Auguſt. de moribus Manich. c. 14. Origenes legiſſe videtur: *in hoc Chriſtus mortuus eſt, & vixit*. Vulg. habet: *in hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit*. Æthiops:

ሞተ፡ክርስቶስ፡ወሐየወ፤ i. e. *mortuus eſt Chriſtus &
vixit*. Græca quædam exemplaria pro ἀνέζησε *revixit*, habent ἔ-
ζησεν *vixit*: & ita quoq; legerunt Chryſ. Theophylactus, Oecu-
menius, alii. Cùm ἀνέζησε præcedat ἀνέστη, videtur Syrus eò
reſpexiſſe, quando ita h. l. vertit: ܡܫܝܚܐ ܡܝܬ ܘܚܝܐ
ܘܩܡ i. e. *Chriſtus mortuus eſt, ac vixit, ac reſurrexit*. Arab.
habet: *Chriſtus enim mortuus eſt, & reſurrexit, & vixit*. Guliel-
mus Eſtius ſuſpicatur, imò apertè ſcribit, *merito ſuſpectum ha-
beri poſſe verbum* reſurrexit *occupati loci alieni: quod ad alterum ex-
plicandum fortè in margine adſcriptum fuiſſet: cùm & Chryſoſtomi
Græca quædam exemplaria verbum* ἀνέστη *non agnoſcant, & etiam
Codd. Latinorum quidam non contemnendi pro* reſurrexit *habeant*
revixit, *quod & in Epiſt. 1. Anacleti Papæ legatur*. Concludit igi-
tur: *Itaq; ſic arbitror, alteram harum eſſe lectionem germanam, ſc.*
mortuus eſt, & revixit; *vel* mortuus eſt, & vixit, *nam harum u-
trique, præſertim poſteriori, aptiùs reſpondet, quod ſequitur, ut &*
mortuorum & vivorum dominetur. Reſp. 1. Largimur, quod
interdum è margine ab amanuenſibus quædam textui inſerta ſint,
quæ non genuina textûs pars ſunt, ſed ſaltem explicantes. At
quòd tale quid & hîc factum ſit, probandum eſt. 2. Nec id e-
vincunt probationes ab Eſtio adductæ. non, quod Chryſoſto-
mi exemplaria quædam Græca ita legunt. quia his oppòni-
mus exemplaria alia plura ac meliora: nec, quòd Codd. qui-
dam Latini omittunt τὸ *revixit*. Latini enim rivuli exami-
nandi ad fontes Græcos ſunt; non viceverſa: nec denique
quòd ſequitur, *& mortuorum & vivorum*. neque quia Chriſtus
mortuus eſt, & revixit, & reſurrexit, propterea opus fuerit, ut
ſubjiciatur, quòd & mortuis, & reviviſcentibus, & reſurgen-
tibus dominari dicatur. ſufficit enim ad ſcopum Apoſtoli, di-
xiſſe, quod Chriſtus *& mortuis & vivis dominetur*, i. e. hoc ſe
redimendo conſecutum eſſe, ut ejus dominium non ſolùm
per temporalis hujus vitæ ſpatium ſe extendat, ſed etiam ne
futuro quidem ſeculo terminetur. Ita verò Chriſti domini-
um comparatum, ut illi qui ei ſerviunt, puta fideles & ſancti,

hunc

fideles dominentur, in hac quidem vita ſuper peccatum, cui minimè dominium permittunt; in altera verò vitâ ſuper mortem, diabolum &c. Apoc. 22, 5.)*

[illegible] &c. *Ut mortuis ac viventibus dominetur*, i. e. ut credentes in vita & morte ſint ipſius.

*(Quinque circa h. l. obſervanda. 1. quod [illegible] h. l. non ſit cauſalis, quaſi antecedens Chriſti exinanitio ſit cauſa ſubſecutæ exaltationis: neque enim per paſſionem ac mortem ſuam Chriſtus ſibi aliquid promeritus eſt. contra quoſdam *Calvinianos*, itemque contra Oſtorodum Socinianum Inſtit. Germ. p. 82. Verùm hoc ſaltem innuitur, quòd exaltatio Chriſti ſit immediatum exinanitionis conſequens. 2. quòd ex hoc ipſo loco pateat, ſecundùm quam naturam Chriſtus fuerit exaltatus, puta non ſecundùm divinam naturam, ſed juxta humanam, ſive juxta eam, ſecundùm quam antea fuit exinanitus, quippe cùm exaltatio ſit conſequens exinanitionis. At ſecundùm humanam, non verò ſecundùm divinam naturam ipſe exinanitus fuit. E. etiam ſecundùm humanam fuit exaltatus. Conf. Pſal. 8, 6. 7. Pſ. 110, ult. Luc. 24, 26. Epheſ. 1, 20. Philipp. 2, 9. Ebr. 2, 9. Add. Cyrill. lib. 10. Theſauri cap. 2. 3. Quòd vera Chriſti Deitas inter alia etiam ex h. l. probari poſſit, quippe cùm nulla creatura habeat abſolutum imperium vitæ & mortis; ita ut poſſit ſalvare ac perdere, Deut. 32. v. 39. Chriſto verò hoc competat, docente h. l. Apoſtolo. Add. Actor. 10, 42. c. 17, 31. 4. quòd non adverſetur aſſerto huic Apoſtolico, Chriſtum eſſe *Dominum mortuorum*, oraculum Salvatoris Matth. 22, 23. ubi negat, *Deum eſſe Deum mortuorum*. Etenim *mortuus* dupliciter quis dici poteſt, primò, qui in vitam à Chriſto, judice vivorum & mortuorum, aliquando reſuſcitandus; deinde qui nunquam ad vitam æternam reſuſcitandus. Priori ſenſu Paulus Chriſtum h. l. *mortuorum Dominum* vocat, ut qui eorundem in cineres redacta corpora in die extremo omnipotenti ſuâ voce ſuſcitabit, Joh. 5, 28. Poſteriori modo *mortuorum* voce utitur Salvator, negans, DEum eſſe Deum mortuorum, h. e. eorum, qui nunquam ſint reſuſcitandi, adeoque penitus in nihilum ſint redacti. Ita enim Sad-

ducæi putabant, homines mori. nempe quod [illegible] animô & corpore ſimul extinguantur, nec unquam in vitam revocandi ſint, ceu tum ex Joſepho lib. 18. A. I. c. 2. tum ex ipſis Evangeliſtis Matth. c. 22,23. Marc. 12.18. ac Luc. 20, 27. ſatis patet. Unde etiam benè Chryſoſtomus homil. 71. in Matth. ad locum hunc reſpiciens, ſcribit: οὐκ ἔστιν ἐναντίον τοῦτο (Rom. 14.) ἐκείνῳ (Matth. 22.) νεκρῶν γὰρ ἐνταῦθα φησὶ τῶν καὶ αὐτῶν [illegible] λόντων. ἄλλως δὲ καὶ ἕτερον, τὸ ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραάμ, καὶ τὸ [illegible] καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Aliter tamen ex Methodio libro de Reſurrectione locum hunc explicat Oecumenius, ita ſcribens: [illegible] νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ, τουτέστι ψυχῶν καὶ σωμάτων. αἱ μὲν γὰρ εἰσιν ἀθάνατοι, τὰ δὲ θνητά. Sed commodior eſt explicatio noſtratium Theologorum ſtatuentium, Chriſtum vocari *vivorum ac mortuorum Dominum*, quia ipſe non ſolùm eſt Dominus eorum, qui adhuc mortalem in his terris agunt vitam, verùm illorum quoque, qui non amplius in his terris quidem vivunt, interim tamen reſpectu animæ beatam in cœlo agunt vitam, & reſpectu corporis aliquando ad beatam vitam ſunt reſuſcitandi. Conf. plura in Analect. ad Matth. 22, 23. item ad Marc. 12. v. 18. Eſtius Comm. h.l. ſolvit dubium, monendo, quod aliud ſit *vocari Deum mortuorum*, aliud *eſſe Dominum mort*[illegible] *multa ſint, quorum Dominus eſt Deus; quorum tamen D*[illegible] *nolit.* Cœterùm, quòd reſurrectio piorum in Chriſti [illegible] reſurrectione, alibi clarè docet Apoſtolus. Vid. ſupra [illegible] 1. Corinth. 6, 14. 2. Corinth. 4, 14. Eph. 2, 6. 1. Theſſ. [illegible] 5. quòd Apoſtolus non loquatur de *Domino nudè* & in ſe [illegible] (nam Chriſtus-homo etiam in ſtatu exinanitionis [illegible] nus mortis: etenim propriâ virtute, eaq; verè divinâ mortuos reſuſcitavit, Luc. 7, 14. 15. Matth. 9, 25. Joh. 5, 19. 21.) ſed de *dominio inceſſabili.* Conf. Actor. 2, 36. cùm antehac radios [illegible] tem aliquos interdum divinæ hujus poteſtatis emiſerit, de cœtero verò revera ſe exinaniverit, Philip. 2, 7. [illegible] Orat. 4. p. 280. *Poteſtatem, quam* (Chriſtus) *dicebat, ſe poſt reſurrectionem accepiſſe, tam habebat, priusquam acciperet, etiam ante reſurrectionem &c.* Conf. Pſal. 110, 1. Matth. 22. 45. [illegible]

[illegible]

ſcit, quòd ineptè Oſtorodus Socinianus contra Tradel. p. 3. veram Chriſti Deitatem inter alia ex eo oppugnet, quod hic *factus dicitur Dominus.* diſtinguere debebat inter divinam, & humanam Chriſti naturam, it. inter *dominii poſſeſſionem* & *plenariam* ſive *inceſſantem* illius *uſurpationem.*) *

v. 10. Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ.

In nomine *fratris* latet argumentum, vel quod frater non ſit temere condemnandus ob naturalem caritatem, vel quod frater non habeat poteſtatem in fratrem, cùm ſint pari jure. Piſc.

Rectius accipitur de ſpirituali fraternitate. quia verè credentes habent unum patrem in cœlis, ſcil. Deum, unum matrem in terris, ſcil. Eccleſiam, atque unam ſpem cœleſtis hæreditatis. Toſſ.

* (πάντες γὰρ &c. Conf. 2. Cor. 5, 10. Sermo verò hîc eſt non de *judicio condemnationis*, Vid. Joh. 3, 18. ſed de *judicio diſcuſſionis* vid. 1. Cor. 4, 5.) *

παραστησόμεθα eſt verbum forenſe ſive judiciale *Siſtemur apud tribunal Chriſti*, i. e. judicabimur à Chriſto.

* (Colligunt verò hinc noſtrates Theologi contra *Photinianos*, *quòd Chriſtus ſit religiosè adorandus*, *adeoque ſit verus & æternus DEus.* Conſeq. probant, quia Apoſtolus ex Eſaiæ teſtimonio deducit fore, ut coram tribunali Chriſti aliquando ſtemus. Add. Matth. 24, 30. c. 25, 31. c. 26, 64. ſeqq. Act. 17, 31. Comprimis verò notandum, quòd Apoſtolus Paulus illud, quod Eſaias de vero & æterno DEO, qui cœlum & terram condidit, & extra quem non eſt alius DEUS, pronunciat, ad Chriſtum applicet. Utique ergò præſupponit, quòd Chriſtus ſit verus & æternus DEUS, qui cœlum & terram condidit, & extra quem non eſt alius DEUS. Minimè obſtat, quòd Pater Actor. 17, 31. dicitur *per Filium* judicaturus orbem. Neq; enim vox *per* ſemper cauſam inſtrumentalem ſive minùs principalem notat, prout ex 1. Cor. 1, 9. Gal. 1, 1. Ebr. 2, 10. patet,

nec hoc in dicto loco indicat, quòd Filius ſit cauſa minùs principalis, Pater autem tantùm principalis, minimè. Sed ſaltem diſcrimen inter perſonas oſtendit, non dignitatis inæqualitatem, cùm propterea Pater omne judicium Filio dederit, ut omnes honorent Filium, ſicut honorant Patrem. Joh. 5, 22, 23. Confer plura huc facientia apud B. D. Tarnov. de SS. Trin. c. 3. p. 213. ſeqq. B. Par. diſpp. Iſag. p. [illegible] Faciunt etiam huc dicta Eſaiæ c. 45, 32. ſuprà c. 10, 11. 2. Cor. 5, 10. Philipp. 2, 9. Quandoquidem autem Chriſto etiam homini honor ille tum religioſæ adorationis, tum extremi judicii adminiſtrationis competit, ceu ex h. l. itemque ex Joh. 5. v. 22. 23. manifeſtum eſt, Conf. Philip. 2, 9. 11. minùs rectè à Calvinianis negatur, quòd Chriſto homini, ſive ſecundum aſſumtam naturam humanam idiomata verè divina, ac quæ Filius Dei propria perſonaliter fuerint communicata.) *

v. 11. Γέγραπται γάρ, Ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος, ὅτι ἐμοὶ
κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.

Quàm certum eſt, me vivere, tam certò futurum, ut mihi ſe flectat omne genu. Eſai. 45. v. 23. Omnis creatura me pro Domino ſuo agnoſcet, & rationem factorum mihi reddet. Quidam *de ſolis credentibus* hoc accipiunt, qui in vera fide Deum invocant. Quamvis verò Propheta de illis [illegible] loquatur, qui in hac vita ſe Chriſto ſubjiciunt, & nomen ipſius confitentur, tamen in die noviſſimo hoc vaticinium perfectè apparebit completum.

* (Unde etiam rectiùs alii, uti B. D. Balduinus, B. D. Hunnius, &c. in genere hoc accipiunt. Pii enim genua Chriſto flectent in ſignum lætitiæ & amoris; impii verò in ſignum triſtitiæ & horroris; hi ut ſevero judici, illi ut Regi & fratri.)*

Apud Prophetam dicitur: *Mihi jurabit omnis lingua.* Apoſtolus ſenſum reſpiciens ſic reddidit. *Omnis lingua DEO confitebitur*, quia juramentum eſt confeſſio veri DEI. * (*Obj. Quomodo omnis lingua confeſſura DEO, cum ſaltem pii DEUM laudaturi ſint in alterâ vitâ, impii verò blaſphematuri.* Reſp. Licet impii inviti Chriſtum DEUM ſint confeſſuri: cogentur tamen fa-

teri,

reri, hunc eſſe illum Jeſum, quem ipſi & doctrinâ perversâ, & vitâ ſceleratâ horribiliter offenderint. ita B. D. Hunnius in Comm. h. l.)*

v. 12. Ἄρα ἂν ἕκαστος ὑμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ.

*(*Unusquisque noſtrûm pro ſe rationem reddet* DEO. Quod attinet locum Ebr. 13, 17. ille non *excluſivè*, ſed *incluſivè* accipi debet. Locus parall. habetur Matth. 12, 36. Obſervandum autem, quòd dicta hæc ſint legalia, adeoque hoc ſenſu accipienda, niſi facta fuerit remiſſio; quam cùm pii per veram in Chriſtum fidem fuerint conſecuti, non eſt cur ſeverum judicium metuant. Sicut etiam Chriſtus credentibus promiſit, quòd *non venturi ſint in judicium*, Joh. 5, 24. puta *damnationis* ſive rigoroſæ diſcusſionis. Venient quidem in judicium pii & fideles, non verò ut condemnetur, (nec ut ſcelera eorum, quorum in hoc mundo per veram ac perſeverantem fidem conſecuti remisſionem ſunt, aliis manifeſtentur, ſicque ipſi confundantur: quippe cum omnia peccata eorum jamtum in profundum maris ſint projecta, Mich. 7, 19.) ſed ut coronentur, 2. Tim. 4, 8. 1. Petr. 5, 4. Jac. 1, 12. Apoc. 2, 10. Erit piis *dies liberationis*, Luc. 21, 28. Rom. 8, 23. *remunerationis*, ac *retributionis*, non *confuſionis*, 1. Joh. 2, 28. *gloriæ*, non *ignominiæ*.)*

v. 13. Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ, μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον.

Pulcerrima antanaclaſis in verbo κρίνειν. Non ampliùs nos alios judicemus; ſed hoc potiùs judicate, non eſſe offendiculum ponendum fratri, i. e. in id intenti eſtote, in eo debitam prudentiam adhibete.

πρόσκομμα oſt ndiculum, per quod conturbetur & in conſcientia ſua inquietus reddatur. σκάνδαλον per quod ad apoſtaſiam à Chriſtiana religione ſolicitetur. *(De ſcandalo pasſim loquitur Apoſtolus, ſuosq; auditores dehortatur, ne ſimplicioribus illud præbeant. Idem etiam agit Salvator ipſe, prout ex hiſtoria Evangelica, cumprimis Matth. 18. videre eſt. Cœterùm

terùm quæ circa doctrinam de ſcandalo obſervanda ſint, pri-dem à Theologis orthodoxis oſtenſum. Evolvantur qui in Analectis ad c. 5. Matth. v. 30. allegati: quibus adjungi poſſunt Dd. tum Orthod. tum heterodoxi, in Anal. ad cap. 18. Matth. v. 7. adducti. Conf. quoque B. D. König Caſ. Conſc. p. 324. Dn. D. Calovius Jurispr. Conſiſt. l. 3. tit. 9. diſt. 10. n. 6. it. diſt. 10. n. 115. d. 118. n. 9. ac 122. n. 16. d. 163. n. 18. &c. B. D. Glaſſ. Exeg Evang. Dom. part. 1. p. 202. 250. [illegible] part. 2. p. 504 part. 4. p. 643. 650. 681. 693. B. D. Dietericus in Analyſ. Ev. Dom. part. 1. p. 36. ſeqq.) *

v. 14. Οἶδα, καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι᾽ ἑαυτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν.

οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, i. e. per gratiam Jeſu Chriſti qui mihi hoc revelavit, ac per S. S. in corde meo me confirmavit.

* (*κοινὸν, communem*, i. e. impurum, ſive lege Divina prohibitum. Vid. Actor. 10, 14. Rom. 7, 18. Dicitur verò *commune*, quod cœteris populis omnibus, exceptis Judæis, communiter in uſu eſt, ſcribente Hieron. in c. 15. Matth.)*

v. 15. Εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε.

ὁ ἀδελφός σου. Toſſanus dicit, *Apoſtolum non loqui de veris credentibus & ovibus Chriſti, Joh. 10. v. 28.* Sed de illis, qui cum ſint in externo Eccleſiæ cœtu, habentur pro fratribus. * (Wendelinus Exerc. 64. §. 42. concedit, ſermonem eſſe de electis, ſed negat conſequentiam, *à ſcandali exhibitione ad actualem damnationem.* Cœterùm quid de hoc effugio habendum ſit, mox pluribus monebitur.)*

* (*λυπεῖται, triſtitiâ afficitur*, h. e. urgetur, ut comedat, quod tamen exiſtimat, illicitum eſſe comedere, vel etiam exemplo turbatur, ut incipiat de Chriſtianâ religione ſiniſtrè judicare, tandemque ab eâ reſilire. ut exponit D. Calixtus h. l.)*.

* (μὴ

(* *μὴ ἀπόλλυε, ne perde.* i.e. ne occaſionem præbe perditionis, dum ſcil. in externo adiaphororum uſu non ſecundùm charitatem ambulas, ſed fratrem tuum ſcandalizas. *Verbum enim, actionem ſive effectum denotans, quandoque de occaſione ejus intelligendum eſt*, monente B. D. Glasſio Gr. S. p. 255. quæ regula etiam confirmatur ſeqq. dictis Gen. 42, 38. Exod. 23, 8. Actor. 1, 18. 1. Cor. 7, 16. aliisque pluribus, à B. Glaſs. d. l. adductis. Perditur verò proximus, quando vel ipſe aliorum exemplo veſcitur cibo, quem in conſcientia putat eſſe prohibitum, & ſic lædit conſcientiam: nemo verò ſauciatâ conſcientiâ ingredi regnum cœlorum poteſt; vel quia Chriſtianiſmo valedicere cogitur, impium nempe judicans, converſari cum ejusmodi hominibus, qui licentiâ (ut ipſe quidem putat) illicitâ legem DEI de cibis immundis transgrediuntur. ut benè monet B. D. Bald. in h. l. Idem etiam hic commodè obſervat, quòd minimè Apoſtolicum hoc præceptum eò trahi posſit, quod aliquis Lutheranus inter Pontificios vivens, diebus illis, ubi carne veſci prohibitū eſt, ibidem ab eſu carnium abſtinere debeat. Nam Apoſtolus loquitur de infirmis, h. e. qui in cœteris Chriſtianæ religionis Capp. nobis ſunt ὁμό-[illegible]; in uſu verò rerum indifferentium nondum ſatis inſtructi, quos ſcandalizare prohibet. Deinde ſermo eſt Apoſtolo de cibis, lege divinâ in V. T. prohibitis. Aſt Papicolarum prohibitio nititur ſaltem interdicto humano, quod Apoſtolus 1. Tim. 4, 1. 3. vocat doctrinam dæmoniorum. Cumprimis verò notandum, quòd Apoſtolo hîc ſermo ſit de illis, qui de rebus adiaphoris nondum ſufficienter ſunt informati. hi ne ſcandalizentur, cavendum eſt; qui verò ſufficienter ſunt informati, edere tamen ex pertinacia nolunt, relinquendi ſunt uti cœci cœcorum, Matth. 15, 14. ac tales, ſi ſcandalizantur, tùm *ſcandalum acceptum* eſt, non *datum*. Conf. B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 2. cap. 14. caſ. 7.)*

*(*ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανε, pro quo Chriſtus mortuus.* Si ille poteſt perdi, ſive æternum perire, pro quo Chriſtus mortuus eſt, ſequitur, quòd etiam pro pereuntibus Chriſtus ſit mor-

tuus, adeoque illi non abſoluto DEI odio reprobati. Confer in eandem ſententiam 1. Corinth. 6, 15. 16. c. 8, 11. Ebr. 6, 4. c. 10. 26. 2. Petr. 2. Obſervandum tamen hic, quòd meritum Chriſti dupliciter conſideretur, 1. *ratione acquiſitionis* tantùm, & ſic pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, etiam pro pereuntibus. 2. *ratione acquiſitionis, cum applicatione conjunctâ.* Hoc poſteriori modo pro ſolis ovibus mortuus eſt, ac tantum fidelium Salvator. Sciendum verò, quòd à negatione applicationis, propriâ pereuntium culpâ impeditæ, non liceat argumentari ad negationem acquiſitionis. Sed perſeverant Calviniani negare, quòd Chriſtus ne quidem etiam ratione acquiſitionis pro omnibus mortuus fuerit. Excipiunt igitur ad h. l. 1. *quod Apoſtolus loquatur hîc ex judicio charitatis, juxta quod nos omnes illos pro iis habeamus, pro quibus Chriſtus ſit mortuus, qui fidem Chriſtianam profitentur: licet reverâ Chriſtus pro illis non ſit mortuus, quippe cùm pereant.* Ita excipiunt Amandus Polanus l. 6. Synt. Theolog. c. 18. p. 401. Joh. Piſcator tum in Analyſi hujus loci, tum in obſerv. ad 1. Cor. 8. Reſp. Si ſententia Calvinianorum vera eſſet, quòd Chriſtus pro electis tantùm, non verò pro pereuntibus etiam ſit mortuus, falſum dixiſſet Apoſtolus, ſcribens, quòd Chriſtus pro his fuerit mortuus; nec potuiſſet eum judicium charitatis excuſare, quippe quod veritati non debet eſſe contrarium. Propterea lubrico proſectus fuiſſet Apoſtoli ratio fundamento, quòd Romani non debeant ſcandalizare infirmum fratrem, ita ut æternùm ille pereat, cùm Chriſtus pro eo fuerit mortuus; ſed Apoſtolus ex judicio ſaltem charitatis, & quidem aliter ac reverâ res ſe haberet, ita pronunciaſſet. 2. *quòd Apoſtolo ſermo ſit non de perditione æternâ, ſed temporali ſaltem, ſive de ſcandalizatione, quippe cùm homo alterum quidem poſſit ſcandalizare, non verò in damnationem æternam præcipitare: quidquòd impoſſibile ſit, electos ſive illos pro quibus Chriſtus mortuus eſt, in errorem finaliter ſeduci ſive perire poſſe.* Exceptione hâc utuntur Maſſonius part. 2. Anatom. Univerſ. c. 9. p. 251. Molinæus Anat. Armin. c. 29. §. 8. Marcus Fr. Wendelinus Exerc. 64. §. 42. Reſp. Falſum eſt, quòd Apoſtolus loquatur

quatur ſaltem de perditione temporali, non verò de perditione æternâ. Contrarium docet ipſe David Paræus, magni nominis apud Calvinianos Theologus Comm. in 1. Cor. 8. p. 492. 493. tum quoque Joh. Piſcator in gloſſ. ad Bibl. Germ. ad 1. Cor. 8, 11. Falſum porrò & hoc eſt, quòd nemo alterum poſſit perdere ſive efficere, ut æternùm pereat. Licet enim nemo alterum nolentem in æternam præcipitare poſſit damnationem: poteſt tamen id eatenus efficere, quat. ad lethifera ſcelera volentem ac conſentientem ſeducit, ob quæ, niſi reſipiſcat, æternùm ille perdi ſive damnari poteſt. Denique falſa & illa hypotheſis eſt, quòd Chriſtus pro electis ſaltim mortuus ſit. Sanè verum eſt, quòd electi finaliter perire ſive perdi nequeant: non verò hinc inferendum, quòd nulli eorum, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, perdi ſive perire æternùm poſſint. Neque enim par ratio eorum omnium eſt, pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Eſt Salvator omnium, maximè autem fidelium, 1. Tim. 4, 10. quia hi tantùm meritum ejus fide amplectuntur. Excipiunt 3. *quòd quidem illi, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, perdi ſive perire poſſint, quantum ad ipſorum infirmitatem: hautquaquam verò, quantum ad conſilium ac potentiam DEI ac Chriſti intercesſionem, cùm Chriſtus ab æterná damnatione tales redemerit.* Hi igitur *cùm electi ſint, manifeſtum eſſe* putant, *quòd perire illi non poſſint.* Excipiunt ita Maſſonius part. 3. Anat. Univerſ. p. 257. Pareus dub. 9. in h. l. nec non in 1. Cor. 8. p. 493. Joh. Piſcator l. de Gr. DEI. contra Hunn. pag. 46. Wendelinus Exerc. 64. §. 42. Reſp. Iterum falsò præſupponitur tanquam verum ac certum, quod tamen adhuc in quæſtione eſt, quòd videl. omnes illi, pro quibus Chriſtus mortuus eſt, & quidem hâc intentione, ut ab æterna damnatione liberentur, ſint electi, ſtrictè ſic dicti. Verum quidem eſt, quòd Chriſtus pro electis mortuus ſit, ſed falſum, quòd pro ſolis electis. Eſt enim *propitiatio non ſolùm pro noſtris, ſed pro totius mundi peccatis*, 1. Joh. 2, 2. *dedit ſemetipſum* ἀντίλυτρον *pro omnibus*, 1. Tim. 2, 6. Verum etiam eſt, quod magna DEI potentia ſit & efficax quoque Chriſti intercesſio: ſed falſum,

quod DEUS etiam illos tueri ab interitu velit, qui media ſalutis divinitus ordinata negligunt ac contemnunt, & in ſceleribus ſine pœnitentia perſeverant: nec Chriſtus quoque pro iis vel orare vel intercedere vult, ut ſalventur, qui vocem ejus audire nolunt; ſed Filium DEI ſibi denuò crucifigunt &c. Vid. Joh. 17, 9. Ebr. 6, 4. ſeqq. cap. 10, 26. Excipiunt denique 4. *quòd quidem quantum in nobis eſt, perdituri ſimus fratrem infirmum, licet is ipſo eventu non pereat.* Exceptione hac utitur Piſcator Vol. 2. Theſ. Theol. p. 194. ac part. 1. Reſp. ad amicam Duplic. Vorſtii p: 48. ac part. 3. p. 9. 30. & 40. nec non ſuper h. l. ac ſuper 1. Cor. 8. Reſp. Si ipſo eventu proximus perire non poſſet indiſcreto Chriſtianæ libertatis abuſu, quid opus fuiſſet tam ſeriâ Apoſtoli dehortatione? Conf. B. D. Fewrb. Syntag. 1. Diſquiſ. Sacr. part. 2. Diſſ. 3. §. 24. ſeqq.)*

v. 16. Μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν.

Ne blaſphemator veſtrum bonum, i. e. ne committite, ut blaſphemetur libertas Chriſtiana, magnum illud bonum, per Chriſtum nobis partum. *(Origenes per bonum hoc intelligit *Chriſtianam religionem*, Ambroſius *doctrinam Chriſtianam*, Theodoretus *fidem*. Chryſoſtomus expoſitiones has conjungit: ita enim exponit: τὸ ἀγαθὸν ἐνταῦθα ἢ τὴν πίστιν φησὶν, ἢ τὴν [illegible] ἐλπίδα τῶν ἐπάθλων, ἢ τὴν ἀπηρτισμένην εὐσέβειαν. i. e. *Bonum hic aut fidem dicit, aut futuram præmiorum ſpem, aut perfectam pietatem.* & pergit: *Non ſolum enim inquit, fratrem non juvatis, ſed & ipſam doctrinam & gratiam ac donum* DEI *blaſphemari facitis.* Senſus eſt, nec cauſam vel occaſionem præbere. Vide notata ad v. præced. ac B. Glaſſ. Gr. S. p. 256. Blaſphematur verò, juxta paraphr. B. D. Calixti h. l. beneficium libertatis Chriſtianæ, quando propter ejus abuſum nonnulli clamitant: Evangelio everti legem, & reſcindi voluntatem DEI, eamque ob cauſam Evangelium à DEO non eſſe. Syrus legit ܛܒܬܟܘܢ *bonum veſtrum*: quomodo etiam habet Vulgatus Latinus. Æthiops pronomen planè omittit: vertit enim: ኢትፀርፉ፡ [illegible] ሠናየ፡ i. e. *ne blaſphemetis bonum.*)*

V. 17. Οὐ

v. 17. Οὐ γὰρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις, ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

* (*οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις.* i. e. regnum gratiæ, ſive quod nos promovet ad regnum DEI, non conſiſtit in obſervatione ſive diſcrimine ciborum, quale in lege ceremoniali requirebatur. Loca parallela habentur Matth. 15, 11. Actor. 10, 15. 1. Cor. 19, 25. ſeqq. Ut ita ſatis pateat, quòd lex ceremonialis in N. T. ſit abrogata. Nec obſtat locus Act. c. 15, 29. de ſuffocato & ſanguine: etenim *præceptum illud* non fuit *perpetuum* vel *neceſſarium*, ſed *temporarium*, eaque ſaltem de cauſa promulgatum, ne Judæis recens ad Chriſtum converſis ſcandalum præberetur, ſicque Synagoga Judaica cum honore ſepeliretur: uti pluribus in Anal. ad d. l. monebitur. Minimè igitur colligere hinc licet Pontificiis, (videantur Eckius, Carenza, alii) quòd Eccleſia poteſtatem habeat abrogandi ea, quæ in Sc. S. præcepta ſunt; neque enim hoc fine promulgatũ fuit ab Apoſtolis decretum de vitando ſuffocato, ut perpetuò præceptum hoc obſervaretur. Sive porrò per regnum DEI intelligere quis regnum gratiæ velit, ſive regnum gloriæ, perinde eſt; neutrum enim promovetur uſu vel eſu cibi in lege prohibiti, uti rectè monet B. D. Bald. in h. l. Nec tamen hinc inferendum, quòd jejunia nullum habeant uſum. Licet enim jejunium per ſe non ſit cultus DEI, multum tamen ad illum promovendum prodeſt. Vid. omninò B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 1. cap. 18. ac adde pluſculos autores in hanc rem in Annot. ad Matth. c. 6. v. 16. allegatos.) *

Regnum DEI, i. e. illud quod nos promovet ad regnum Dei, non eſt cibus ac potus, i. e. non conſiſtit in certo cibi potûsve genere. *(Senſus verborũ Apoſtoli eſt: non tanti æſtimandus liber ciborum uſus eſt, ut in eo omnis Chriſtianæ religionis vis ac veluti nervus collocetur: quin potiùs ſi contingat, ut propter intempeſtivum libertatis Chriſtianæ uſum, ſive per liberam ciborum quorumlibet manducationem proximo ſcandalum præbeatur, vel Chriſtiana libertas propterea convitiis proſcindatur; Chriſtianæ potiùs religionis honori per ab-

ſtinentiam conſulendum, quàm per intempeſtivum uſum committendum, ut nomen Chriſtianum ab infidelibus blaſphemetur. Benè h. l. Jeſuita Bened. Juſtinianus ex Baſilio monet, _quod ciborum abſtinentia_ (à certis puta cibis, quam vehementer Papicolæ urgere ſolent) _nil quicquam conferat ad ſalutem, cùm plerumq; qui eſculentis libere veſcuntur, pietate ſanctitateque pares ſint, aut etiam ſuperiores iis, qui abſtinent_: ac rectè dictum ab Auguſtino lib. 2. Qq. Ev. c. 11. eſſe, idem Jeſuita ſcribit, _non uſum ciborum, ſed concupiſcentiam refrenandam: nec intereſſe, quid alimentorum, vel quantum pro congruentia hominum & perſonæ valetudinis neceſſitate quis capiat; ſed quàm facile & læto animo careat his, quibus vel oportet, vel neceſſe eſt carere._ Similia habent ſocienni ejus Corn. à Lapide, Tirinus, alii. Aſt ne nimis videantur fuiſſe liberales contra Papicolas, addunt, _quod quidem per ſe religio ac pietas non conſiſtat vel dependeat à delectu cibi vel potûs, interea per accidens, v. gr. ex obligatione vel præcepti, vel temperantiæ, vel voti poſſint eſſe neceſſaria: uti potuerit in pomo Adami &c._ Reſp. 1. Manducatio de fructu arboris vetitæ in paradiſo expreſſis verbis à ſupremo omnium rerum arbitro fuit prohibita: talem prohibitionem certorum ciborum ſi in N. T. Jeſuitæ nobis monſtraverint, minimè illis reſiſtemus. 2. Obligatio de vitandis certis cibis ſub opinione cultûs divini, aut meriti alicujus minimè probanda, ſed vehementer improbanda eſt. 3. nec votum quoque talem vim habet, cumprimis ſi fuerit coactum. 4. nec præceptum P. R. de vitando certo cibi genere, opinione cultûs divini, aut meriti alicujus promulgatũ quenquam obligare poteſt, quia eſt verbo Dei adverſum.)*

Per _Juſtitiam_ intelligunt Piſcator, Toſſan. & alii nonnulli _ſtudium juſtitiæ in lege præſcriptæ_; per _pacem_, _ſtudium pacis cum proximo._ *(Amplectitur etiam hanc expoſitionem B. D. Calovius in h. l.)* Sed rectiùs accipitur de _juſtitia fidei_ & _pace conſcientiæ_, ex ea orta. *(ita etiam exponunt B. D. Hunnius ac B. D. Bald. in h. l.)*

Gaudium in Spiritu S. h. e. per Sp. S. efficaciam ex conſideratione beneficiorum Chriſti in corde ortum.

*(Conſ.

*(Conf. Pſal. 51, 15. Gal. 5, 22. Notandum, quòd pii pacem & gaudium ſpirituale habeant in regno gratiæ *inchoativè*; in regno verò gloriæ habituri ſint *conſummativè*. vid. Eſ. 15. 35. 65. it. Apoc. 7.)*

V. 18. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ, καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις.

(δουλεύων τῷ Χριστῷ. Quum δουλεύειν h. l. ut & alibi in Sc. S. paſſim, Vid. Actor. 20, 19. ſuprà cap. 7, 6. c. 12, 11. de ſervitute ſeu cultu, qui vero DEO præſtatur, adhibeatur, patet, quòd diſtinctio illa Papicolarum inter δουλείαν & λατρείαν, quâ idololatriam ſuam palliare ſatagunt, minùs firmo ſtet talo. Conf. plura in hanc rem apud B. D. Hülſem. contra Hagerum p. 950. B. D. Himmel. Tract. de naturâ vera ac relig. invocationis part. 2. claſs. 3. cap. 1. p. 286. B. D. Höpfnerum in Evangel. Saxon. Sect. 2. part. 1. c. 3. B. D. Bald. Caſ. Conſc. l. 2. c. 3. caſ. 5. B. Par. Conf. Cathol. art. 10. cap. 2. in reſp. ad except. 1. Adverſ. B. D. Carpzov. ad libb. ſymbol. p. 539. 808. alios.)

εὐάρεστος, gratus, beneplacens & acceptus eſt DEO. Oſtendit igitur, interno cultui potiùs ſtudendum, quàm pro rebus adiaphoris externis odioſè pugnandum.

V. 19. Ἄρα οὖν τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς, τῆς εἰς ἀλλήλους.

Τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς, ſectemur ea, quæ faciunt ad pacem & ad ædificationem. Luther. was zur Beſſerung dienet. Æthiops ita h. l. vertit: ወይእዜኒ፡ንትልዋ፡ለሰላም፡በዘ፡ይትሐነጽ፡ቢጽነ፡ i. e. *& nunc quidem ſequamur pacem, per quam ædificabitur proximus noſter.* Arabs circumſcriptione uſus eſt, ita locum hunc reddens: *Oportet igitur, ut expetamus merces pacis, & genera utilitatis, quibus alter alteri proſumus.* Quemadmodum verò in rebus adiaphoris ex caritate pacem ſectari, adeoque ſi cum infirmis res nobis fuerit, cedere illis debemus, ceu Paulus quoque fecit, votum quippe ſuſcipiens, ut titubantes confirmaret, Actor. 21, 26. tum quoq; Timotheum circumcidens, Actor. 16, 3. idque hoc fine, ut plurimos Chriſto lucrifaceret, 1. Cor. 9, 22. ita è contra ſi cum pertinaci-

tenacibus Evangelii hoſtibus res fuerit, ne latum quidem [illegible] guem de noſtrâ libertate cedere debemus. Gal. [illegible] v. 8. ſeqq. Sicuti nec, eâ de causâ, Paulus Titum circumcidi [illegible] permiſit. Gal. 2, 3.)*

v. 20. Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον [illegible] πάντα μὲν καθαρὰ, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ [illegible] κόμματος ἐσθίοντι.

Noli propter eſcam deſtruere opus DEI, i.e. fidem, quam DEUS in fratre infirmo effecit. *(Poteſt etiam intelligi [illegible] quem DEUS per fidem fecit opus, domum ac templum [illegible] Conf. 1. Cor. 3, 17. Eph. 2, 10.)* Toſſ. *quod Deus operatur [illegible]* ut vim argumenti noſtri declinare poſſit.

* (Πάντα μὲν καθαρὰ &c. Damnantur igitur 1. [illegible] ſtatuentes, quòd carnes in ſe immundæ ſint, tanquam [illegible] tivum libidinis. 2. *Manichæi* & Marcionitæ, qui vinum [illegible] bant fel Principis tenebrarum, & veſcentes carnibus [illegible] bant ſimiles fieri illis animalibus, quorum carnes fuerint, [illegible] Auguſt. lib. de hæreſ. 4. & Epiph. hær. 66. annotant [illegible] Bald. h. l. Aph. 3. 3. *Pagani*, quorum plurimi carnibus [illegible] abſtinent, veriti fortè, ne dum μετεμψύχωσιν credunt, [illegible] aut majores ſuos, ut quorum animæ in beſtias [illegible] incauti comedant.)*

Διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι, cum offendiculo [illegible] proximi manducanti. Luth. mit einem Anſtoß ſeines Gewiſſens.

v. 21. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα, μηδὲ [illegible] ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ [illegible]

* (Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα. Videtur obſtare dictum Deut. 12, 15 *Secundùm deſiderium animæ tuæ comedes carnem.* Reſp. Quem admodum oraculum Moſaicum ita accipiendum, [illegible] V. T. non univerſaliter intelligi potuerit, nempe de [illegible] tum mundorum tum immundorum animalium, cùm quorun dam animalium caro, ne ea ſc. Iſraelitæ veſcerentur, divinitus fuerit prohibita, ceu ex Levit. 11, 3. 29. videre eſt; ita [illegible] diſcrimen illud Leviticum inter animalia munda & immunda in V. T. ſit abrogatum, cùm mundis omnia munda ſint. [illegible]

[illegible]

v.20, ac Tit.1, 15. nec quod ingreditur in os, impurat hominem, Matth. 15, 11. adde Actor. 10, 15. Coloſſ. 2, 16. nihilo tamen minùs, quia in recens quaſi nata Chriſtiana N. T. Eccleſia multi reperiebantur ex Judæis converſi infirmi, qui intempeſtivo aliorum libertatis Chriſtianæ uſu ſcandalizabantur: inde ne firmi infirmis ſcandalum præberent, conſultum exiſtimat Apoſtolus, ſi firmi tantiſper indiſcreto quorumlibet ciborum, quorum nonnulli lege divinâ in V. T. prohibiti erant, uſu abſtinerent, dum infirmi ſive recens ex Judaiſmo converſi de libertate Chriſtiana & legum ceremonialium in N. T. abrogatione ſatis informati eſſent, cùm omnia ad proximi ædificationem ſint dirigenda. Vide ſupra v.15. it. 1.Corinth. 13, 5. atque huc etiam Paulus reſpicit tum monito 1.Corinth.10, 23. tum exemplo Actor. 21, 26. Rectè proinde Theophylactus in h. l. *Ego autem*, ſcribit, *dico, te oportere abſtinere ab omni, quod offendit fratrem; non quia malum ſit, omnia enim munda; ſed quia offendit.* Alia tamen evitandi ſcandali ratio eſt, ſi non poſſit fieri ſalvâ veritate cœleſti, tum valeat illud S. Hieronymi ſupra Matth. 15, 7. *In quantum poſſumus ſine peccato vitare proximorum ſcandalum, debemus. Si autem de veritate ſcandalum oritur, utiliùs ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur.* Cœterùm de ſcandalo pluribus alibi actum. Vid. Annot. ad Matth. Cap. 18, 7.)*

μηδὲ πιεῖν οἶνον, μηδὲ ἐν ᾧ προσκόπτει, ſubintellige *ποιεῖν*, per generalem præciſionem admonet, non eſſe quicquam faciendum, quo infirmus frater ſcandalizetur. Alii reſtringunt ad cibos, per quos frater redditur infirmus, i.e. dubius & incertus, an rectè agat. Agit Apoſtolus de cibis lege Moſaica prohibitis, quorum eſus promulgato Evangelio Chriſtianis reipsâ erat indifferens. At nonnulli eorum adhuc infirmi, exiſtimabant, illicitum eſſe; alii num licitus vel illicitus foret, dubitabant. Et priores quidem conſcientiam habebant erroneam determinatam; poſteriores verò ambiguum & hæſitantem. Illos propriè concernunt hæc verba: *Novi, nihil immundum eſſe.* Ad iſtos pertinet: *qui dubitat, ſi ederit, condemnatus eſt.*

*(Cœterùm Jeſuita Bailius in Catech. Controv. tr. 2. q. 11. abutitur præſenti loco ad ſtabiliendum ciborum etiam in N. T. diſcrimen, in quo Pontificiorum jejunium conſiſtit. Verùm ſi ex h. l. ciborum in N. T. diſcrimen ſive jejunium Pontificium probari poſſet, ſequeretur, quòd nec vinum bibere in jejunio ſuo ſive tempore quadrageſimali ipſi debeant: id verò minimè omnium obſervare illi ſolent. Præterea manifeſtum eſt, quòd Apoſtolus non loquatur h. l. de carne tantùm & vino; ſed de omni cibo, per cujus uſum proximus infirmus posſit ſcandalizari. Fundamentum igitur ac ratio conſilii Apoſtolici de omittendo quorundam ciborum, puta in lege ceremoniali prohibitorum, eſu eſt, non quaſi cibi quidam in ſe ſint illiciti, vel lege divina in N. Teſt. prohibiti, ſed quia infirmi, h. e. converſi ex Judæis, nec de ſublato ciborum diſcrimine ſatis tum informati ſcandalum capiebant, videntes alios hujusmodi cibis veſci. Ex quo igitur diſcrimen V. T. inter cibos mundos, & immundos, in N. T. ſublatum eſt, nec ampliùs in Chriſtiana Eccleſiâ dantur infirmi, ſeu non ſatis de libertate Evangelica & ſublato ciborum diſcrimine informati, patet, quòd non *datum*, ſed *acceptum ſcandalum* ſit, ſi qui hodiè inter Pontificios ſcandalizantur, quando vident, nos tempore quadrageſimali carnes comedere. Imò ſi ſcandalum inde ſimpliciores inter Pontificios capiunt, reprehenſionem merentur Doctores eorum, quòd per tantum temporis ſpacium non rectiùs illos de ſublato in N. Teſt. ciborum diſcrimine informarint. Nec eſt, quòd objiciant Pontificii, *ut ciborum diſcrimen in N. T. in ſacris litteris non ſit fundatum, ſufficere tamen ordinationem Eccleſiæ, quæ ita inſtituerit, ut diebus Veneris ac Saturni, item quatuor temporum, ac tempore Quadrageſimali Chriſtiani ab eſu carnium abſtineant.* Etenim urgemus *1.* ut nobis oſtendant Pontificii, quòd primitiva vel Catholica Eccleſia tale quid ordinarit. Si enim ad Pontificum Romanorum confugiant decreta, quæ audienda eſſe clamant, eò quod Eccleſia ſit audienda, opponimus, negando, quòd P. R. ſit Eccleſia; tum verò quòd Eccleſia in omnibus ſit audienda, tunc enim Eccleſia audienda eſt, quando audit & proponit vocem

Paſto-

Paſtoris ſui Chriſti, in Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcriptis ſonantem. Ubi verò talis de ciborum diſcrimine à Chriſtianis obſervando in toto Codice ſacro occurrit? Imò potiùs contrarium è ſcriptis patet Apoſtolicis. Vid. Matth. 15, 11. 1. Cor. 10, 25. Col. 2, 16. 1. Tim. 4, 3. 3. 4. 5. Tit. 1, 15. Evolvi autem de doctrinæ Pontificæ circa jejunium novitate B. D. Nic. Hunnius poteſt in de Apoſtaſ. Rom. Eccl. §. 170. ſeqq.)*

(Cœterùm ellipſeos illius, quâ vox aliqua ex analoga & correlatâ eruenda, plura exempla ex ſacris litteris ſiſtit B. D. Glasſius Gramm. Sacræ p. 715.)

* (ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ. Verba hæc Syrus & Æthiops non agnoſcunt, quemadmodum etiam in MS. quodam Cod. Græco, quo uſus Hugo Grotius fuit, eadem deſiderantur. Legunt tamen illa Codd. Græci reliqui conſtanter, quemadmodum & Arabs ac Vulgatus Latinus.)*

V. 22. Σὺ πίστιν ἔχεις, κατὰ σαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν, ἐν ᾧ δοκιμάζει.

Habe fidem illam, i. e. certam perſuaſionem de uſu quorumvis ciborum licito apud teipſum, non intempeſtivè cum ſcandalo infirmi fratris eâ utere. Quidam ex h. l. colligunt, confesſionem fidei non eſſe neceſſariam. ſed Apoſtolus hîc non agit de *fide dogmatica*, multo minùs *de fide ſalvifica*; ſed de *notitia libertatis Chriſtianæ* in rebus adiaphoris, quæ celanda potius eſt, quàm cum ſcandalo proximi infirmi uſurpanda. Bald. C. C. l. 2. cap. 1. caſ. 13. *(Minimè igitur Apoſtolus adverſatur illi Chriſti Matth. 10, 33. *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ipſe eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.* Id quod etiam rectè obſervatum ab Oecumenio eſt, ita ad h. l. notante: πίστιν ἐνταῦθα, τὴν περὶ τῶν προκειμένων λέγει. εἴτε βρωμάτων, ὡς ἥγε περὶ δογμάτων, ἐν τῷ φανερῷ ὁμολογεῖσθαι πᾶσιν ὀφείλει. πᾶν γάρ, φησιν (ſcil. Chriſtus d. l.) ὅς τις ὁμολογήσῃ &c. ἐνταῦθα δὲ καὶ κενοδοξεῖν ἀντίκειται τὸν τέλειον. τέλειος εἶ, φησὶ, καὶ ἀπηρτισμένος; τί πομπεύεις τὴν ἀρετήν; ἴσω ὁ Θεὸς τὸ πρᾶγμα. Videnturque hæc deſumta ex Chryſoſtomo, utpote qui itidem ſerm. 26. in ep. ad Rom. hîc diſtinguit inter πίστιν περὶ δογμάτων, ac πίστιν περὶ βρωμάτων,

& concludit: ἐκείνη μὲν γὰρ μὴ ὁμολογουμένη ἀνατρέπει, (al. Cod. habet καταστρέφει) αὕτη δὲ ὁμολογουμένη ἀκαίρως, i. e. *Nam illa,* (de quâ Chriſtus Matth. 10. v. 32. & 33. it. Petrus 1. ep. c. 3, 15.) *tum ſubvertit, quando confeſſa non fuerit, iſta verò, quando intempeſtivè confeſſa fuerit.* Q. verò: *an Confesſio dogmatum coram omnibus edenda ſit?* Reſpondet Cyprianus epiſt. 83. *quòd quidem fides ſemper ſit confitenda, non tamen ſemper profitenda: profiteri* verò ipſi eſt ſponte fidem publicare; *confiteri* verò reſpondere ad interrogatum. Licet igitur profesſio fidei non ſit ſemper neceſſaria, confesſio tamen eſt neceſſaria, adeoque ab omnibus piis ad DEI gloriam præſtanda. contra Helceſaitas, de quibus Euſebius lib. 6. H. E. c. 37. Notanter verò dicimus, quòd tum demum confesſio fidei neceſſaria ſit, ſi DEI gloria eam exigit, vel per eam promovetur. Etenim confesſio noſtra non debeat hominum libidini & proterviæ eſſe ſubjecta, ſed DEI gloriæ & ſaluti proximi inſervire. Vid. B. Par. Comm. in prior. ep. Petri c. 3. p, 441. Unde etiam manifeſtum eſt, quòd nec omnibus, nec ad quasvis quæſtiones propoſitas reſpondendum, ſed de utilibus ac neceſſariis rebus quærentibus reſpondendum. Edenda igitur fidei confesſio, *prudenter* addimus *& humiliter.* Quando verò in edendâ fidei confesſione prudentiam requirimus, tunc loquimur de prudentia Chriſtianâ, (ut quam Chriſtus nobis commendavit, Matth. 10. v. 16.) non de fraudulentiâ Jeſuitica, quæ in æquivocationibus conſiſtit: hæc enim in fidei confesſione omninò improbamus. Vid. B. Par. Diſpp. Elenct. ad Evang. Domin. p. 117. B. D. Glaſs. Exeg. Ev. Dom. 4. Advent. p. 344. B. D. Bald. in AntiPazmanno p. 349. ſeqq. pluribus. De æquivocationibus verò Jeſuitarum conſuli poſſunt Dnn. Theologi Saxonici in der Hauptwertheid. c. 18. p. 128. B. D. Hülſem. contra Hagenum p. 616. ſeqq. B. D. Meiſnerus contra Conſult. Lesſii. B. Par. Confeſs. Cathol. lib. 1. General. part. 2. c. 19. ſect. poſt. n. 6. alii. Hoc loco illud ſaltem monuiſſe nobis ſufficiat, quòd præſens locus Jeſuitarum æquivocationibus ne minimum quidem patrocinetur, quippe in quo, docente ipſo Jeſuita Corn. à Lapide

de in h. l. propriè agitur de perſuaſione ſive credulitate conſcientiæ. Deniq; illud notandum, quòd Æthiops ita hunc locũ transtulerit ወእመኒ፡ ብከ፡ ሃይማኖተ፡ ርእሰከ፡ ተአመንከ፡ ለቅድሜሁ፡ እግዚአብሔር፡ ረከብከ፡ i. e. *Et ſi fidem apud te, ſecurus es coram* DEO, à quo ſcil., *adeptus es.*)*

Beatus, qui non judicat ſeipſum, i. e. condemnat ſeipſum per intempeſtivum libertatis Chriſtianæ uſum cum ſcandalo proximi & contra dilectionem Chriſtianam. Luth. der ihm ſelbſt kein Gewiſſen machet.

ἐν ᾧ δοκιμάζει in eo quod approbat. Luth. in dem das er annimt.

κατακέκριται, ſcil. in conſcientia, quia illud agit, quod conſcientia peccatum eſſe dictitat.

*(*δοκιμάζει probare* per *approbare.* Vid. ſuprà cap. 1, 28. cap. 2, 18. c. 12, 2. 1. Cor. 11, 27. Gal. 6, 4. Eph. 5, 10. Syrus habet: ܕܦܪܫ *quam diſcernit.*)*

v. 23. Ὁ δὲ διακρινόμενος ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται, ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστί.

Quicquid non fit ex fide, quicquid fit dubitante conſcientia, *peccatum eſt. Quicquid non fit ex fide conſcientiæ, ſeu ex certa perſuaſione conſcientiæ, vel quod fit titubante conſcientia, Deo gratum eſſe nequit.* Balduinus *(Eodem modo exponunt Chryſoſtomus, Oecumenius, aliique Patres, adducti à Dn. Dilherro Diſp. Academ. t. 2. p. 532. Eodemque modo ex Lutheranis exponunt h. l. B. D. Bald. Caſ. Conſc. p. 16, 196. 316. 885. 1184. alibi. B. D. König Caſ. Catech. p. 13. ex Calvinianis Joan. Camero in Myroth. Ev. p. 202. Daniel Chamier t. 3. Panſtr. l. 4. c. 6. §. 6. ex Pontificiis Becanus in Manuali Controv. lib. 1. c. §. §. 7. it. tr. de L. A. q. 10. n. 12. Jeſuitæ Bened. Juſtinianus, Tirinus, Corn. à Lapide &c. in h. l. Add. quoque ex Arminianis Epiſcopius Inſtit. Theol. l. 3. ſect. 2. c. 3. Poteſt verò etiam non incommodè de fide Chriſtianâ accipi, quia etiam fides Chriſti eſt conſcientia bona. Conf. 1. Petr. 3, 21 Atq; ita accipiunt B. Lutherus t. 1. op. 183. a. it. B. Par. Confeſſ. Cathol. art.

23. c. 7. §. 2. Non indignum obſervatione eſt, quòd apud Judæos quoque illud, de quo quis dubitat, num licita res ea ſit, an verò illicita, cenſeatur illicitum. Allegat hanc in rem gnomam aliquam Judæorum Lud. Capellus in Spicil. p. 83. Probatur verò expoſitio prior ex ipſo contextu. agit enim Apoſtolus de cibis mundis & immundis, eumque, qui veſcatur aliquo cibo, quem putaverit eſſe immundum, peccare adſerit, quia faciat contra id, quod credat eſſe faciendum, additâ hâc ratione, quòd omne, quod non eſt ex fide, ſive ſecundum id, quod credit eſſe faciendum, peccatum ſit. Rectè proinde etiam noſtrates Theologi h. l. urgent contra eos, qui vel ex temeritate aut levitate, vel turpis lucri cupiditate Iudæorum aut hæreticorum ſacris intereſſe non verentur: quos contrà diſputantem vide B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 2. cap. 6. caſu. 6. Poſſet verò hîc etiam quæſtio moveri, *an Magiſtratus eos, ſi qui ex Judaiſmo Chriſto nomen dederunt, certò tamen perſuaſi ſunt, ciborum diſcrimen in N. T. nondum eſſe ſublatum, vi cogere poſſit, ut cibos in Lege Leviticâ prohibitos, e. g. carnem ſuillam comedant?* ſicuti tale quid, idque conſilio Pauli Patriarchæ Conſtantinopolitani, feciſſe Conſtantinus Magnus apud Elmacinum ac Patricidem in Hiſt. Arab. legitur, prout addictis horum verbis oſtendit Dn. Iobus Ludolfus ICtus in Not. ad Confeſſionem Claudii Regis Æthiopiæ. In negativam verò ſententiam inclinat B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 1. cap. 6. p. 16.)* Poteſt autem in genere etiam accipi de actionibus, quæ non proficiſcuntur ex vera in Chriſtum fide. Bernh. lib. 2. de diſpenſat. *De fide vera, non falſa puto dixiſſe Apoſtolum,* omne quod non ex fide, peccatum: *quia fides falſa, fides non eſt. Non autem ex fide vera bonum creditur, quod malum eſt.*

* (Eodem ſenſu & Auguſtinus pasſim accipit. Vid. tr. 15. in Joh. it. lib. 1. contra duas Epiſt. Pelagianorum C. 3. Similiter & Proſper ep. ad Ruffinum, Iſidorus Hiſpalenſis in differ. ſpiritual. c. 30. Leo ſerm. 2. de jejunio Pentecoſtes. Adſtipulantur ex noſtratibus B. Par. Comm. in poſt. ep. Petr. c. 1. v. 7. p. 54. it. Confeſs. Cath. art. 23. c. 7. §. 2. ex Calviniſ-

nis

nis Chamier t. 3. Panſtr. l. 4. c. 6. §. 7. ſeqq. alii; ex Pontificiis Gregorius Ariminenſis 2. ſent. diſt. 27. ſeq. Ambroſ. Catharinus in c. 2 Gen. alii. Rectè proinde etiam ex hoc oraculo Apoſtolico probatur, quòd Ethnicorum virtutes, licet νομικῶς conſideratæ, formaliter & per ſe peccata non ſint, quat. nempe cum lege aliquat. conveniunt: attamen ἐυαγγελικῶς conſideratæ omninò peccata ſint, nec etiam in rigoroſo Dei judicio conſiſtere posſint, cum absque verá in Chriſtum fide, adeoque ex ſolis naturalibus liberi arbitrii viribus fiant, Deoque proinde placere non posſint &c. Conf. etiam Ebr. 11, 6. De ipſa verò controverſia hâc, quæ nobis cum Pontificiis intercedit, conſuli poſſunt B. D. Lobech. in A. C. B. D. Hunnius in h. l. B. D. Chemnit. part. I. Exam. Concilii Tridentini c. 5. B. Par. Conf. Cathol. art. 22. c. 3. quibus ex Calvinianis addi poſſunt Dan. Chamier l. c. Hoc loco illud ſaltem addere placet, quòd Jeſuita Corn. à Lapide ipſe h. l. concedat, Dd. nonnullos Scholaſticos, uti Gregorium Ariminenſem Capreolum, Catharinum â partibus noſtris hîc ſtare. Nec minùs tamen urgeri idem oraculum hoc ab orthodoxis ſolet contra Pontificios, & ἐθελοθρησκείαις, in quibus vehementer ſibi placent, opponi. quâ de re itidem conſuli poſſunt ex Lutheranis B. D. Hunnius in h. l. B. Par. Confeſs. Cath. art. 23. c. 7. §. 2. L. de B. O. §. 16. ſeqq. Diſpp. Acad. part. 1. p. 214. ſeqq. & in Diſpp. Elenct. B. D. Meiſnerus contra Conſult. Lesſii. B. D. Grawerus ad art. 6. A. C. notâ 1. it. in ſuppl. ſ. 2. B. D. Hülſem. in Manuali A. C. Diſp. 5. q. 1. ex Calvinianis verò Chamier t. 3. Panſtr. lib. 20. c. 6. §. 14. ſeqq. Cumprimis verò in rem hanc faciunt dicta Sc. Sacræ, Deut. 4. & 12. Eſ. 29, 13. Matth. 15, 9. Notandum tandem hîc, quòd Aethiops ambiguè locum hunc transtulerit, vertens: *Et poſtquam ſe obſirmaverit, ſi comedit, condemnabitur: quia conſtantiam ſuam non ſtabilit, peccat.*) *

In fine deeſſe videtur verſiculus ille: Ei qui potens eſt vos confirmare. Reſp. 1. Origenes refert, non ſolùm hanc partem fuiſſe à Marcione reſectam (is enim quasdam à Paulo ſcriptas Epiſtolas

las totas rejecit, quaſdam truncavit & mutilavit) verùm etiam totum hoc, quod ſequitur ab eo loco, quo Paulus dixit: *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*, i. e. à calce cap. 14. quia cetera tantùm adhortationibus & ſalutationibus occupata parum videbantur reſpondere Paulinæ gravitati. Sed quid hoc ad nos? Eccleſia verſu hoc in libris ſuis nunquam caruit. 2. de ſede illius verſiculi lis quidem olim movebatur. Chryſoſt. explicat eum in fine Epiſtolæ cap. 16. Theophyl. in fine cap. 14. parum verò refert ſive hîc, ſive ibi legatur. 3. Rob. Stephan. marg. h. l. poſt verba. *ἁμαρτία ἐστιν*, de hoc verſu ſic habet. *ἐνταῦθα εὕρομεν ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις γεγραμμένα τάδε. Τῷ δ' δυναμένῳ ἡμᾶς στηρίξαι, καὶ τὸ ἑξῆς ὅπερ ὅμως κάλλιον δοκεῖ ἐν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς τετάχθαι.*

* (Syrus, Æthiops, nec non Arabs edit. Erpenianæ, ibidem nihil ampliùs capiti huic poſt verba: *quicquid non eſt ex fide* &c. addunt. Arabs tamen, quo uſu fuerunt Londinenſes, verba illa, quæ in Codd. Græcis Cap. 16. v. 25. 26. & 27. leguntur, hic addit; contrà verò in calce capitis ultimi omittit. Hugo Grotius notat, *quòd illa ipſa verba c. 16, 25. 26. & 27. hic legantur tum in MS. Cod. Græco, quo uſus ipſe fuit, tum in aliis MSS. vetuſtisſimis: quemadmodum & Chryſoſtomus, Oecumenius & Theophylactus hic illa legerint.* Putat igitur, *Paulum primùm finire voluiſſe Epiſtolam, ſed poſtea cùm aliquanto plus, quàm ſperaverat, nactus eſſet temporis, alia quædam adjeciſſe.* Londinenſes in V. L. teſtantur, quòd fini hujus Capitis in Magd. 1. 2. Nov. 1. Lin. &c. omnibusque Henr. Stephani Codd. adſcripti reperiantur tres ultimi verſus Cap. 16. idque fraude Marcionis, ut D. Hieronymus teſtetur, qui Epiſtolam ad Rom. h. l. terminari voluerit.) *

CAP.

CAP. XV.

v. 1. Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, ϗ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν.

Debemus τὰ ἀσθενήματα aliorum βαστάζειν, velut onus quoddam. Gal. 6. v. 1. alter alterius onera portate. *(Longè alio ſenſu de Chriſto, Matth. 8. 17. dicitur: αὐτὸς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε ϗ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Chriſtus enim non ſolùm magnas moleſtias noſtri causâ in ſe ſuſcepit; verùm etiam à morbis noſtris tum corporalibus, tum ſpiritualibus nos ſanavit: per vulnera enim ejus ſanati ſumus, Eſ. 53, 4. 1. Petr. 2, 23. Chriſtus portavit noſtras iniquitates, ut pro illis patiendo ac moriendo ſatisfaceret: nos proximi infirmitates portamus, quatenus illi auxilio ac conſolatione ſuccurrimus; vel quatenus in mitiorem partem ejus infirmitates interpretamur. Chriſti portare fuit ſatisfactionis; noſtrum ſaltem dilectionis.)*

(Quæritur verò, quomodo Paulus hic juſſerit, ut fortior infirmitatem impotentium portet, cùm tamen Petrum Gal. 2, 14. reprehendiſſe memoretur, eò quòd infirmioribus ſe accommodârit. Pontificiis grave eſt audire, quòd Petrus fuerit reprehenſibilis: interea tamen hoc ipſum lubens hîc largitur Jeſuita Contzenius, adeòq; ad dubium reſpondet; Paulum quidem publicè Petrum reprehendiſſe, quia reprehenſibilis erat, cum Gentiles cogeret judaizare, & ſepararet ſe ab eis; Sed ipſe tamen Paulus etiam Timotheum circumcidit propter Judæos. Verùm diverſi erant effectus earum actionum. Petri diſſimulatio erat culpabilis: nam Judæorum opinionem falſam probabat, gentilium libertatem minuebat, non docendo, ſed agendo. Paulus alienæ infirmitati indulget, & tamen monere non deſinit, infirmatem eſſe, errare Iudæos, ſuæ infirmitatis ignaros.)

Sibi ipſi placere, eſt ſuperbire ob pleniorem DEI cognitionem, ac infirmos contemnere, nullâ habita infirmorum ratione, quod ſibi placet, agere. *(Contra φιλαυτίαν vide inſignem

locum apud Platonem lib. 5. de legibus. Dicta verò Patrum ſive primitivæ Eccleſiæ Dd. contra φιλαυτίαν exhibet B. Par. in Aphor. Practicis tit. Amor ſui. Conf. quoque idem in Schol. Piet. lib. 2. c. 14. add. quoque Rittersh. JCtum ad Salvianum pag. 19.)*

V. 2. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῷ πλησίῳ ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομήν.

*(ἀρεσκέτω. i. e. ſatagat placere proximo, ſive promoveat proximi commodum. Ponitur enim effectus pro ſtudio aliquid efficiendi. Conf. 1. Cor. 10, 33. Et ita quoque juxta Eraſmum in h. l. ac B. Glaſs. Rhet. S. p. 29. accipitur verſu ſeq. Q. v. *Quomodo Paulus h. l. commendet ſtudium proximo placendi, quod tamen improbare videtur, Gal. 1, 10.* Reſp. diſt. inter ſtudium proximo *placendi* ordinatum, & *inordinatum*, h. e. tale ſtudium, quo quis hominibus placere ſatagit propriæ gloriæ vel commodi causâ, licet DEI gloria & ſalus Eccleſiæ inde detrimenti quid capiant. Prius ſtudium proximo placendi commendatur, poſterius improbatur. & de hoc loquitur Apoſtolus Gal. 1, 10. nec non Epheſ. 6, 6. ac 1. Theſſ. 2, 4. de illo verò in præſenti, itemque 1. Cor. 10, 33.)*

εἰς τὸ ἀγαθόν. *(Syrus habet ܒܛܒܬܐ *in bonis.* Æthiops : ለጽድቅ፡ ወለምግባረ፡ ሠናይ፡ i. e. *ad juſtitiam & bona opera.* omittit verò hic *proximo*, cui Arabs & Syrus addunt pronomen *ſuo.* ita enim habet hic ܠܩܪܝܒܗ, ille verò قريبه) * Piſcator propter articulum additum exiſtimat, denotari *certum boni genus*, videl. *vitam æternam.* ſed rectiùs accipitur generaliter : additur enim εἰς οἰκοδομήν, *ad perfectum in pietate*, ut proximus ex eo ædificetur. *(Syrus habet ܐܝܟ ܕܠܒܢܝܢܐ i. e. *tanquam ad ædificationem.* Arabs للمنفعة i. e. *ad commodum* ſive *ad emolumentum* vel *utilitatem.* Æthiops addit nomen *proximi*, quod paullo antè omiſerat. ita enim reddit : በዘ፡ ይትሐነጽ፡ ቢጹ፡ i. e. in quibus *ædificetur proxi-*

proximus noſter. Londinenſes vertunt *frater noſter:* ſed nomen ቢጽ፡ latiorem habet ſignificationem, notans *proximum, ſocium,* familiarem, à ቢዖጸ፡ *ſocius factus eſt.* Verò notanter additur *in bonum:* quia grave peccatū eſt, placere velle in malis, h.e. aliorū peccata approbare: quo de vitio, quo aliorum peccata probando, illis communicamus, paſſim agunt Theologi, docentes, quòd communicatio illa fiat variis modis, puta per juſſionem, Exod. 1, 16. 2. Reg. 11, 15. Matth. 2, 16. Joh. 19, 16. Joh. 11, 49. 2. approbationem, Actor. 8, 1. Rom. 1, 32. 3. commendationem, 4. excuſationem aut defenſionem, Eſai. 5, 20. Ezech. 13, 18. 5. culpæ occultationem, 6. intermiſſam reprehenſionem, punitionem &c. ſi hoc officii noſtri ratio exigat, Eſ. 58, 1. adde 1. Sam. 3, 13. &c. Breviter, ita placere hominibus debemus, ne DEO diſpliciamus. Placeamus ad Chriſtianiſmi ædificationem, non ad deſtructionem; ut multi ſalvi fiant, non ut noſtrâ culpâ vel conniventiâ pereant. Conf. 1. Cor. 10, 33.)*

v. 3. Καὶ γὰρ ὁ χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν· ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, non quæſivit ſuum honorem, ſuum commodum, ſuam voluntatem, ut ipſi in hac vita benè eſſet, ſed propter nos ſuſtinuit ignominiam, perſecutiones; Dictum quod citatur, extat Pſ. 69. v. 10.

*(Ex quo Apoſtolus Chriſtum, ejusque in paſſione patientiam ad imitationem hîc nobis proponit: adſtruere hinc conantur Sociniani, quòd Chriſtus ſit noſter Salvator doctrina & exemplo, quin etiam communicatione, hautquaquam verò pleniſſimâ pro peccatis noſtris ſatisfactione. Reſp. Unius poſitio non eſt alterius excluſio. Libenter concedimus, quòd Chriſti actio & paſſio ſit noſtra inſtitutio. Conf. Matth. 11, 29. 2. Cor. 8, 9. Eph. 5, 2. Philip. 2, 5. ſeqq. Ebr. 12, 1. ſeqq. 1. Petr. 2, 21. haut verò inde ulterius inferendum, quòd tantùm ſit noſtra inſtitutio: etenim Sc. Sacra clarè teſtatur, quòd etiam ſit λύτρωσις, ἀπολύτρωσις, h.e. pro peccatis noſtris ſatis-

factio ac noſtra redemtio, Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. Rom. 3, 24. Eph. 1, 7. Coloſſ. 1, 14. Ebr. 8, 12. 15. 1. Tim. 2, 6. &c.)*

* (Notanda verò hîc ellipſis eſt integri membri, quippe cùm ſubintelligenda ſint verba: *Sed ſtudio placendi DEO omnia mala tulit, ita ut ipſi verè acciderit, quod ſcriptum eſt*: uti rectê obſervavit B. Glaſs. Gr. S. p. 708. ubi etiam plura talis ellipſeos exempla adducit. Cœterùm confirmat Apoſtolus receptum Theologorum canonem, *quòd Chriſti actio ſit noſtra inſtitutio.* Quemadmodum etiam ipſe Chriſtus ad humilitatem, patientiam &c. ſuo nos hortatur exemplo. Vid. Matth. 10, 38. c. 11. 29. Huc facit quoque Ebr. 11, 26. c. 13, 12. 13.)*

V. 4. Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

(Ὅσα γὰρ προεγράφη &c. Exiſtimat Camero in Myrothecio, verſiculum hunc parentheſi includendum eſſe, & admonitionem continere, quòd non ſit inhærendum ἐν τῷ ῥητῷ V. T. quaſi illa tantùm γεγραμμένα forent, non etiam προγεγραμμένα, nimirum ut eventura Chriſto & ejus membris.)

* (εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη &c. Patet hinc, quòd etiam V. T. ſcripta in N. T. ſuam, & quidem inſignem habeant utilitatem. Confer ſuprà c. 4, 23. 1. Pet. 1, 12. Excipiunt Photiniani, *in V. T. contineri doctrinam & leges de ceremoniis, ſacrificiis &c. quæ nihil ad nos.* Reſp. Ut ut leges de ceremoniis ac ſacrificiis credentes in N. T. non ampliùs obligent, habent tamen & illæ ipſæ ſuum adhuc uſum: oſtendunt enim, quomodo fidelibus in V. T. Chriſtus cum beneficiis ſuis ſub involucris illis fuerit non ſolùm præfiguratus, verùm etiam, quomodo eis ita fuerit exhibitus. Deinde manifeſtum eſt, quòd in V. T. ſcriptis contineantur non ſolùm leges de ceremoniis & ſacrificiis; verùm etiam multa præcepta & exempla, quibus ad pietatem & virtutes incitamur, ab impietate verò ac vitiis avocamur. Accedunt prædictiones Propheticæ, è quorum impletione de DEI veritate mirè confirmamur. Atque etiam ex his ipſis eluceſcit quoque, quòd iniqui Pontificii ſint, dum laicos ſacrarum litterarum, quæ tamen ad noſtram doctri-

nam

nam exaratæ ſunt, lectione arcent, quâ de re alibi. Frivolas eorum exceptiones abundè diſcuſſerunt B. D. Chemnitius, in Exam. Conc. Trid. B. Par. in Confeſs. Cathol. aliiq; Theologi noſtrates paſſim. Cæterùm Jeſuita Conzen. ad h. l. ita contra noſtrates, qui ex hoc quoque loco inter alia probent, quòd Scriptura Sacra omnium controverſiarum Theologicarum judex ſit, detonat: *Inſaniunt,* ſcribit, *qui ex Pauli pronunciato unicam normam fidei, Scripturam, atque eam in omni controverſia judicem ac ſuimet interpretem faciunt. Recentiores tamen aut omittunt, aut cautius proponunt. Nam ſi iſta ratio teneatur, conſequitur, quemlibet Scripturæ librum, imò partem eſſe judicem omnium controverſiarum. Nulla enim pars eſt, quæ ad noſtram doctrinam ſcripta non ſit, nec omnis tamen pars eſt ad fidem ſufficiens; aliud eſt, ad ſalutem noſtram eſſe datam Scripturam; aliud verò, nihil eſſe credendum, quod non ſit in ipſa Scriptura: cum initium ſit fidei, DEUM credere, & Scripturæ veritatem; nempe ipſam eſſe veram, non ſuppoſititium Scripturæ divinæ ſimulacrum. Multa autem in Scripturis tacentur, quæ ex traditione ſunt habenda, ut docet Auguſt. de fide & operibus c. 9.* Reſp. 1. Tranſeat gravis Jeſuitæ calumnia, *inſanire nos* ſcribentis, dum ſuam Scripturæ ſacræ vindicamus autoritatem. neq; enim primi nos ſumus, quibus ab hoſtibus veritatis cœleſtis inſania ac ſtultitia objecta. Vid. Joh. 10, 20. Actor. 12, 15. 24. 1. Cor. 1, 23. 2. Noſtrates, ſi qui ex hoc dicto Scripturam S. judicem controverſiarum fidei eſſe probant, nec primariò ſive præcipuè, nec etiam ſolitariè id faciunt; nec directè, ſed indirectè, quatenus nempe Apoſtolus hîc docet, quòd finis Scr. Sacræ ſit, inſtruere nos in fide. quòd verò perfectè id ipſum faciat, ac proinde rerum Theologicarum unica norma, adeoq; controverſiarum fidei judex unicus & infallibilis ſit, ex aliis clariſſimis Scr. S. probant oraculis. utpotè (1. in quibus Sp. Sanctus Scripturam S. Canonis & Canonicæ Scripturæ titulo ornat, uti Pſal. 19. 5. Eſ. 28, 10. Gal. 6, 16. Rom. 10, 18. Philip. 3, 16. 2. in quibus ad verbum DEI, primùm quidem prædicatum, poſtmodum verò Dei voluntate in Scripturas redactum, ceu ad unicam perfectamque normam, omnem cultum ac omnem

fidei vitæq; rationem inſtituere, DEus nos amandat. Deut. 4. v. 2. c. 5, 32. c. 12, 28. Luc. 16, 19. Joh. 5, 39. Sicuti etiam cultus divini, ſi fortè corruptus ille fuit, reformatio juxta verbum DEI ſcriptum fuit inſtituta, 2. Reg. 18, 3. 4. c. 22, 2. & 13. Nehem. 8, 1. ſeqq. 3. In quibus Chriſtus ad Sc. Sacram, in fidei controverſiis unicè provocat, uti Matth. 4, 4. ſeqq. c. 19, 4. c. 22, 29. 31. 43. Marc. 9, 12. Luc. 10, 26. c. 24, 26. Joh. 5, 46. quemadmodum etiam Apoſtoli fecerunt, Actor. 3, 20. c. 7, 2. ſeqq. c. 13, 33. ſeq. c. 18, 28. c. 26, 22. c. 28, 23. Rom. 4, 3. Gal. 1. v. 6. &c. 4. in quibus Sp. S. ſacras litteras eo nomine, quod hominem perfectum reddere, & ad ſalutem æternam perducere poſſint, commendat, 2. Tim. 3, 15. 16. Joh. 20, 31. 5. in quibus DEus judicandi partes verbo ſcripto aſſignat, Pſ. 148, 9. Eſ. 2, 4. Dan. 7, 10. Iohan. 12, 48. Rom. 2, 16. Ebr. 4. 12. Apoc. 20, 12. 6. in quibus Sp. Sanctus omnes eos, qui verbo Dei ſcripto aliquid addere, vel præter Scripturam aliud obtrudere Evangelium ſatagunt, anathematizat. Vid. Deut. 4, 2. c. 12, 32. Gal. 1, 8. Apoc. 22, 18. 19.) 3. quòd attinet inſtantiam, *quod inde ſequatur, quemlibet Sc. Sacræ librum, imò partem fore omnium controverſiarum judicem*, negatur conſequentia. quia licet Scripturæ S. perfectio, unde ſententia noſtra de judice controverſiarum dependet, non æſtimanda ex librorum numero, ſed ex ſufficientia dogmatum ad ſalutem ſcitu neceſſariorum ſit, (quia quolibet tempore illi libri canonici, qui extiterunt, ſufficiens ac perfecta credendorum norma fuerunt) non tamen hinc ſubſumendum: E. jam nunc etiam, poſtquam canon Scripturæ Sacræ ex ordinatione divinâ pluribus conſtat libris divinitus traditis, quilibet Scr. S. liber perfectum conſtituit canonem credendorum, adeoque judex controverſiarum unicus & perfectus eſt. 4. veriſſimum eſt, quòd nihil ſit credendum, quantum ſcil. ad fidei dogmata ſeu articulos, niſi quod in Sc. S. continetur: idque manifeſtum eſt, quia Apoſtolus Paulus Gal. 1, 8. disertè anathema dicit illi, ſi quis aliud prædicaverit Evangelium, præter illud, quod ab ipſo cæteriſq; Apoſtolis annunciatum priùs, ac poſtmodum ab iiſdem in literas

teras, quæ Scripturæ veniunt nomine, redactum eſt. 5. quòd inſtantiam attinet, quòd credere oporteat, Deum eſſe & Scripturæ S. veritatem, utrumq; continetur in verbo DEI ſcripto, illud Deut. 6, 4. 1. Ioh. 5, 7. alibique pasſim, hoc 1. Tim. 3, 16. 6. Falſum eſt, quòd multa (ad ſalutem puta ſcitu neceſſaria: nam de his quæſtio eſt) in Sc. S. taceantur, quæ ex traditione habenda ſint. Nec Auguſt. d. l. loquitur de credendis ad ſalutem neceſſariis, ſed de aliis rebus, quarum cognitio minimè ad ſalutem ſcitu vel creditu neceſſaria eſt.) *

Ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus, i. e. per patientiam, ex conſolatione Scripturarum natam. Vel *per patientiam* i. e. per exempla patientiæ in Sanctis propoſita, cumprimis verò in ipſo Chriſto. *(Conf. 1. Tim. 1, 16. ac vid. B. D. Bald. Caſ. Conſc. l. 3. c. 4. caſu 9. Conf. 2. Tim. 3, 16. ac add. Diſpp. Iſag. p. 65. & 89.)*

ἔχωμεν teneamus, i. e. ne amittamus illam ſpem vitæ æternæ, quæ non confundit. * (Solent verò ex hoc ac ſimilibus dictis, uti ſuprà c. 1, 16. c. 10, 17. 1. Cor. 1, 21. Eph. 1, 13. Col. 1, 6. 2. Tim. 3, 15. 16. Ebr. 4, 12. Orthodoxi contra Swenckfeldianos concludere, quòd Scr. Sacra non ſit *littera mortua*. Quam in rem conſulatur B. Par. L. de Miniſt. Eccleſ. §. 258. Probatur porrò hinc, quòd dogma *de abſoluto reprobationis decreto* non ſit è Scr. S. petitum, ut quæ data eſt, ut ex eâ ſpem habeamus, non ut ad deſperationem compellamur: ſed è proprio cerebro excogitatum. Ipſa lex, quæ aliàs terret, non in hoc acquieſcit, ſed ad Chriſtum ducit, Gal. 3, 24. ne homo deſperet. Conf. B. D. Hunnium in h. l.) *

V. 5. Ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν, τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις, κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν.

Deus dicitur *Deus patientiæ & conſolationis*, quia per Scripturas patientiam & conſolationem mediante Spiritus Sancti efficaciâ operatur.

* (τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις. Syrus: ܕܫܘܝܘܬܐ ܬܬܪܥܘܢ ܚܕ ܥܡ ܚܕ i. e. *ut paritatem ſive æqualitatem*

tatem cogitetis. Arabs: *ut teneatis alter erga alterum hanc eandem ſententiam præcipuam.* Æthiops. *ut cogitemus pariter de nobis omnibus.*) *

κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, quia Chriſtus debet eſſe fundamentum & vinculum omnis Chriſtianæ unitatis.

v. 6. Ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν, ut uno ore ac corde DEUM glorificetis, gratias ſcil. illi agentes.

*(Ineptè Pontificii quidam, Vid. Lizetus, Jacobus Ledeſima Jeſuita lib. de divinis Scripturis quavis paſſim linguâ non legendis cap. 3. alii, evincere ſatagentes, quòd charitatis unio inter fideles bonâ ex parte ſit peritura, niſi unâ verſione Vulgatâ Eccleſiæ Romano-Catholicæ uterentur; ſed verſiones Scr. Sacræ in linguâ vernaculâ adhiberentur, & ſacra aliâ quàm Latina linguâ peragerentur, hunc quoque locum in patrocinium trahunt, quippè in quo Apoſtolus fideles hortetur, *ut unanimiter uno ore honorificent Deum.* Reſp. 1. Unitas quam Apoſt. in fidelibus requirit, non conſiſtit in ſermonis vel verborum, ſed ſenſus ac ſententiæ unitate. Aliàs, ſi de linguæ unitate ſermo eſſet, ſequeretur, quòd fideles per totum terrarum orbem ſparſi non posſint unanimiter uno ore DEUM honorificare, cùm ſermonis genere diverſisſimo utantur. 2. Nec eſt, quòd regerant Pontificii, ſufficere, ſi in legendâ Scr. Sacrâ unâ eademque utantur linguâ, vel in celebratione Miſſæ idem adhibeatur ſermo. Nec eſſe quæſtionem de precibus, ſed de Miſsâ & legendis Scripturis. Etenim Apoſtolus 1. Cor. 14. prolixè docet, quòd nemo loqui debeat linguis peregrinis ſine interprete, item, quòd non ſit eo modo in Eccleſiaſticis conventibus docendũ, ut populus, quæ dicuntur, ignoret. Unde etiam ipſi nonnulli Pontifices Romani decreverunt, ut ſacra Eccleſiaſtica Linguâ vulgari peragantur, ceu prolixiùs oſtendit B. Par. Conf. Cath. art. 15. c. 3. §. unicâ, haut longè ab initio. 2. Si Apoſtolus hoc intendit, quòd omnes uno ore, h. e. uno ſermonis ſive linguæ genere DEum honorifica-

re

re debeant, ſequitur, quòd etiam tum maximè, quando Sacra Eccleſiaſtica linguâ Latina in regionibus illis, ubi hominibus plebejis nulla illius linguæ notitia eſt, non uno ore Deus honorificetur, cùm alio ore, nempe linguâ Latinâ, clerici miſſificantes, alio laici, qui miſſæ interſunt, ſuasque preces in linguâ ſibi notâ ſeu vernaculâ fundunt, DEum honorificare ſatagant. 3. Si DEus non uno ore honorificatur, quando Sc. S. in linguas vernaculas transfertur, eccur Jeſuita Erbermannus adeò dolenter fert, accuſari Pontificios ob interdictam laicis Scr. Sacræ lectionem in linguâ vernaculâ. Si enim verum, quòd tum demum DEus juxta Apoſtoli mandatum, uno ore honorificetur, ſi in in unâ, puta Latinâ linguâ, Scriptura Sacra legatur, tantum abeſt, ut mos ille Pontificiorum, quo translationem Bibliorum in linguas laicis notas ſive vernaculas prohibent excuſari, ut potius vehementer commendari debeat, quippe Apoſtoli mandato maximè conformis.)*

*(ὁμοθυμαδὸν &c. Syrus ܒܚܕ ܪܥܝܢ ܘܒܚܕ ܦܘܡ *una mente & uno ore.* Arabs : بفم واحد وارب متفق *una ore & mente concordi.* Æthiops : ſimul uno ore.)*

v. 7. Διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ἡμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ.

*(προσλαμβάνεσθαι. Syrus: ܗܘܘ ܡܣܝܒܪܝܢ ܘܫܩܠܝܢ i. e. *adſumite & portate.* Arabs : *opitulamini.* Æthiops : ተወከፉ፡ ቢጸከሙ፡ *ſuſcipite proximos veſtros.*)*

Chriſtus aſſumſit nos in gloriam DEI. Luth. Gleich wie Chriſtus euch aufgenommen. Sed in Græco eſt ἡμᾶς. *(& ſic etiam habet Æthiops. Aſt Syrus, Arabs ac Vulgatus itidem habent pronomen ſecundæ perſonæ.)* Piſcator exponit: *in vitam glorioſam & beatam in cœlo, quam Deus credentibus donaturus eſt.* *(Eodem circiter modo etiam B. D. Calixtus explicat in Expoſ. litt. h. l.)* Sed ſimpliciùs exponitur *in honorem* DEI, quia totum opus redemtionis ſpectat ad Dei gloriam, ut Deum glorificemus ob inſigne iſtud beneficium.

τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου &c. Deum, qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti.*(Syrus conjunctionem copulativam omittit. Arabs ſimiliter. Aethiops verò habet: *ut nos ſimul uno ore glorificemus* በእግዚእነ ኢየሱስ፡ ክርስቶስ እግዚእነ፡ i. e. *Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Dominum noſtrum.* contra omnium Codd. Græcorum fidem nomen *Patris* omittens.)*.

V. 8. Λέγω δὲ Ἰησοῦν χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων.

διάκονος περιτομῆς. Ambroſ. & Anshelm. in comm. h. l. *Chriſtus fuit miniſter circumciſionis i. e. prædicator eorum, qui ex circumciſione.* Conf. Matth. 4, 23. v. 24. cap. 20. v. 28.

Apoſtolus hoc intendit, Chriſtus Judæos dignos judicavit, quibus Evangelii prædicatione ſerviret: converſi igitur ex gentilibus non debent eos contemnere, *etiamſi ſint infirmi*, h. e. etiamſi doctrinam de Chriſtiana libertate nondum plenè intelligant. Viciſſim Chriſtus ex mera gratia gentiles in conſortium regni ſui & fœdus gratiæ ſuſcepit, proinde Judæi ut peregrinos eos non debent contemnere.

*(διάκονος. Conf. Luc. 22, 27. Ioh. 13, 5. 16. Funda tur in h. l. diſcrimen inter officium Chriſti *Propheticum*, in propriâ perſonâ adminiſtrandum, ſecundùm quod ad ſolos Iudæos ſive ad oves perditas de domo Iſrael miſſus eſt, Matth. 15, 24. & inter idem officium, per Apoſtolos aliosque fideles Eccleſiæ miniſtros adminiſtrandum, tum verò & *officium* ejus *ſacerdotale*. Ratione hujus officii, tum quoque Prophetici per alios adminiſtrandi, toti mundo datus ac miſſus fuit: ratione verò illius, in propriâ perſonâ adminiſtrandi, ad ſolos Iudæos miſſum eum fuiſſe, facilè conceditur. Confer plura huc facientia in Analect. ad Matth. c. 15, 24 ut adeò errent, qui exinde particularem DEI gratiam probare satagunt.)*

ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ, ut ipſo facto præſtaret, quod majoribus Judæorum erat promiſſum. Luc. 1. v. 54. *(Conf. Deut. 32, 4. Ioh. 17, 17. Tit. 1, 2. Æthiops habet: *circumciſionis juſtitiæ*-

& hæc omittit. Bonaventura Corn. Bertramus in Lucubr. Franktall. c. 8. τὸ ὑπὲρ h. l. exponendum cenſet: *in gratiam veritatis DEI, ſive ut Deum veracem eſſe conſtaret.* atq; hanc expoſitionem probat exinde, tum quòd alibi etiam præpoſitio ὑπὲρ ita accipiatur, tum quòd præfixum ל, cui τὸ ὑπὲρ reſpondet, tali ſenſu in ſacris litteris adhibeatur. Confer etiam in hanc rem B. Glasſium Gr. Sacr. p. 556.) *

V. 9. Τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν θεόν. καθὼς γέγραπται. διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ.

Ut gentes glorificent Deum pro miſericordia, i. e. quòd ex mera miſericordia ad regnum Chriſti vocatæ ſunt.

τὰ δὲ ἔθνη, ſcil. προσελάβετο, ex v. 7. Luth. **das die Heyden aber Gott loben.** *(Londinenſes Arabem vertunt: *glorificant*, Æthiopem *glorificabunt*. Poteſt verò uterque exponi, *glorificarent ſive glorificent*: præceſſit enim *confirmaret*.) *

ἐξομολογήσομαί σοι *confitebor tibi*, Pſal. 18. v. 50. i. e. celebrabo publico præconio. eſt idiotismus Hebraicus, ac ſi diceretur: Confitebor beneficia à te accepta ad laudem tuam. Loquitur in Perſona Chriſti, qui Deum inter gentes laudat, quando per Sp. S. in illis operatur, ut Deum rectè agnoſcant, colant, ac glorificent.

V. 10. Καὶ πάλιν λέγει, εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

Lætamini gentes cum plebe ejus. Deut. 32. v. 43. *(Apoſtolus ſequutus in oraculi hujus allegatione, more ſuo LXXII. Interpretes eſt. Cùm verò in textu Ebræo paullò aliter primo intuitu haberi videatur, monet B. D. Walcherus Centur. Miſc. Theol. them. 79. quòd in textu Ebræo per Linguæ idiotiſmum, qui & Lev. 26, 42. conſpiciatur, deſit ibi particula אֵת i. e. *cum*, & ita עַמּוֹ ponatur pro אֶת־עַמּוֹ, adeoque exponendus textus ſit: *cum populo ejus*, quod LXX. probè intellexerint, & ſic transtulerint, quos & Paulus propterea rectisſimè fuerit ſecutus. Placet etiam hæc expoſitio ex noſtratibus B. D. Glasſio Gramm. Sacr. p. 565. ex Pontificiis Jacobo Bonfrerio Comm. in Deuter. 32, 43. Haut igitur approbandum Bezæ judicium

eſt, qui in Annot. ad h. l. ſcribit, *totus hic locus, Deut. 32. eſ-
ita eſt corruptus in Græca editione, quæ ſub nomine 70. legitur, ut vix
ullum appareat Ebraicæ veritatis veſtigium.* Sanè dum Apoſtolus
θεόπνευς@ verſionem illam hîc retinuit, hautquaquam credi-
bile eſt, locum Deut. 32, 43. adeò fuiſſe à 70. corruptum.
Notandum igitur 1. quòd verbum Ebræum הרנינו utramque
ſignificationem admittat, nempe lætamini, itemque laudate
ſeu lætari facite. 2. quòd ellipſis particulæ את in ſacris non
ſit inſolita. 3. quòd ſenſus commodus ſit, gentiles juxtà
cum populo Judaico ad religionem Chriſtianam perducta
lætari, DEUMque celebrare debeant, ex quo nempe tanta
gratiâ à DEO & ipſi affecti. Arridet hæc expoſitio Interpp.
plurimis. Jeſuita Adamus Contzenius in Comm. h. l. me-
ritò quidem reprehendit Bezam, quòd tantoperè in LXX in-
vehatur verſionem: ſed non minùs & ipſe Jeſuita errat, ſta-
tuens, *in textu Ebræo librariorum errore particulam* עם *omiſſam
eſſe.* Sanè Codd. Ebr. ὁμοθυμαδὸν τὸ עם omittunt. Nullus
igitur conjecturæ iſti locus. adde quòd ellipſis præpoſitio-
nem עִם & את in Sc. S. non inſolens prorſus ſit. Porrò
Interp. Syrus & Arabs ſtudiosè textum hîc ſecuti ſunt. Sed
Aethiops prorſus verſ. hunc. 10. omiſit.) *

V. 11. Καὶ πάλιν, αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ
ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

*(πάλιν &c. Locus deſumtus ex Pſ. 117, 1. Arabs πάλιν
contra fidem Codd. Græcorum omittit, ſimpliciter e-
nim vertit: ايتها الامم سبحوا الرب وبا كافة
الشعوب امدحوه i. e. *ó gentes laudate Dominum, & ô cun-
cti populi celebrate eum.* Aethiops habet: *laudate Dominum omnes
gentes, & laudabunt eum omnes populi.*)*

V. 12. Καὶ πάλιν Ἡσαΐας λέγει, ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ
καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

Radix Jeſſæ, i. e. Chriſtus, ortus ex radice Jeſſæ i. e. è Da-
vide, filio Jeſſæ ſive Iſai, tanquam ex radice. Luth. ...

ſeyn

ſein die Wurzel Jeſſe. Poteſt etiam reddi indefinitè, es wird ſeyn eine Wurzel Jeſſe.

*(Cœterùm dum ex eo, quòd Chriſtus Eſaiæ 11, 1. vocatur *virga de ſtirpe Iſai, & ſurculus de radicibus ejus*, contra Anabaptiſtas vera ejus humanitas probatur, quòd nempe ejusdem fuerit ſubſtantiæ cum Iſai, Davidis parente, quemadmodum virgula & ſurculus ejusdem ſunt ſubſtantiæ cum radice ſeu trunco, & verò hîc vocetur *radix Jeſſæ*, quæritur, quomodo eſſe poſsit & *radix*, & *ſurculus Jeſſæ*? Reſponderi ſolet, quòd *radix* dicatur *Iſai* ratione *divinæ naturæ*, ſurculus verò ratione *humanæ naturæ*. Alii monent, quòd diſting. ſit inter Chriſti perſonam, & officium, qua perſonam ratione carnis *radicem* dici poſſe, ſicuti Exod. VII; 12. Draco appelletur baculus, non quòd tunc eſſet, ſed quòd ex baculo oriundus: ſic ille radix aliter ratione officii, aliter ratione perſonæ. Meminit hujus expoſitionis B. Hackſpan. Not. Philol. ad Eſ. 11. 1. B. D. Glasſius pulcerrimè quoque hac de re in Rhetor. Sacr. p. 169. diſſerit. Cùm enim monuiſſet, quòd quidam illud, quòd Meſſias Eſ. 11, 10. hic loci & Apoc. 5, 5. dicitur *radix Iſai* & *Davidis*, per metonymiam explicent, ut radix ſit poſita pro eo, quod ex radice naſcitur, uti Eſ. 11, alii ratione divinitatis, juxta Bernh. in die Paſch. ſerm. 1. ſubjungit, quòd quidam appellationis rationem ex locis Eſ. 14, 30. & Mal. 4. 1, deducant: Ex quibus locis pateat, quòd *primogenitus ſit quaſi radix familiæ. Chriſtus igitur*, pergit, *radix Iſai & Davidis dicitur, quia eſt verus ille primogenitus*, Pſ. 69, 28. *ex Iſai & Davidis familia ortus, & fundamentum quaſi ac radix totius familiæ DEI ſpiritualis, unde & primogenitus inter fratres vocatur*, Rom. 8, 29. & videtur hæc ratio Eſ. 11, 10 innui, ubi Eccleſiæ N. T. conſtitutio deſcribitur, quæ eſt inſtar arboris fructiferæ, Chriſto ceu radici incumbentis, ex eoque ſuccum & vitam trahentis. Confer plura huc facientia ap. B. Par. Annot. in Apoc. c. 5, 5. & c. 22, 16. Add. etiam Libertum Fromondum Haccurianum ac Lud. ab Alcaſar ad dd. ll.)*

ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν. Apud Prophetam Eſai. 11. v. 10. *radix ſtabit in vexillum populorum, ut agnoſcatur* ab eis pro

vero Meſſia, cui populi adhærere debent. *(Syrus habet: & qui exurget, *erit princeps gentibus.* Arabs: جبروتي الامم *dominabitur gentibus.* Sed Aethiops aliter videtur legiſſe. ita enim habet: ወዘተሠየመ፡ነገሥተ፡አሕዛብ፡ *& qui præpoſitus fuit Regibus gentium.* nec ſeqq. ſatis commodè vertit: *& in eo confident cum populo eorum.*)*

ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Apud Prophetam ſic habetur. *Illam quærent gentes*, utpote in quo unicè confidant ac ſperent.

(Cùm in Chriſtum dicamur ac jubeamur ſperare, & quidem eo modo, ut ſperemus ab ipſo vitam æternam, Conf. Eſ. 11, 10. c. 14, 32. Matth. 12, 21. 1. Cor. 15, 19. Eph. 1, 12. Coloſſ. 1, 27. 1. Theſſ. 1, 1. 1. Tim. 1, 1. Judæ v. 21. & verò in ſolum Deum ſit ſperandum, Pſ. 4, 6. Pſ. 7, 2. 1. Tim. 6, 17. probatur hinc inter alia vera Chriſti Deitas. Obſervandum quoque, quòd Apoſtolus LXX. Interpp. ſequutus verſionem hic ſit, quippe quæ tum uſu recepta erat. Diſcrepat quidem ea h. l. aliquatenus à textu Ebræo. Sed diſcrepantia ſaltem in verbis eſt, non in rebus.)

V. 13. Ὁ δὲ θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρήνης, ἐν τῷ πιστεύειν εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι, ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.

*(ὁ θεὸς τῆς ἐλπίδος, i. *DEUS ſpei.* ita quoque vertunt Syrus & Arabs. Aethiops autem: እግዚ፡አብሔር፡ አምላክ፡ተስፋነ፡ i. e. *Dominus Deus ſpes noſtræ*, addens nempe pronomen, & inſerens nomen *DEI*. Londinenſes neſcio cur, vocem ተስፋ፡ vertunt hîc *promiſſio*, cùm tamen & *ſpem & promiſſionem* illa ſignificet, priorem verò requirat hîc textus. Dicitur verò Deus, *Deus ſpei*, quia in ſolo Deo firma ſpes poni poteſt & debet. Conf. Pſ. 46, 1. Pſ. 115, 6. Rom. 15, 13. contrà verò maledictus, qui confidit in homine, Ierem. 17, 5. Quæ teſtimonia obſervanda ſunt contra *Pontificios*, in Sanctorum meritis fiduciam collocantes, quos contra prolixiùs diſputantes vide noſtrates Theologos. B. D. Bald. Caſ. Conſc. lib. 4. c. 7. caſ. 2. B. Par. L. de Morte p. 365. ac 398. alios. Inſtat quidem

dem h. l. Contzenius, urgens, quòd ſi *impium orare, Sancte Petre &c. idque ea de cauſa, quia in ſolo DEO ſperandum, etiam viventes rogari non poſſint, ne ſpes è Numine abducta ad creaturas dejiciatur. Verùm,* ſubjicit, *aliter nos in DEO, aliter in amicis DEI ſperare; aliter invocare creatorem, aliter creaturam, etiam illi qui orthodoxos ob invocationem Sanctorum calumniantur, fateri coguntur: nam & hominum benevolentiam implorant!* Concludit: *Miror ſanè ſtolidos veritatis inimicos, qui cum Pauli votum & precationem h. l. agnoſcant, negant, Sanctos poſſe pro Sanctis orare.* Verùm lubrica hæc ſunt. ac dudum protrita. Novimus quidem, Pontificios, quò idololatriam ſuam tegant, diſtinguere inter δυλείαν, & λατρείαν aſt negamus, quòd diſtinctio hæc eos ab idololatria abſolvat. vid. notata ad Matth. 4,10. Quod verò attinet *preces viventium* pro viventibus, illas ſanè locum habere, ultrò largimur, maximumq; imò commodum habere ſtatuimus; negamus verò, quòd à precibus viventium ad preces beatorum in cœlis valeat conſequentia: nec ſi vel maximè ſancti in cœlis pro Eccleſia militante orent, id quod in Apol. A. C. cap. de Sanctis conceditur, inde inferendum, quòd propterea religiosè ſint invocandi. Patriarchas V. T. in limbo, juxta Pontificios, adhuc conſtitutos pro Eccleſia oraſſe, Bell. 2. de Purgat. c. 15. concedit: ſed negat, eos à viventibus fuiſſe invocatos. Neque ulla conſequentia, à compellatione viventium ad religioſam Sanctorum defunctorum adorationem. Hæc fluit ex religioſo adorationis cultu, illa ex fraterno affectu. Hic mandatus, ille prohibitus, quia idololatricus. De viventibus certus ſum, quòd calamitates meas ſciant, quia exponere illis poſſum; de mortuis verò nullum extat in Sacris promiſſum, nullum exemplum, nullum teſtimonium, quòd calamitates noſtras in ſpecie ſciant, vel compellationem noſtram intelligant.)*

Impleat vos omni gaudio & pace, i. e. gaudio quod oritur ex pace conſcientiæ cum Deo.

ὁ Θεὸς τῆς ἐλπίδος, tum objectivè, quia eſt ſpes noſtra; tum effectivè, quia ſpem in nobis per S. S. operatur.

*(*Omni gaudio.* Notatur perfectiſſimum ac ſinceriſſimum gaudium, nempe ſpirituale. Conſ. 1. Cor. 13, 2. Eph. 1, 3.)*

*(ἐν

*(ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου. Sic quoque Syrus & Arabs. Sed Aethiops habet በመንፈስ፡ቅዱስ፡ወበኀይሉ፡ i. e. *per Spiritum ſanctum & virtutem ejus.)**

*(Syrus τὸ ἀπὸ μέρους omiſit. Arabs verò explicat illud, vertens, juxta interpretationem Londinenſium: *in quibusdam orationis partibus)* *

v. 14. Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.

ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε. Luth. das ihr ſelber voll Gütigkeit ſeid / me ſcil. non monente. Plenitudo bonitatis & ſcientiæ ſynecdochicè intelligenda.

*(Neque enim omnes Pauli auditores eundem erant profectuum. quidam enim majores in fide & charitate profectus habebant aliis. *hos* c. 12. & 13. ad dilectionem quippe cùm multi in fide adeoque & dilectione ſincerâ adhuc admodùm eſſent infirmi, cap. præced. excitat; Conſ. 1. Cor. 10. *illos* verò à dilectionis plenitudine commendat. Sciendum tamen, quòd etiam quantum ad hos, diſtinguendum ſit inter *plenitudinem* ſeu *perfectionem partium*, & *graduum*. illa, non hæc hominibus, ſi qui *perfecti* in Sc. S. dicuntur, competit.

*(πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως, quæ ſcil. vobis ad ſalutem æternam conſequendam neceſſaria eſt. Conſ. Actor. 20, 27. Syrus habet ܡܫܡܠܝܢ i. e. *abſoluti, perfecti.)* *

v. 15. Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους, ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν μοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

τολμηρότερον *audacius*, h. e. liberiùs vobis ſcripſi, procul dubio reſpicit ad cap. 14. Luth. ich habs aber dennoch gewagt / und euch etwas wollen ſchreiben.

*(Cùm noſtrates inter alias rationes, cur libri Maccabæorum pro canonicis haberi nequeant, hanc quoque urgeant, *quòd autor libri ſecundi à lectore veniam petat*, lib. 2. c. 15. 39. *id quod à Sp. ſancto alienum*: Jeſuita Gontzen, quò rationem hanc infrin-

Infringat, objicit, *quod etiam Apoſtolus h. l. excuſet [illegible], ex quo tamen nemo inferat, quod Epiſt. Pauli ad Rom. non ſit canonica.* Verum reſpondemus, diverſiſſimus eſt ſtylus Pauli, & autoris libri Maccabæorum. Paulus dicit: *audacius ſcripſi*; & alibi: *imperitus ſum ſermone, factus ſum inſipiens*, ubi nulla veniæ petitio. Sed autor libri Maccabæorum diſertè eam petit, additâ ratione, *quòd non potuerit melius ſcribere.* Paulus, cur audaciâ uteretur, item imperito ſermone myſteria cœleſtia proponeret, cauſas habuit graves; ſed autor libri Maccab. maluiſſet [illegible] ſcribere; ſed excuſat ſe, quòd non potuerit. Excipit [illegible]: *aliud eſſe, vera ſcribere, aliud facundè; rurſum, aliud a[illegible] convenienter ex re ipsâ, aliud ex hominum quorundam tantum [illegible] ſermone.* Reſp. accipimus has diſtinctiones; addimus [illegible] quòd Paulus omninò vera ſcripſerit, licet non ſemper [illegible]: item quòd idem convenienter ſemper ſcripſerit, [illegible] quorundam judicio inconvenienter. Sic prædicavit [illegible] crucifixum, Iudæis ſcandalum, Gentilibus ſtultitiam, 1 Cor. 1. 23. At autor lib. Maccab. fatetur, quòd maluiſſet [illegible] ſcribere, ſed non potuerit; præſtitiſſe tamen, quantum potuerit.)*

[ἀπὸ μέρους] aliquâ ex parte, innuit certam hujus Epiſtolæ [illegible], in qua aliquanto liberiùs ſcripſerit. *(Aethiops [illegible] ወተኃቢልየ፡ ጸሐፍኩ፡ ለክሙ፡ quæ verba [illegible] reddunt: *& auſus ſum ſcribere vobis.* rectiùs verò redduntur: & audens ſive audacius ſcripſi vobis.)*

[ἐπαναμιμνήσκων] ὑμᾶς, in memoriam vobis revocans doctrinam, quam jam antea accepiſtis. v. 14. *(Aethiops hæc verba omittit.)*

[διὰ τὴν] χάριν [τὴν] δοθεῖσαν. Intelligit gratiam Apoſtolatus ſeu [illegible] Apoſtolicum. cap. 1. v. 5. cap. 12. v. 3. *(Aethiops ita [illegible] በእንተ፡ጸጋሁ፡ለእግዚአብሔር፡ quæ verba [illegible] vertunt, *de gratia Dei*, cùm omninò reddi & poſſint & debeant: *per gratiam Dei.* Arabs habet (من اجل [illegible] الله) *propter gratiam &c.*)*

v. 16. Εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ

ἔθνη, ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγιασμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

λειτουργὸς εἰς τὰ ἔθνη, i. e, ἐν τοῖς ἔθνεσι, inter gentes. *(Confer ſuprà c. 11, 13. Minùs firmiter autem Pontificii. (Vid. Bellarm l. 1. de Miſſa c. 13. Salmeron t. 12. tr. 36. p. 257. ex eo, quòd Miniſtri Eccleſiæ in N. etiam Teſt. λειτουργοὶ τοῦ θεοῦ, ut h. l. dicuntur, colligunt, *quòd ipſi ſint tales Sacerdotes, qui ſacrificium proprie ſic dictum, adeoq; Miſſaticum Deo offerant.* Cui ſententiæ opponimus 1. *generalem vocabuli hujus ſignificationem*, de quâ conſtat ex Rom. 13, 6. Ebr. 1. v. ult. 2. *Vulg. Interpretis*, cujus verſio Pontificiis authentica eſt, *interpretationem*: ille autem tum Actor. 13, 2. in quo præcipuum errori ſuo robur quærunt, tum hîc *per miniſtrandi*, non *ſacrificandi* vocem λειτουργὸς reddit. 3. *officii Miniſtrorum N. T. deſcriptionem*: nullibi enim, ubi munia Miniſtri Eccl. N. T. deſcribuntur, mentio ſacrificii Miſſatici fit, quòd celebrandum nempe ab ipſis illud ſit. 4. *contextus conſiderationem*. de quo ſacrificio hîc agatur, ſatis patet ex immediate ſeqq. neque enim dicit Apoſtolus, quòd ſit Miniſter Chriſti in ſacrificii propriè ſic dicti oblatione; ſed in Evangelii, ſpiritualis illius ſacrificii, & per ſacrificia V. T. præfigurati, prædicatione. 5. Sacrificiorum omnium, propriè ſic dictorum, à Chriſto factam, per unicam corporis ſui oblationem, in arâ crucis peractam, conſummationem. Ebr. 9. v. 12. 14.)*

Sanctificans Evangelium DEI. ἱερουργοῦντα *fungentem adminiſtratione ſacrorum*, pro quo Auguſt. in libello, in quo nonnulla explicat in Epiſt. Rom. legit *conſecrans*. Significat ergo Apoſtolus, prædicationem Evangelii eſſe quaſi victimam DEO gratisſimam, quam Concionator tanquam antiſtes ſacrorum DEO litat. *(prædicta Malach. 1, 10. quippe quæ in locum ſacrificiorum Leviticorum in N. T. ſit ſucceſſura.)* aut potiùs ipſam converſionem, quæ per prædicationem fit, eſſe hoſtiam DEO maximè acceptam, quam illi prædicator ſacrificat. Reſpectus habetur ad munus Sacerdotum & Eccleſiæ doctorum in V. T. quod in ſacrificiis bonâ ex parte erat occupatum.

*(Paulò

*) Paulò aliter explicat B. D. Chemnitius part. 2. L. L. C. C. f. 219. *Cum Evangelium*, ſcribit ipſe, *in communi Linguâ Græcâ notet interdum ſacrificium & ſupplicationes, quæ decernebantur pro nuncio rei bene & feliciter geſtæ, ut apud Plutarchum in Phoc.* [illegible] καὶ θύειν εὐαγγέλια, *Paulus ſine dubio eò quoque reſpexit.* Quæ expoſitio vehementer arridet Dn. Dilherro Diſp. Acad. [illegible] p. 213. Conf. B. Glaſs. Rhet. S. p. 427. Vid. etiam ſuprà not. ad cap. 12, 1. B. D. Hunnius in h. l. monet, Apoſtolum reſpicere ad Mal. 1. additque, quod hæc adminiſtratio Evangelii inter gentes ſit magna λειτουργία, quâ nomen DEI gentibus innotuit, & virtus unici ſacrificii propitiatorii Chriſti per orbem terrarum ſparſa, & inter omnes gentes diſpenſata, ipſæque gentes in ſacrificium Deo longè gratisſimum ſpirituali gladio Evangelii mactatæ, & per Sp. S. ſanctificatæ, accenſæ oblatæque ſunt. B. D. Calixtus in Expoſ. litt. h. l. putat, Apoſtolum hîc reſpicere ad vaticinium Eſaiæ 66, 20. Contra Pontificios verò, (vid. Bellarm. lib. 1. de Miſſa c. 13. Sanctium in Acta. it. Salmeronem, Alphonſum de Caſtro lib. 10. adverſ. hæreſes verbo Miſſa hæreſ. 2. &c.) qui ex vocibus, quæ hîc occurrunt, quemadmodum & alibi, uti Act. 13, 2. Ebr. 5, ſacrificium Miſſaticum adſtruere ſatagunt, notandum, quòd ipſe Bellarminus lib. 1. de Miſſa c. 15. §. *adde ultimò*, fateatur, vocem ἱερουργίας eſſe ambiguam ac generalem, quæ quamvis actionem ſacram ſignificet, idque patet etiam ex Plut. in vitâ Alexandri, ac Philone de vita Moſis. Sic Caſſander in Conſult. p. 222. itidem teſtatur, quòd voces λειτουργία, ἱερουργία, λατρεία latè ſumantur pro toto cultu divino. Idem de λειτουργεῖν aſſerit Jeſuita Juſtinianus in Proleg. ad ep. Pauli c. 2. Diſp. 5. p. 8. n. 3. Jeſuita Contzen. itidem h. l. largitur, *quòd Græcus Scholiaſtes illud ſacrificare Evangelio de ſpirituali ſacrificio exponat, nempe, quod per Evangelium Deo gentes adducantur, reddantur acceptæ & Spir. Sancto ſanctificentur.* addit autem: *ſacrificium ergo ſpirituale eſt Evangelium, quo gentes parabantur, ut grata Deo victima efficerentur.* Sed ne deſtruat ſacrificium Miſſaticum, ſubjungit, *ſpirituale & typicum ſacrificium non excludere id, quod eſt*

propriè dictum: nam, ait, etiam in lege veteri erant ſacrificia laudum & labiorum; & tamen etiam victimarum ſanguis aras imbuebat: adducit pro ſua ſententia Chryſoſtomi quædam: ſed ne γρῦ quidem in illis de ſacrificio Papicolarum miſſatico. Quòd verò attinet inſtantiam Contzenii de V. Teſt. *quòd in illo fuerint ſacrificia ſpiritualia, & ſimul propriè dicta*, reſpondemus, concedendo, fuiſſe in V. T. ſed negamus, poſtquam Chriſtus ſemel ſe obtulit in ara crucis. Ebr. 7,26.27. c.9,28. c.10,10. 12-14. quòd ampliùs in N. T. alia dentur ſacrificia, quàm ſpiritualia. Et quid opus aliis? cùm Apoſtolus Ebr. 10, 14. claris verbis doceat, *quòd Chriſtus unicâ oblatione conſummaverit in æternum eos, qui ſanctificantur*, & in hoc diſtinguat tempus V. ac N. T. ibid. v. 11. Qualia poſt hoc ſacrificium in N. T. ſacrificia dentur, clarè hîc docet Apoſtolus. Conf. Philip. 2, 17. Ebr. 5, 7. c. 13, 15. 16. 2. Tim. 4, 6. Apoc. 5, 8. c. 8, 3. Quòd verò Patres nullo modo ſacrificium Miſſaticum approbent, prolixiùs docet B. Par. Confeſs. Cathol. lib. 2. art. 15. c. 1. in refut. ult. arg. Adverſ.)*

Converſio gentium dicitur πνευματικὴ *ſacrificium ſpirituale*; quia per eam DEO conſecrantur, ut ſibi ac peccatis ſuis mortui Chriſto vivere incipiant. Phil. 2. v. 17. *(Conf. ſuprà cap. 12, 1.)*

v. 17. Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τὰ πρὸς θεόν.

Quo ſenſu Apoſtolus dicit, ſe habere καύχησιν, *quod glorietur*, cùm tamen Rom. 3. neget, *ullam carnem habere, in quo glorietur*? Reſp. per *gloriationem in DEO*, h.l. nihil aliud intelligit, quàm commemorationem eorum, quæ Chriſtus per ipſum inter gentes effecit: expreſsè enim addit: *habeo gloriationem in Chriſto Jeſu*. Chriſto, non mihi omnis honor tribuatur.

*(Diſtinguendum igitur inter *gloriationem divini beneficii*, & inter *gloriationem proprii meriti*; ſive inter *gloriationem divinæ miſericordiæ*, tum quoque *bonæ conſcientiæ*, & inter *gloriationem propriæ juſtitiæ*. *Hæc* improbatur, nec cum gratuitá juſtificatione ſtare poteſt; *illa* verò approbatur. Vid, 1. Cor. 1, 31. De-

bemus

beamus enim divina beneficia, nobis, vel etiam per nos Eccleſiæ præſtita, deprædicare, ac bonæ conſcientiæ ſtudere, conf. 1. Cor. 15, 10. minimè verò propriam laudem ſectari, noſtrisque meritis confidere.)*

τὰ πρὸς Θεὸν, in illis, quæ ad Deum pertinent, quæ DEI gloriam & cultum, ac Eccleſiæ ædificationem concernunt. Luth. reddidit: das ich Gotte diene. *(Syrus reddidit: *eſt mihi ſiquidem Gloria in Jeſu Chriſto apud DEUM*: Arabs ولي فخر بيسوع المسيح عند الله *& mihi gloria in Jeſu Chriſto apud* DEUM. Aethiops *Et mihi Jeſus Chriſtus* ምክሕትየ፡ *i. e. gloria mea apud* DEUM.)*

v. 18. Οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, λόγῳ καὶ ἔργῳ.

Non auſim gloriari de ulla re, quam Chriſtus non effecerit per me, quaſi eam effecerim. *(Colligit hinc B. D. Bald. Caſ. Conſc. l. 2. c. 13. caſ. 2. quòd quæcunque Apoſtolus Paulus inſtituit, ipſe Chriſtus inſtituerit. Cùm verò Paulus inſtituerit, ut in Eccleſiâ Corinthiacâ primo hebdomadis die collectæ fierent, 1. Cor. 16, 1. 2. ideò porrò ſubſumit, quòd etiam inſtituerit, ut eâ die convenirent. Sicque Chriſtus ipſe diem Dominicam inſtituerit, non tamen per præceptum aliquod Eccleſ. N. T. ad diem illam adſtrinxerit.)*

οὐ τολμήσω λαλεῖν τι, ὧν οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι' ἐμοῦ, niſi publicè omnibus conſtaret, quid Chriſtus per me in converſione gentium præſtiterit doctrina & miraculis.

(Χριστὸς. Chriſtus enim juxta ſuam promisſionem, Matth. 28, 20. Apoſtolis ſuis in officio eorum præſens fuit. Conf. Marc. 16, 20.)

v. 19. Ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν πνεύματος Θεοῦ, ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.

*(ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων. Arabs adjecit ſuffixum *ſuorum*, ut indicetur cauſa ſignorum ac prodigiorum, nempe Chriſtus, de quo verſu præced.)*

*(ἐν δυνάμει πνεύματος Θεοῦ. Vulg. *in virtute Spiritus Sancti.* Non dubium quidem eſt, quin de Sp. S. ſermo hic ſit, ſciendum tamen, quòd Græci Codd. plerique ac Orient. Interpp. habeant *Spiritûs Dei.* Teſtatur autem Hugo Grotius, quòd Cod. quidam MS. quo uſus ipſe eſt, habeat ἁγίου, quemadmodum & Athanaſius. Atque ita legere quoque teſtatur Walthonus celebrem Cod. MS. Alexandrinum.)*

ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ i.e. ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ καὶ τῶν κύκλῳ χωρῶν. Has regiones peragrando, ultra 350. miliaria Apoſtolus confecit. *(Cæterùm omiſſum eſt verbum *peragrando*, quod Syrus adjecit. ita enim hunc locum tranſtulit: *adeo ut a Jeruſalem* ܐܬܟܪܟܬ *peragraverim, usque ad Illyricum, & adimpleverim Evangelium Chriſti.*)*

* (ἐν δυνάμει πνεύματος Θεοῦ. Perſpiciens Crellius Socinianus, locum hunc errori Socinianorum, quo ſtatuunt, Spiritum Sanctum non eſſe perſonam veram, à perſonâ Patris & Filii realiter diſtinctam, ſed eſſe *tantùm virtutem DEI eſſentialem*, adverſari, quippe cùm virtutis non ſit virtus, excipit 1. *Virtutis & efficaciæ iterum poſſe eſſe virtutem ſeu efficaciam aliam, à priori dependentem.* 2. *Genitivum Spir. Sancti haberi poſſe pro genitivo ſpeciei, uti donum Spiritus Sancti ſumatur pro dono, quod eſt Spir. S. & arrhabo Spiritus pro arrhabone, qui eſt Spiritus & promiſſio Spiritus Sancti pro re promiſſa, quæ eſt Spiritus Sanctus.* Verùm rectè ad frivolas has exceptiones reſpondet Dn. D. Calovius in Exam. Libb. Crellii de uno Deo Patre §. 578. monendo 1. quòd à poſſe ad eſſe non valeat conſequentia. 2. quòd ipſa neceſſitas efflagitet, per Sp. Sanctum intelligere ſuppoſitum divinum, cui tribuatur virtus & efficacia, quum Spir. Sanctus deſcribatur, ut autor miraculorum aliorumque effectuum, non ut accidentalis quædam virtus. 3. quòd licet Sp. S. alibi dicatur arrhabo, Eph. 1, 14. ubi tamen Sp. Sancti arrhabonis fit mentio, ibi accipi debeat de arrhabone à Sp. S. profecto, & ſic de cæteris. Ridiculè porrò veram Sp. Sancti Deitatem, Sociniani ex h. l. labefactare ſatagunt, eò quòd à DEO diſtinguatur,

cum

cùm dicatur Spiritus DEI. *Reſp.* repetendo diſtinctionem inter nomen DEI ὑποστατικῶς, & οὐσιωδῶς ſumtum. Spiritus Sanctus utique diſtinguitur à DEO, ὑποστατικῶς ſumtâ voce DEI, ſcil. pro DEO Patre & Filio, quia eſt diſtincta S. S. Trin. perſona, & DEI quoque Spiritus dicitur, quia per æternam ſpirationem à DEO Patre & Filio procedit. Intereà ipſe haut minùs ac DEus Pater & Filius, verus DEus eſt, quia unius numero divinæ eſſentiæ cum DEO Patre & Filio eſt. Competunt enim ei nomina, attributa, opera ac cultus &c. ſolius veri & æterni DEI propria. Sciendum igitur, quòd Sp. S. à DEO Patre & Filio diſtinguatur perſonaliter, non eſſentialiter.) *

πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον, i.e. juxta gloſſam interlinearem, *plenè prædicaviſſe.* *(Alii hypallagen hic ſtatuunt, ut ſit ſenſus: illa loca implevi Evangelio Chriſti. Vid. B. Glaſſium Gr. S. p. 739. ubi etiam pluſcula talis hypall. exempla ex Sc. S. adducit. Arridet hæc expoſitio Luthero, Piſcatori, aliis. Sed B. D. Chemnitius ac gloſſatores Bibl. Erneſt. priorem expoſitionem amplectuntur. Confirmare poſſet priorem ſententiam collatio loci Actor. 5, 28. ubi ἀρχιερεὺς Apoſtolos ob uberem Evangelii prædicationem increpans, inter alia ait: ἰδοὺ πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν. Verùm accuratiùs textum inſpicienti diverſitas facilè patebit. Toletus ſic explicat. q. d. Ego Evangelium quaſi rete implevi multitudine gentilium, quos converti, quaſi piſcibus. Corn. vero à Lapide hunc ſenſum acutiorem, quàm germaniorem eſſe ſcribit, ac ſubdit: potiùs hâc ratione per Ebræam hypallagen, replere Evangelium ſignificaret, Evangelio replere provincias ab Hieruſalem &c. quomodo Exod. 39, 10. & Exod. 31, 5. replere lapides vel gemmas in Ephod, eſt Ephod replere vel ornare gemmis. ita ſenſus eſſet, Paulum Evangelium impleviſſe, id eſt Evangelio quaſi gemmâ precioſiſſimâ impleviſſe & ornaſſe mentes hominum, omnesque provincias, quæ ſint quaſi Ephod Chriſti. Arabs τὸ πεπληρωκέναι exprimit per اتمم i. e. *perficerem.* Æthiops ita: ወዘከመ፡መሀርክሙ፡ *& quomodo docuerim*

in

in Jeruſalem &c. [illegible]
*& implevers in doctrinam Chriſti.)**

V. 20. Οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστός, ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ.

Θεμέλιον ἀλλότριον intelligit, non à Chriſto & veritate alienum, *(Conf. 1. Cor. 3, 11.)* ſed ab alio poſitum.

*(Q. vero, *cur Apoſtolus noluerit ſuper aliud fundamentum, ſive ab aliis Apoſtolis jamtum poſitum, ædificare?* B. D. Calixtus in Expoſ. litt. h. l. ſcribit, *quod Apoſtolus ſanctâ quadam ambitione ab iis locis, in quibus jam aliqua fidei fundamenta jacta erant, abſtinens, eò ſe contulerit, ubi adhuc incognitus erat Chriſtus, ut Regnum ejus quàm latiſſimè propagaret, & pomœria Eccleſiæ proferret.* Sanè differt in hoc munus Apoſtolicum ab aliorum Miniſtrorum Eccleſiæ officio, quòd horum opera in verbi prædicatione & ſacramentorum adminiſtratione certo alicui loco, ſive diœceſi vel parochiæ addicta eſſe debeat, illorū verò diœceſis iiſdem, quibus ipſe terrarum orbis circumſcriberetur ſpatiis. Unde etiam ſollicitè videntur caviſſe, ne iis in locis prædicarent, in quibus alii jamtum prædicaverant, niſi fortè vel obiter, vel aliâ quadam de cauſa neceſſariâ, uti rectè monet Camero Calvinianus in Myroth. ad 2. Cor. 10, 15. qui etiam notanter addit, quòd licet Apoſtolis omnibus cura incumberet omnium Eccleſiarum, quod ad jus attinet & poteſtatem, tamen inter ſe operas partiti fuerint, pro eo ac Evangelii propagandi ratio poſtulabat. Si igitur Apoſtolatûs munus differt in eo à reliquorum Miniſtrorum officio, quòd horum miniſteriū ad certum locum & parœciam adſtrictum: ſequitur, erraſſe non ſolùm Hadrianum Saraviam, & hunc ipſum Doctorem Calvinianum, dum libro de diverſis Miniſtrorum gradibus cap. 16. ſeqq. adſeruit, *Apoſtolatum*, quatenus donum conſideratur, *adhuc in Eccleſia vigere* (quem errorem prolixè refutat B. Pareus L. de Miniſt. Eccleſ. §. 220. ſeqq.) verùm etiam haut probandum eſſe morem Eccleſiæ Genevenſis, ubi certi quidam Studioſi in Theologia inſtituuntur, & poſtea in Gallias docen-

docendi cauſa mittuntur: quo de more conſulatur B. D. Chemnitius part. 3. L.L. Th.L. de Eccl. c. 4. ſect. 1. Add. etiam B. P. L. de Ecclеſ. §. 77. Sic minimè etiam probant noſtrates, ut aliquis ordinetur, niſi habeat priùs ad certum aliquod officium Eccleſiaſticum vocationem. quam in rem videantur, quæ habent B.D.Bald. Caſ. Conſc. p. 104. B.D.Waltherus Cent. Miſcell. Theol. Them. 22. p. 310. B.Par. L. de Miniſt. Ecleſ. §. 158.)*

Hoc eò pertinet, ut probet, ſe non minùs Apoſtolum eſſe, quàm reliquos, ſeque plus laboraſſe, quàm reliquos Apoſtolos, quamvis inter omnes poſtremo loco ad Apoſtolatum ſit vocatus. 1. Cor. 15. v. 10. Doctoris Eccleſiæ fundamentum conſtituere doctrinam, non generaliter ratione fidei, quatenus illa univerſæ catholicæ Eccleſiæ communis eſt, ſed ſpecialiter, ratione fidei, in hujus aut illius mente formandæ.

V. 21. Ἀλλὰ καθὼς γέγραπται, οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι.

Eſai. 52. v. 15. loquitur Propheta de primo initio prædicationis Apoſtolicæ, ac de proprio Apoſtolorum officio.

V. 22. Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

(διὸ &c. Particulam διὸ hoc loco non eſſe cauſalem, ſed ratiocinativam, monet B. D. Glasſius Gr. S. pag. 630. Ratio vero, cur Paulus impeditus fuerit, Romam citius venire, fuit, quòd ſeriò ipſi curæ fuit, gentilibus, quibus nunquam Chriſtus prædicatus fuit, Evang. prædicare.)

(ἐνεκοπτόμην. Homo proponit, ſed DEUS diſponit. Conf. Proverb. 16, 9. Jacob. 4, 14. 50.)

V. 23. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν.

μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις. Nihil eſt, quod me remoretur ampliùs, cùm non ſuperſint hîc ſive in Græciâ Eccleſiæ adhuc plantandæ.

V. 24. Ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς. ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.

(εἰς τὴν Σπανίαν. Quæritur, an Paulus, uti promiſit, ita revera iverit in Hiſpaniam, ſcil. poſt liberationem ex primo carcere Romano ſub Nerone A. C. 61. Negant Thomas, Soto, quin & Gelaſius Papa & Innocentius I. ep. ad Decentium ſeqvuntur. quos excuſat Pererius; ipſe verò ſicuti & hodie Pontificii plerique affirmant. Ita ſtatuunt Card. Baronius ad A. C. 61. Corn. à Lapide in h. l. alii: allegantes pro ſe ex Veteribus S. Hippolitum, Auguſtinum, Athanaſium, Cyrillum, Sophronium, Epiphanium, Chryſoſtomum, Theodoretum, Hieronymum, Gregorium, Iſidorum, Bedam, Metaphraſten. Cumprimis prolixus hac in reprobanda eſt Jeſuita Sanctius in Diſputatione de Prædicatione Apoſtolorum Petri & Pauli in Hiſpaniâ, quæ ſubjuncta illius in Acta Apoſtol. Commentariis. Sed non eſt hujus loci, pluribus hæc diſcutere. B. D. Hornejus in Hiſt. Eccl. lib. 1. c. 13. in utramque partem nonnulla adducit, quæ poſſunt legi. Centuriatores Magdeburg. cenſent, Paulum omninò in Hiſpania ac Galliis prædicaſſe. Guilielmus Eſtius in h. l. omninò incertum eſſe putat, quòd Paulus in Hiſpaniam venerit.)

*(ἐλπίζω γὰρ &c. Poſſet aliquis mirari, quomodo Apoſtolus poſſit *dubitativè loqui* de ſuo ad Romanos adventu, quippe *cùm ſcripſerit ex inſpiratione Spiritus Sancti, falli neſcii?* Verùm notandum, quòd (ſicuti etiam rectè id obſervatum hîc à B. D. Quiſtorpio eſt,) duplicis generis ſint ea, quæ Apoſtoli & dixerunt, & ſcripſerunt. Quædam enim dixerunt ſcripſeruntque, *ut Legati DEI,* cujusmodi fuerunt illa, quæ auditoribus ad ſalutem creditu factuq; neceſſaria, & in hujusmodi fuerunt infallibiles, quædam verò elocuti ſunt & ſcripſerunt *ut homines,* ſine expreſſo DEI mandato, & in his non habuerunt abſolutam certitudinem. *Sic Paulus,* ſcribit B. D. Quiſtorpius

ſtorpius, *Romanis, Corinthiis, Theſſalonicenſibus promittebat ex charitatis & humanitatis affectu, ſe illos acceſſurum, quamvis eventus contrarium probârit. Nec hoc ipſi vitio verti potuit: Deus enim ſolus promittit in certitudine veritatis; homo verò promittit in certitudine mentis, certus, ſe id facturum, ſi DEO ita viſum fuerit.* Concludit: *Quæ ut Legati DEI ex revelatione divinâ vel ſcripſere vel concionati ſunt, in illis nulla aberratio, niſi quis Spiritui Sancto ignorantiam adſcribere velit.* Hæc verò quæ jam ex mente B. Quiſtorpii commemoravimus, neutiquam eo trahenda ſunt, ac ſi exiſtimemus, poſſe Scriptoribus ſacris lapſum memoriæ tribui, id quod ab Eraſmo Roterodamo, Alberto Pighio, Melchiore Cano Lud. Capello & aliis factum, alibi monuimus ac reprehendimus: vid. Theſium Theolog. Dec. 1. §. 2. litt. g. Id verò minimè. imò rectiſſimè veriſſimeque ab auguſtiſſimo illo Hipponenſium præſule lib. 2. de Conſenſu Evang. dictum adſerimus: *omnem falſitatem abeſſe ab Evangeliſtis decet, non ſolùm eam, quæ mentiendo promitur, ſed etiam quæ obliviſcendo.* item ep. 8. ad Hieronymum: *Admiſſo in tantum autoritatis faſtigium aliquo mendacio, nulla particula horum librorum* (in Sc. S. comprehenſorum) *manebit, quæ non poſſit in dubium revocari.* Maneat igitur firmum certiſſimumque, quòd Evangeliſtæ & Apoſtoli in iis, in quibus DEI legatos egerunt, nec errarint, nec ullo etiam modo errare potuerint, quia & locuti ſunt, & ſcripſerunt φερόμενοι ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου, 2. Petr. 1, 21. interea ſicuti in converſatione labi potuerunt, imò graviter aliquando lapſi ſunt illi, à quibus ſacras literas habemus, ceu exemplum Davidis, Petri, aliorumq; ſatis loquuntur: ita quoq; in iis, quæ ut homines loquuti ſunt, ſcripſerunt ve, labi eos potuiſſe, abſonum haut eſt. Sed objiciat quis, quòd hoc ipſum etiam, quod hic Apoſtolus ſcribit: *Spero in tranſcurſu me vos viſurum*, ex inſpiratione Spiritûs Sancti ſcripſerit. Reſp. ita omninò eſt, quia tota Scriptura Sacra divinitus inſpirata eſt, adeoq; nec ulla particula ejus eſt, quam non, infallibiliter illis adſiſtente Spiritu Sancto ſancti DEI homines exarârint, ſciendum verò, quòd ea, quæ Sancti DEI homines exararunt, non ſint unius gene-

ris: quædam enim ſcripſerunt ut DEI Legati, voluntatem DEI nobis manifeſtando, ut quòd Chriſtus ſit DEUS benedictus in ſecula, quòd ſit unicus Mediator, quòd in hoc conſiſtat vita æterna, ut cognoſcamus DEUM & quem miſit Jeſum Chriſtum &c. quædam verò ut Hiſtorici, aliorum dicta & facta referentes. Sic Iohannes c. 8. v. 48. refert, Iudæos Chriſti hoſtes ad Dominum noſtrum blaspheme dixiſſe: *Nonne benè dicimus, quòd Samaritanus es, & dæmonium habes.* Quæ licet grandis ac deteſtanda calumnia Iudæorum ſit, verisſimum tamen, imò infallibiliter verum, quòd jurati illi Chriſti verba ea protulerint. Similiter infallibiliter verum certisſimumque eſt, quòd Apoſtolus hæc verba ad Romanos ſcripſerit: quia tamen non continent ea, quæ factu & creditu ad ſalutem nobis neceſſaria ſunt, nihil impedit, quò minùs dicamus, Apoſtolum non habuiſſe certam à Sp. Sancto revelationem, quòd in illo itinere Romanos ſalutaturos ſit. quid quòd non deſint, qui de hoc ipſo dubitant, An Apoſtolus in Hiſpaniam profectus fuerit, quod iter tamen abſolutè indicare Apoſtolus videtur, quòd nempe illud ſuſcepturus ſit. Vid. B. D. Hornejus Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. i. c. 13. Cùm igitur Paulus non habuerit certam revelationem, quòd Spiritus Sanctus eſſet permiſſurus, ut Romanos tum ſalutaret, inde nec certi quid affirmare voluit. Quòd verò attinet verba Apoſtoli, conſentanea videntur illis, quæ Actor. 18, 21. leguntur. Monetque Apoſtolus Iacobus c. 4, 15. quòd cùm nec craſtinus dies in noſtrâ manu ſit, haut dicere debeamus: *hodie aut craſtino ibimus in illam civitatem*; ſed: ἐὰν ὁ. Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσομεν, ποιήσομεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. Id quod igitur Apoſtolus Iacobus mandavit, ſedulò Apoſtolus noſter obſervavit, ceu ex d. l. Actorum, nec non ex 1. Cor. 4, 19. ac c. 16, 7. videre eſt. Conf. etiam ſuprà c. 1, 10. Eph. 2, 19. 24. ac c. 4, 13. 14. 15. Idem & veteribus Ebræis, imò ipſis gentilibus uſu receptum fuit, ceu pridem notatum Iano Druſio lib. 3. Qq. Ebr. q. 21. Barnabæ Briſſonio lib. 1. de Formulis Fori Romani pag. 69. Conrado Rittershuſio ICto Comm. ad Salvianum p. 262.)*

διαπο-

διαπορευόμενος, in tranſitu ſpero me vos viſurum. Luth. ich hoffe/das ich da durchreiſen und euch ſehen werde.

Loquitur Apoſtolus magis de ſuo deſiderio, quàm de rei eventu.

θεάσασθαι eſt cum voluptate ſpectare, ſicut comœdiæ ſpectantur. Conſtituerat Apoſtolus eleëmoſinâ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ traditá per Romam proficiſci in Hiſpaniam v. 28.

(ἐφ' ὑμῶν, i.e. conſuetudine ſive converſatione veſtra, quæ tum temporis ob graſſantes perſecutiones magnum Chriſtianis levamen afferebat. Conf. ſuprà c. 1, 12.)

v. 25. Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις.

διακονῶν τοῖς ἁγίοις, ut afferam illis pecuniam, quam aliæ Eccleſiæ in ipſorum uſum contribuerunt.

v. 26. Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων, τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

εὐδόκησαν Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν ποιήσασθαι, placuit Macedoniæ & Achaiæ, i. e. Eccleſiis in Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere. Luth. die aus Macedonia und Achaia haben williglich eine gemeine Steuer zuſammen getragen. *(Conf. Actor. 2, 42.)*

κοινωνίαν eleemoſynam transmiſſam vocat κοινωνίαν, civili vocabulo, quaſi non ſit beneficium juvare pecuniâ, ſed cenſum, quem habemus cum aliis communem, cùm opus eſt illis impartiri. Eraſm. in annot.

κοινωνία Actor. 2. v. 42, accipitur de *communione bonorum*, hîc verò pro *collatione eleemoſynæ*, ut intelligamus, & hanc collationem eſſe κοινωνίαν DEO gratam. De hac κοινωνίᾳ vid. 1. Cor. 16. v. 1. 2. Cor. 9. v. 2. 12.

v. 27. Εὐδόκησαν γὰρ, καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσι. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς.

ὀφειλέται, Suſtentatio Miniſterii non eſt retributio beneficio-

ficiorum, ſed qualiscunque compenſatio laborum. *(Conf. Matth. 10, 10. 1. Cor. 9. 7. ſeqq. Gal. 6, 6.)*

τοῖς πνευματικοῖς. Beneficia in prædicatione Evangelii gentibus converſis oblata vocantur πνευματικὰ τῶν Ἰυδαίων:

1. Quia ex Hieroſolyma Judææ metropoli Apoſtoli ad prædicandum Evangelium ad gentes erant miſſi.

2. Quia Judæis primum peculiares erant datæ à DEO promisſiones, ac DEUS in peculium ſuum eos elegerat.

3. Quia Judæis primum oportuit prædicari verbum Evangelii, Actor. 9. verſ. 4. cap. 11. v. 17. *(Conf. Joh. 4, 22. Eſai. 2.)*

λειτουργῆσαι Eleemoſyua vocatur λειτουργία ſacrificium ſpirituale. *(Conf. 2. Cor. 9, 12. eſtque hoc ſacrificium Deo admodùm gratum, quod etiam largiter remunerari promiſit. Vid. Pſal. 41, 1. ſeqq. Pſal. 112, 5. ſeqq. Matth. 25, 34. 35. Prov. 19, 17.)*

v. 28. Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν.

σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν κάρπον τοῦτον, ubi conſignavero eis hunc fructum, i. e. ubi elemoſynam obſignatam illis fideliter obſignatam tradero: quæ erat fructus fidei & converſionis in cordibus gentilium.

v. 29. Οἶδα δὲ, ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι.

Veniam cum plenitudine benedictionis, i. e. cum pleniſſima benedictione, ſupra c. 1. v. 11. ſcil. cum ampliſſimo fructu confirmationis ſcil. fidei veſtræ. Quamvis eleemoſynam collectam Hieroſolymis reliquero, non tamen ad vos veniam vacuus, ſed opulentiâ ſpiritualis benedictionis per Evangelii prædicationem vos implebo.

v. 30. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεόν.

διὰ

διὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος, per charitatem, quem Sp. S. in cordibus credentium accendit, eademque corda ipſorum devincit. Phil. 2. v. 1. *(Conf. Gal. 5, 22, Coloſſ. 1, 8. 2. Tim. 1, 17.)*

συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν θεὸν. ut certetis mecum veſtris pro me apud Deum precibus : Sancti pugnant orando, quia oratio nihil aliud eſt, quàm ſpirituale certamen. Orig. lib. 10. in Ep. Rom. Pii ſunt in asſidua pugna contra Satanam & ipſius ſquamas, victoria eſt in verbo, in fide & in precibus. Vid. 2. Cor. 11, v. 10. 2. Theſs. 3. v. 1.

*(ἐν ταῖς προσευχαῖς, Conf. Matth. 18, 19. 1. Tim. 2, 1. ſeqq. Jacob. 5, v. 16. Inepte verò ex hac viventium compellatione, ut ſuis nos precibus juvent, Pontificii Sanctorum invocationem probant, Ceu Corn. à Lapide in h. l. ſcribit : *Si Paulus Romanorum ut ſecum certent, preces hic implorat; multò ergò magis licet invocare, ſine ulla DEI injuria, opem Sanctorum in cœlis cum Christo regnantium Si enim Paulus hîc ſine injuriâ DEI, i. e. honoris invocationis & adorationis DEI petit : O Romani, orate pro me; cur ſim DEO injurius, ſi dicam : S. Petre, ora pro me.* Similia habent Guil. Eſtius in h. l. ac Jeſuita Tirinus. Reſp. 1. Paulum Romanos aliosque fideles viventes compellaſſe, ut precibus ipſum ſuis juvent, ultrò largimur : nec ſolùm præſens locus, ſed etiam Epheſ. 6, 19. 1. Theſſ. 5, 25. 2. Theſſ. 3, 1. Coloſs. 4, 1. & Ebr. 13. idem confirmant. 2. quòd verò inde ſequatur : Ergò & defuncti invocari, & quidem religiosè poſſunt, id verò eſt, quod nos negamus. Neque enim firma eſt conſequentia à compellatione viventium ad religioſam invocationem defunctorum, uti ſuprà ad v. 13. oſtendimus, & pluribus quoque docent B. D. Himmelius tr. de nat. relig. invoc. B. Par. Confeſs. Cath. art. 10. cap. 2. alii. Hoc loco illud ſaltem addimus, quòd Jeſuita Iuſtinianus h. l. nihil habeat de oratione pro defunctis, procul ambiguò ſagaci quo fuit ingenio, infirmitatem conſequentiæ perſpiciens.)*

v. 31. *Ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἵνα ἡ διακονία μου εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις.* *(ἵνα

(ἵνα ἡ διακονία μου &c. Conf. 2. Cor. 9, 12. 13. Philipp. 4. v. 11, ſeqq. agitur verò hoc loco non de miniſterio docendi, ſed de miniſterio collectas diſtribuendi, ceu patet ex coll. v. 25. & 26. Vid. etiam Actor. 12, 25. 2. Cor. 8, 4.)

v. 32. Ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ συναναπαύσωμαι ὑμῖν.

ἵνα συναναπαύσωμαι ὑμῖν, ut vobiſcum refociller, ut ex mutuo adſpectu & colloquio recreationem percipiamus.

v. 33. Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

(ὁ δὲ Θεὸς εἰρήνης. Conf. Matth. 10, 12. 13. Luc. 2, 14. 29. cap. 24, 36. Iohan. 14, 27. cap. 16, 33. c. 20, 19. ſuprà c. 5. 1. Philipp. 4, 7. Epheſ. 2, 14.)

CAP.

CAP. XVI.

V. 1. Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην, τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς.

Phœben fuiſſe *miniſtram Eccleſiæ Cenchreënſis*, Piſcator intelligit de *Miniſterio erga ægrotos.* 1. Tim. 5. v. 9. *in cura pauperum, in recipiendis exulibus.* *(Videtur fuiſſe non ex numero illarum paupercularum diaconiſſarum, quarum mentio fit 1. Tim. 5,9. ſed talis, quæ de facultatibus ſuis ſubveniret ægrotis & pauperibus. cujusmodi mulieres erant illæ, de quibus Luc. 8, 2. & 3. Talis διάκονος erat Oneſiphorus erga Paulum, 2. Tim. 1,18. Cœterùm de officio diaconorum in primitivâ Eccleſiâ, actum in Anal. ad Actor. 6,2. Conf. etiam not. ad Cap. 12, 7. *De Diaconiſſis* vid. B. Par. in Notis ad 1. Tim. 5, 9. ſeqq. it. L. de Miniſt. Eccl. §. 156. De triplici earum officio conſtat ex Clemente l. 3. Conſtit. c. 15. Epiphanio hær. 79. Vid. Coſmas Magalianus operis Hierarch. l. 1. c. 5. ſect. 2. Annot. 2. prolixiùs verò Lorinus ad Actor. 6, 6. Cœterùm meritò reprehendit Jeſuita Corn. à Lapide in h. l. illorum Pontificiorum ſententiam, qui ſtatuunt, *quòd Phœbe hæc fuerit uxor Apoſtoli, cum quâ vixerit jam cœlebs:* etenim Paulus ipſe innuptis ſe annumerat 1. Cor. 7, 8. Erronea omninò ſententia Papicolarum eſt, adſerentium, (quando illis, dum pro clericorũ cœlibatu tanquam pro aris, & focis pugnant, exempla Apoſtolorum opponuntur, ut de quibus conſtat, quòd habuerint uxores, vid. Annot. ad Matt. 8, 14. ubi obiter notandum, quòd ibi p. 480. l. 9. à fine, pro *Apoſtolorum uxores* irrepſerit per σφάλμα τυπογραφικὸν *Chriſti uxores*) quòd quidem initiò Apoſtoli uxores habuerint, poſtmodum eas penitus deſeruerint, & ab earum conſuetudine conjugali prorſus abſtinuerint. contrarium patet ex 1. Cor. 9, 5.) Cenchrearum mentio fit Act. 18, 18. * (Origenes præfat. in hanc ep. notat, quòd Cenchreæ fuerint portus Corinthi, vel fuit navale ex parte maris Ægæi ad Orientem, juxta Strabonem lib. 8. Geogr.)*

τὴν ἀδελφήν. *Sororem* vocat, propter ſpiritualem in fide Chriſti conjunctionem. *(Conf. Anal. ad Matth. c. 12, 46. c. 13, 56. it. in ep. Judæ p. 13.)*

V. 2. Ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν κυρίῳ, ἀξίως τῶν ἁγίων, καὶ παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι. καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ.

ἀξίως τῶν ἁγίων, prout decet ſanctis, verè in Chriſtum credentibus, quibus incumbit, ut fidei domeſticis benefaciant.

προστάτις πολλῶν ἐγενήθη multis ipſa aſtitit. Piſcator & Toſſ. vertunt, *multis hoſpitium præbuit.* *(Idem & Corn. à Lapide videtur. ut ita fuerit ex numero illarum, de quibus 1. Tim. 5, 10.)*

V. 3. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν καὶ Ἀκύλαν, τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

*(ἀσπάσασθε. *ſalutate.* Arabs edit. Londin. exprimit tum hîc, tum in ſeqq. verbo تقبلوا ما i.e. *oſculamini.* reſpiciens nempe ad conſuetudinem primitivæ Eccleſiæ, de quâ conſulantur auctores, magno numero in Anal. ad Matth. 26. v. 49. p. 1167. allegati. Conf. quoque in hanc rem Analect. ad Act. 20, 37. Æthiops uſus eſt hîc verbo ኣምኃ፡ quod *ſalutavit* quidem plerumque in Sc. S. notat: interea tamen aliquando etiam pro oſculo excepit, adhibetur, uti Luc. 7, 45. ubi quidem Londinenſes communiorem ſignificationem retinuerunt, vertentes *ſalutaſti*: aſt nullum dubium, quin Æthiops amoris oſculum etiam indigitare voluerit, quamvis aliàs τὸ *oſculari* exprimat per ሰዐመ፡ Cœteri ſanè Interpretes Orientales, uti Syrus, Arabs ac Perſa d. l. uſi tali verbo, quod *oſculari* ſignificat. Non incommodè videtur hîc Ieſuita Conzen monere probareque, quòd errent, qui exiſtimant, oſcula in primitiva Eccleſia promiſcua fuiſſe: Etenim à pudicitia mulierum Chriſtianarum alienum fuiſſe videtur, in publico oſcula virorum admittere. Quod ſi verò quis hodie videat, à Jeſuita quodam vel Monacho oſculum fœmellæ figi, vel etiam *clericum mulierem amplecti, interpretetur id, quòd benedicendi cauſâ hoc fiat,* juxta monitum gloſſæ ad c. Abſit 11. q. 3.)*

Πρίσκιλλαν

Πρίσκιλλαν. Vid. Act. 18 v. 2. v. 26. Luth. **die Priſcan.** *(Vulgatus h. l. legit *Priſcam*, ſed Actor. 18, v. 2. & 26. it. 1. Cor. 16, 19. ac 2. Tim. 4, 19. habet *Priſcillam*, quomodo etiam legunt Syrus & Arabs, & quidem tum hîc, tum in cœteris locis. Apud Æthiopem h. l. legitur ጠሬስቂላ፡ *Treſcila*, Sicuti 2. Tim. 4, 19. ጰሬስቂ፡ *Preſca*. Sed procul ambiguo erroneè, legendumque ጰሬስቂላ፡ *Preſcila*, ceu etiam habet idem in cœteris locis. Lutherus Vulgatum ſequutus itidem quidem h. l. ac 2. Tim. 4. aliter nomen hoc expreſſit, quàm Actor. 18. & 1. Cor. 16. Sed conſtans Interpretum ſententia eſt, patetque etiam ex contextu, quòd de eadem utrobique ſermo ſit. Tradunt Pontificii, quòd hæc ſit *Priſca* illa, quæ in Martyrol. 8. Iulii inter Sanctos invenitur. Illud ridiculum eſt, quòd Dorotheus quidam, cui Synopſis de 70. Chriſti Diſcipulis tribuitur, Priſcillam hanc in virum transformet, inter Diſcipulos Chriſti non ſolùm eam referens, ſed etiam Epiſcopatū Colophonæ ei tribuens. qualem metamorphoſin etiam cum Evodia idem ille autor inſtituit. Cur vero Apoſtolus uxorem marito hîc & 2. Tim. 4. præpoſuerit, factum Chryſoſtomus putat, quòd illa in caritate fuerit ferventior. Sed alibi ipſa etiam poſtponitur Aquilæ. Pias quoque mulieres ſalvere jubet, utpote quæ & ipſæ cohæredes gratiæ Dei. vid. 1. Petr. 3, 7.)*

*('Ακύλαν. Quis *Aquila* hic fuerit, & quàm fidele ejus in Eccleſia miniſterium, colligi quodammodo ex Actor. 18, 1. 26. 1. Cor. 16, 19. 2. Tim. 4, 19. ubi ejus mentio fit, cumprimis verò ex hoc ipſo loco poteſt. Pſeudo Dorotheus in Synopſi Heracleæ Epiſcopum eum fuiſſe, tradit. Refert Lorinus Comm. in Acta Apoſt. p. 543. quod Chryſoſtomus peculiarem homiliam in ejus & uxoris Priſcillæ laudem conſcripſerit, quam legere liceat circa finem homil. in ep. ad Romanos. Verùm in edit. Cornel. illam ipſam reperire haut eſt. In Menologio d. 14. Iulii refertur inter ſeptuaginta Chriſti diſcipulos, vocaturque ἱερεὺς *Sacerdos*, it. ξεναγὸς *hoſpes Pauli*. Chryſoſt.

ſoſt. homil. 30. in Epiſtolam ad Rom. Aquilam hunc uxoremque ejus Priſcillam inſignit *μάρτυρας ἀπηρτισμένους*, arg. præſentis loci)*

Τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ, qui in converſione multorum ad fidem Chriſtianam mihi adjumento fuerunt. Monet Toſſ. non de *publicâ Evangelii prædicatione*, ſed de *privata commonefactione* eſſe accipiendum, cùm mulieri in Eccleſia docere non ſit licitum. 1. Cor. 14. v. 34. 1. Tim. 2. v. 12. Atqui diſtinguendum inter *regulam ordinariam*, & *caſum* necesſitatis *extraordinarium*.

*(Eadem cum Toſſano exceptione ad locum hunc ſibi objectum, utitur Wendelinus Exerc. 85. §. 20. monens, *potuiſſe Priſcillam utilem Paulo navare operam, quo nomine & συνεργὸς appelletur, licet publicè non doceret.* Reſp. Si per *utilem operam* Wendelinus intelligit talem operam, quæ aliàs ordinariè Miniſterio Eccleſiaſtico competit, facilè nos habet conſentientes, ſtatque ſic firmum noſtrum argumentum, quòd ſicuti tum temporis in caſu necesſitatis extraordinariè piæ quædam mulieres potuerunt defungi operâ, Miniſterio aliâs Eccleſiaſtico ordinariè competente, ita & hodienum tale quid piis mulieribus licitum ſit, adeoque conceſſum, ut ipſæ in caſu necesſitatis Baptiſmum infantulis conferant. Et certè ipſa phraſis Paulina Miniſterium Eccleſiaſticum inſinuat, ceu ex locis parallelis, ubi vocem συνέργου Apoſtolus adhibet, patet: nec Eſtius aliud nobis perſuadet. Si porrò Wendelinus per *publicè docere* intelligit ordinarium docendi officium, itidem nos habet conſentientes: neque enim & nos aſſerimus, quòd mulieribus ordinariè in Eccleſia docere & Baptiſmum conferre licitum ſit. Quod attinet inſtantiam de Pepuzianis & Collyridianis, conſulatur de eâ B. Par. L. de Eccleſ. ſ. 186.)*

*(Q. verò hîc, *quomodo Apoſtolus potuerit mandare, ut Romæ ſalutentur illi Conjuges, Aquila & Priſcilla, cùm ipſe Athenis Corinthum, ubi epiſtolam hanc ſcripſit, veniens, Actor. 18, 2. 3. 11. ibi reperiſſe legitur Aquilam cum conjuge, qui edicto Claudii, quo omnes Judæi Româ, cùm ſæpe turbas ibi moverent, diſcedere jubebantur, & quidem juxta Oroſium l. 2. Hiſt. nono imperii ejus anno, itidem Româ ſe-*

ei illuc ſeceſſerant? Reſpondet B. D. Waltherus in Harm. Bibl. ad h. l. quòd Paulus bis fuerit Corinthi. Primò quidem, quando Athenis illuc venit, primo circiter Neronis anno, & tum Aquila cum conjuge, Româ pulſus, Corinthi adhuc vixit; deinde octennio pòſt, ſive octavo anno Neronis, quo & Epiſtolam hanc Romanis è ſcripſit, qui illis vivis ſublato Claudio denuò Romam migraverant, id quod & Aquila cum Conjuge ſua fecerat.) *

V. 4. Οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν. οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν.

*(οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς &c. Nomen ψυχῆς ponitur pro *pronomine relativo*, more Scr. S. recepto, de quo B. D. Glasſius Rhet. S. tr. 1. c. 17. initio. adducit verò in hanc rem non ſolùm exempla è ſacris literis; verum etiam ex Sciptoribus profanis. Hoc loco illud ſaltem notandum, quòd Orientales Interpp. Syrus, Arabs, Æthiops hunc ipſum loquendi modum, ubi ſeu in V. T. נפש ſeu in N. T. ψυχὴ hoc ſenſu adhibetur, ſedulò imitentur. quin etiam haud infrequens illis eſt, præſertim Syro, illud ipſum nomen adhibere, ubi in textu Græco pronomen eſt. Sic Matth. 8. v. 4. τὸ σεαυτὸν δεῖξον Syrus expreſſit ܚܘܐ ܠܢܦܫܟ ad verbum, *oſtende animam tuam*. Similiter Arabs: أرِ نفسك Æthiops verò, pro נפש utitur etiam voce ርእሰከ፡ i. e. *caput tuum*, h. e. teipſum: ita enim communiter pronomen reciprocum interpres hic exprimit, ubi etiam de rebus inanimatis ſermo eſt. Vid. Matth. 6, 34.) *

* (τράχηλον ὑπέθηκαν, i. e. *vitæ diſcrimen ſubierant*, vel parati ſuo capite meum redimere. Vid. Glaſs. Rhet. S. p. 342. Conf. ſimilis fidelitatis exemplum erga Paulum Actor. 9, 25. add. Gal. 4, 15. Videtur autem reſpicere Apoſtolus vel ad ſeditionem, Epheſi excitatam, Act. 19, 24. vel ad Corinthiacam, Actor. 18, 12. vel etiam ad aliam, quæ in ſacris litteris non memoratur.) *

v. 5. Καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν. ἀσπάσασθε ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς ἀχαΐας ἐν Χριστῷ.

τὴν κατ' οἶκον ἐκκλησίαν. Loquitur vel de ſamilia, vel de Eccleſia privatim in eorum ædibus convenire ſolita. 1. Cor. 16. v. 19; Col. 4. v. 15. Philem. v. 2. Oecumenius ὅτι πανοικεὶ ἦσαν πιστοὶ ὡς τὸν οἶκον λοιπὸν ἐκκλησίαν εἶναι, quod cum univerſa familia fideles eſſent, adeò ut tota domus eſſet Eccleſia.

* (Ἐπαίνετον. quis hic Epænetus fuerit, non certò conſtat. Dorotheus in Synopſi refert illum inter 70. Chriſti diſcipulos, ac Carthaginenſem Epiſcopum factum ſcribit. Sed ſciendum, quòd Dorotheus ille multas fabulas obtrudat.)*

* (ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, qui primus in Achaja credidit.)*

* (τῆς Ἀχαΐας. *Achajæ.* Ita quoque legunt Syrus & Arabs: Vulgatus tamen ac Aethiops habent *Aſiæ*. Similiter quoq; Primaſius. Atque hanc lectionem Hugo Grotius alteri præfert, *quippe cùm ἀπαρχὴ Achaiæ non Epænetus, ſed Stephanas 1. Cor. 16, 15. fuerit.* Legit ſanè & Origenes, tum in Comm. h. l. tum homil. 11. ſuper Numeros, quemadmodum & Hieronymus in cap. 43. Ezech. *Aſiæ*: ſicuti & Codices quidam Græci, teſte Br. Walthono in Var. Lect. ita habent: verùm melioris notæ & antiquiores Codd. Græci, quos & Chryſoſtomus atque Theodoretus ſequuntur, nec non correctiores Latini, teſte Jeſuita Conzenio, habent Ἀχαΐας, *Achaiæ.* Nec opus etiam eſt, ut τὸ ἀπαρχὴ adeò ſtrictè accipiatur, ut unicus ſaltem homo eo veniat nomine. Eſtius ſuſpicatur, *in Græcis Codd. accidiſſe mutationem ex altero loco, qui eſt 1. Cor. 16.* Verùm ſuſpicio hæc eſt, quæ vix ac ne vix quidem in tanto vetuſtiſſimorum Codd. Græcorum conſenſu locum habet.)*

v. 6. Ἀσπάσασθε Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς.

* (πολλὰ ἐκοπίασεν &c. Grato deprædicat calamo beneficia ſibi exhibita. Conf. Sirac. 29, 20. c. 37, 7. ac vide multa in hanc rem apud B. Par. in Scholâ Piet. lib. V. c. 19. Cœterùm laus fœminis eſt non otiari, ſed laborare, aliiſque ſervire.

quam

quam in rem vid. Gen. 18. 24. 1. Reg. 25. Luc. 8, 24. c. 10. Joh. 15, 12. c. 20. 1 Tim. 5.)*

v. 7. Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν, τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου, οἵτινες εἰσὶν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις, οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ.

*(Ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν. De his videatur Baronius tum in Annalibus, tum in Martyrologio. Dorotheus in Synopſi memorat, Andronicum Pannóniæ, Junian verò Apamiæ Syriæ factos Epiſcopos eſſe. Theophylactus minùs rectè per *Junian* fœminam intelligit: reclamant enim ſeqq. neque enim ſœminæ *Apoſtoli* ullibi dictæ.)*

τοὺς συγγενεῖς μου *cognatos meos*: erant enim Judæi, Rom. 9. v. 3. cap. 16. v. 31. Luth. meine Gefreundte. *(Atq; ita B. D. Hunnius in h. l. accipit monens, quòd ſenſu hoc etiam Barnabas Actor. 14, 14. *Apoſtolus* dicatur.) *

ἐπίσημοι ἐν τοῖς Ἀποστόλοις. Vel *Apoſtolorum* nomen generalius accipitur pro *ſynergis Apoſtolorum*, qui Evangelium hinc inde prædicarunt in locis illis, in quibus Eccleſiæ jamdum erant plantatæ, 2. Cor. 8. v. 23. Phil. 2. v. 25. ita reddidit Luth. welche ſind berühmte Apoſtel. Sive etiam pro *inſignibus & non vulgaribus Eccleſiæ Doctoribus*, & nobilitas illa refertur non ad genus, ſed ad munus docendi. *Apoſtoli enim*, ut inquit Auguſt. 18. de C. D. cap. 49. *fuerunt humiliter nati & inhonorati*: Sic apud Cyrillum *nobiles Grammatici*. Eccius *nobilem* vertit eum, quem Paulus Phil. 4. v. 3. σύζυγον γνήσιον vocat. Lutherus olim verterat artiger Gefehrte/ poſteà rectiùs treuer Geſell. Vel accipiendum eſt hoc ſenſu, quod ab Apoſtolis ſuerunt celebrati & laudati.

*(Huc facere videtur obſervatio, quod τὸ ἐν aliquando in Sc. S. notet *inter*. Vid. Matth. 20, 26. Luc. 16, 15. ſuprà c. 8. v. 29. 1. Cor. 2, 6.)*

*(πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ.) priùs crediderunt, ſive ad Chriſtum converſi fuerunt: ita Primaſius. Origines ex hoc epiſt. colligit, *viros hos, de quibus hic legitur, fuiſſe ex numero 70. diſcipulorum Chriſti*. Sed conſequentia haut ſatis firma eſt.)*

v. 8. Ἀμ.

v. 8. Ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν τ̃ ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ.

* (Ἀμπλίαν. Vulg. habet *Ampliatum*, quemadmodum etiam habet Ruffinus Interpres Origenis, itemque Primaſius, ſequuti procul dubio Vulgatum. Idem fortè & de Aethiope dicendum, qui habet ኣንጵሊያጦን፡ *Amplyjaton*)*

v. 9. Ἀσπάσασθε Οὐρβανὸν, τ̃ συνεργὸν ἡμῶν ἐν χριστῷ, καὶ Στάχυν τ̃ ἀγαπητόν μου.

Οὐρβανὸν, it. Στάχυν. Urbanum Macedoniæ, Stachyn verò primum Byzantii Epiſcopos conſtitutos eſſe, Dorotheus in Synopſi prodit, fuiſſeq; ex numero 70. Chriſti diſcipulorũ. Salutatur quidem Dorotheus iſte communiter Tyri Epiſcopus: ſed quòd non ſit verus Dorotheus, ac Synopſis illa multis ſcateat fabulis, teſtatur non ſolùm B. Parens meus in Patrologiâ; verùm etiam Jeſuita Bellarminus lib. 2. de P. R. C. 2. art. 27. ac cumprimis Guil. Eſtius ſuprà ad v. 5. Patet igitur, quanti roboris ſit argumentum, quod Bell. l. 2. de P. R. C. 4. art. 10. pro P. R. primatu ex Synopſi hac Dorothei petit.)*

v. 10. Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν, τ̃ δόκιμον ἐν Χριστῷ. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τ̃ Ἀριστοβούλου.

Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον ἐν χριστῷ, qui zelum fidei multis documentis comprobavit. *(Æthiops vitiosè legit ኤጠሌለን፡ *etelen*.)*

ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, ſcil. οἰκείων. *(Hujusmodi ellipſeos exempla pluſcula exhibet B. Glaſſius Gr. S. p. 156. Syrus ſupplet per ܒܢܝ̈ ܒܝܬܗ i. e. *filios domi*, ſive *domeſticos*. Arabs per اهله *incolas* ſive *domeſticos*, vel *familiam*. *Sed cur non ipſum quoque Ariſtobulum ſalute impertitur?* Reſpondet B. D. Hunnius in h. l. quòd ipſe à religione Chriſtianâ, quam ejus tamen domeſtici amplexi ſunt, alieno fuerit animo. Atque eandem quoque cauſam eſſe ſcribit, quòd nec Narciſſum ſalutet.)*

v. 11. Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τ̃ Ναρκίσσου, τοὺς ὄντας ἐν Κυρίῳ.

*(τοὺς ἐκ

*(τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου. Syrus & Arabs ellipſin eodem modo ceu præcedenti verſu complent. Æthiops itidem elliptice vertit. Primaſius ad τὸ Narciſsi, addit: *Civitas vel locus eſt.* Unde id habeat, non liquet. Sanè Orientales Interpp. ellipſin ſupplent hîc eodem modo, ceu verſu præced. nempe per Narciſsi *domeſticos ac familiares.* Licet verò Narciſſus ipſe non amplexus fuerit Chriſtianam religionem, quemadmodum nec Ariſtobulus, ceu Bibliorum Erneſtinorum gloſſæ docent, adeoque nec à Paulo ſalutentur, nihiltamen obſtat, quò minùs eorum domeſtici ſive miniſtri crediderint.) *

* (Guil. Eſtius exiſtimat, *quòd nec Ariſtobulus, nec Narciſſus à ſalutis nuncio excludantur: Ariſtobulum enim ſolitum congregare fideles in domum ſuam, i. e. fidelium conventus facere, Ambroſii commentatorem ſignificare,* ſcribit, *cùm eum nominat congregatorem fratrum in Chriſto; quid quòd ejusdem tanquam Apoſtolorum diſcipuli & martyris dies natalis in Martyrologio ad idus Martii notetur.* Idem & Conzen ſtatuit. Cœterùm ut res hæc incerta eſt, cùm in Martyrologio de alio posſit Ariſtobulo ſermo eſſe, & Commentarii in ep. Pauli Ambroſio adſcripti non ſint genuinus ejus fœtus, uti B. Par. in Patrolog. prolixè oſtendit; ita nihil hîc determinamus. Videtur tamen omninò, alio loquendi modo uſum fuiſſe Apoſtolum, ſi Ariſtobulus & Narciſſus fuiſſent credentes.) *

v. 12. Ἀσπάσασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν, τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν ἐν Κυρίῳ.

τὰς κοπιώσας ἐν κυρίῳ, vel quòd in miniſterio ægrotorum, pauperum & exulum fuere occupatæ; vel quod privatâ inſtitutione multos Chriſto lucri fecerint; vel quod ob confesſionem Evangelii multa adverſa ſuſtinuerint. *(Primam ſententiam amplectitur B. D. Hunnius in h.l. Ultimam Gloſſatores Bibliorum Erneſtinorum.) *

v. 13. Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν κυρίῳ, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ.

(Ῥοῦφον. Non videtur hic idem eſſe cum illo, cujus Marcus c. 15. v. 21. mentionem facit, ſiquidem ille apud Marcum natus fuit patre Cyrenæo; hic verò natus videtur patre Romano, quippe cùm adhuc Romæ matrem habuerit ſuperſtitem.)

ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, qui præ aliis, præclaris & eximiis donis eſt inſtructus. *(Non enim ſermo eſt de electione ad æternam gloriam, ſed ad ornandam ſpartam Eccleſiaſticam: quo ſenſu electionis vox etiam alibi in Sc. S. adhibetur. vid. 2. Par. 29, 11. Luc. 6, 13. Joh. 6, 70. Actor. 1, 2, 24. c. 9, 15. Eſt verò magnum inter hanc & illam electionem diſcrimen, quod prolixiùs oſtendit B. Par. I. de Miniſt. Eccleſ. §. 51.)*

(μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ, Illius mater naturâ & generatione, mea curâ & veneratione.)

v. 14. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς.

(Ἀσύγκριτον &c. Dorotheus itidem hos inter 70. Chriſti diſcipulos refert. Cæterùm hic, ſicuti & plerique alii hic memorati in Martyrologio Romano enumerantur. Quamvis omnia ſint incerta, quæ de illis ibi, tum etiam à Dorotheo traduntur.)

*(Ἑρμᾶν. Jeſuita Corn. à Lapide in h. l. ſcribit, *Herman hunc eſſe autorem libri*, qui inſcribitur, *Paſtor.* Idem etiam docuit Origenes in Comm. h. l. & referunt quoque opinionem hanc, nihil tamen ipſi affirmantes, Euſebius lib. 3. H. E. c. 3. ac Hieronymus in catalogo. In eadem opinione & Pamelius eſt in Annot. ſuper Expoſit. Symboli à Ruffino adornatâ. Verùm ſententiæ illi Guil. Eſtius rectè opponit, *quòd in libro Pontificali*, ubi de Pio primo agitur, (qui fuit XI. à Petro) *ſcriptum habeatur, ſub ipſius Epiſcopatu fratrem ejus Hermetem ſcripſiſſe librum, Paſtorem dictum*, illum omninò de quò Jeſuita Cornelius loquitur. Cujus rei ipſe etiam Pius in ſua prima epiſt. decretali mentionem faciat. Concludit igitur Eſtius, *non ab iſtorum alterutro, qui hîc ſalutantur, ſed multis annis pòſt ab alio quodam ſive Herma, ſive Hermete, qui frater Pii Pontificis fuerit, librum* Paſtoris *conſcriptum eſſe.* Confer plura huc facientia apud B. Par. in Patrol. ſtatim ab initio.)*

v. 15.

v. 15. Ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν, Νηρέα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, καὶ Ὀλυμπᾶν, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους.

*(πάντας ἁγίους. Guiliêlmus Eſtius ad h. l. notat, Apoſtolum fideles hos *ſanctos* vocare, idque à *verâ ſanctitate.* addit: *quoniam etſi fortè non omnes quos ſalutari vult, tales ſint, i. e. verè ſancti: communitas tamen ipſa ſanctorum eſt.* Quibus verbis ſi inſinuare vult illum errorem, quòd ad hoc, ut aliquis ſit verum Eccleſiæ membrum, ſufficiat externa tantùm fidei profesſio, errat. Vid. B. Par. Conf.Cath. art. 5. c. 1. theſi 1. gener.)*

v. 16. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

Oſculum ſanctum dicitur, quod ex corde ἀνυποκρίτῳ & caſto oritur. *(De more oſculo excipiendi in primitiva Eccleſiâ recepto, vide notata paullò ante ad v. 3.)*

*(Quæſtionem hîc movet Corn. à Lapide, *cur S. Petrum non ſalutet hîc Paulus?* & addit: *An quia nunquam Petrus Romæ fuit? ut ex h. l. contendunt Novantes.* Reſpondet verò: *Minimè; ſed cauſa eſt: vel quòd ad Petrum peculiares litteras dederit Paulus, vel quòd Petrus, utpote Judæus, ante aliquot annos Româ pulſus à Claudio Imp. etiamnum abeſſet.* Poſtremam rationem affert quoq; idem in proœmio ſuper Ep. ad Rom. p. 27. b. Sed ſi Petrus tempore illo, quo epiſtola hæc miſſa Romam fuit, inde pulſus fuit, ſequitur, quòd idem ille hautquaquã ſedem Papalẽ Romæ erexerit, eandemq; per 25. annos occupaverit. Scripta enim eſt Epiſtola hæc, juxta Cardin. Baronium A. C. 58. Petrus vero martyrio coronatus, A. C. 69. teſte eodem Cardinali in Annalibus. Cœterùm pluribus de illo Pontificiorum errore egit B. Par. Confeſs. Cathol. art. 3. C. 3. qui poteſt conſuli.)*

(αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ. Vulg. Syrus, Arabs & Aethiops inferunt *omnes.* Sed quomodo ab omnibus Eccleſiis ſalutare Romanos Paulus potuit? Reſpondet Corn. à Lapide, feciſſe Apoſtolum hoc inde, quia omnium Eccleſiarum affectum, quo Romanos ſalvere & proſperè agere cupiebant, noverat, &

quia ipſe caput omnium Eccleſiarum, omnes Eccleſias repræſentans. Conf. etiam 1. Cor. ult. v. 19.)*

v. 17. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν.

(σκοπεῖν &c. Si obſervare Romani debent eos, qui diſſenſiones excitant, ſequitur, quòd Eccleſia ſit miniſterialis controverſiarum judex. Conf Matth.7, 5. 15. Joh.10, 5. 1. Cor. 11, 13. Gal. 1, 8. 1. Theſſ. 5, 21. 1. Joh. 4, 1.)

διχοστασίας καὶ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ἐμάθετε ποιοῦντας, qui ſunt autores disſidiorum & ſcandalorum præter vel contra doctrinam, quam didiciſtis. Obſerva, ea, quæ præter doctrinam Evangelii proponuntur, etiam contra eam doceri.

*(Obſervandum hoc contra Pontificiorum effugium, ut qui ad argumentum, quod noſtrates ex Gal. 1, 8. contra traditiones eorum non-ſcriptas, quas pari pietatis affectu cum verbo DEI, Scripturis ſacris comprehenſo, acceptari volunt, formant, excipiunt, quòd τὸ *præter* ibi exprimi debeat per *contra*: id quod etiam Corn. à Lapide hîc inculcat, & alibi Bellarminus, urgentes, quòd Eraſmus τὸ παρὰ hîc exponat per *contra*. E. etiam ita Gal. 1, 8. exponi debeat. Verùm frivolæ illi Papicolarum exceptioni dudum à noſtratibus ſatisfactum eſt. Conſul. B. D. Waltherus Offic. Bibl. p. 145. B. Par. in Exeg. L. de Scr. S. §. 372. B. D. Hülſ. Manualis A. C. p. 501. quibus ex Calvinianis add. Chamierum h. l. Panſtrat. Joh. Crocium in AntiBecano part. I. p. 233. b. Urget quidem Corn. à Lapide, quòd Eraſmus ipſe per *contra* τὸ παρὰ hîc expreſſerit. Reſp. Eraſmo opponimus Interpretem Vulgatum, qui vertit per τὸ *præter*, tum hîc loci, tum Gal. 1, 8. ubi etiam ipſe Eraſmus reddit per *præter*. Scimus præterea, quòd major ſit apud Pontificios autoritas Verſionis Vulgatæ, quàm Eraſmi, quem pro SemiChriſtiano Bellarminus habet. Nec nos etiam Eraſmi verſionem authenticam habemus. Utut verò τὸ παρὰ hîc rectè vertatur per *contra*, ſicuti etiam ab Arabe & Æthiope hîc factum videmus, non tamen ſequitur, E. etiam Gal. 1, 8. ita

ex-

exponi debet. Contrarium patet ex ſeverâ DEI prohibitione, ne quid verbo ejus revelato, inque Scr. S. comprehenſo addatur. Conſ. Deuter. 4, 2. c. 12, 32. Prov. 30, 5. Apoc. 22. v. 18. 19. add. etiam 1. Cor. 4, 6. 1. Tim. 6, 3. Adde etiam in hanc rem, quæ de Scr. S. perfectione, & traditionum Apoſtolicarum, quas Pontificii vocant, confictione ſiſtit B. Par. Conſeſs. Cathol. lib. 1. Gener. part. 1. c. 1. & part. 2. c. 5.) *

Duo munia Eccleſiaſticarum perſonarum circa hæreticos, 1. σκοπεῖν 2. ἐκκλίνειν, quod eſt odio quodam averſari & declinare. 1. Cor. 5. v. 11. 2. Theſſ. 3. v. 14. 2. Ioh. v. 10, *(Confert cum præſenti loco B. D. Bald. Caſ. Conſc. p. 1053. dicta 2. Tim. 2, 25. c. 4, 1. ſeqq. it. pag. 1147. locum Actor. 20, 30. Atque ex hoc ipſo etiam colligit, quòd tales pertinaces hæretici nec honeſtè ſepeliendi, ſed ſepulturâ aſini afficiendi ſint. De gravi porrò illorum pœnâ, qui ſeditiones movent ac ſcandala præbent, vid. Matth. 18, 7. ſeqq. Gal. 5, 12.)*

Puteanus ex voce *accepiſtis* traditiones confirmare nititur. *(Jeſuita quoque Benedictus Iuſtinianus in Comm. h. l. monet, & quaſi ex h. l. colligere ſatagit, *quòd veriſſimum Catholicæ doctrinæ argumentum ſit, ſi cum Apoſtolicis traditionibus congruat*. Eſtius itidem monet, *notandum hîc eſſe, Apoſtolum non dicere* præter Scripturam Sacram. *Nam ea*, ſcribit, *cùm ſit multis locis obſcura, facilè detorquetur in alienam & falſam ſententiam; ſed* præter doctrinam, quam didiciſtis, i. e. *contra doctrinam, vobis initio traditam*. *Facit igitur*, concludit Eſtius, *locus hic imprimis pro traditionibus non-ſcriptis*.)* Sed in Græco eſt ἐδιδάχθητε, quòd non tantum de viva voce, ſed etiam de ſcripto dicitur 2 Theſſ. 2, 2. Rom. 15, 4. Neq; verum eſt *accipere* ad aures, *tradere* ad os tantùm referri. Nam ſi hoc eſſet, tum nulla traditio eſſet ſcripta.

* (Quod fortè etiam ſecum perpendit Jeſuita Cornel. à Lapide in h. l. unde licet τὸ παρὰ per *contra* juxta Eraſmum, (quem aliàs Jeſuitæ non magni æſtimare ſolent, ceu conſtat, quòd Bellarminus lib. 1. de V. D. c. 9. *SemiChriſtianum* eum ſalutet,) exponat, quò nempe traditiones mantello illo con-

ſueto, quòd videl. non ſint contra verbum ſcriptum, ut ut præter illud ſint, tegat: non audet tamen ex h. l. traditiones adſtruere. nec illarum quoque in Comm. h. l. mentionem facit Jeſuita Tirinus, quaſi hinc adſtrui posſint. Sed urget Puteanus, *quòd tum nihil ad Romanos ſcripſerit Apoſtolus.* Reſp. Ergò nullam aliàs Scripturam divinam legere illi ipſi potuerunt, nec Paulus etiam, ut hoc facerent, adhortatus, vel ne facerent, dehortatus illos eſt. Sed hoc à Chriſti & Apoſtolorum more alienum. Vid. Joh. 5, 39. Actor. 17, 10. 2. Tim. 3, 15. Poſito verò, quòd Apoſtolus Paulus vivâ ſaltem voce eos informarit, non tamen ſequitur, dari, præter verbum ſcriptum, traditiones alias non-ſcriptas, ad quas Apoſtolus auditores ſuos remittat. Imò potiùs cùm illud ipſum verbum cœleſte, *quod* Apoſtoli *primùm* vivâ voce prædicarunt, ſive *præconiaverunt, poſtea per DEI voluntatem in Scripturis nobis tradiderint, fundamentum & columnam fidei noſtræ futurum*, ceu ſcriptor antiquisſimus & Apoſtolis admodùm propinquus, Irenæus l. 3. adv. hæreſ. c. 1. p. 169. teſtatur, evincere priùs Pontificii debent, quòd aliud ſive alia doctrinæ cœleſtis capita Apoſtolus Romanis prædicârit, quàm poſtea in epiſtolis ſuis nobis reliquit. Denique nec hoc omittendum, quòd ſi hic locus agit de traditionibus Apoſtolicis, quas Pontificii reconditas adſervant, & τὸ παρὰ non per *præter*, ſed per *contra* exponi hîc debet, ſequatur, quòd Apoſtolus non improbârit traditiones, ſi quæ præter Apoſtolicas traderentur, modò illæ non ſint contra Apoſtolicas, ſive Apoſtolicis contrariæ & ſic cuilibet integrum præter Apoſtolicas, in quibus tamen Pontificii acquieſcere videri cupiunt, alias proferre traditiones, modò Apoſtolicis non ſint contrariæ.)*

*(καὶ ἐκκλίνατε. Urgent hunc locum Papicolæ pro conformitate cum Eccleſia Romana, quam omnibus neceſſariam eſſe volunt, ſi cupiant eſſe membra vera Eccleſiæ. Vid. Becanus in Manuali. Verùm rectè monet Grotius in AntiBec. quòd Apoſtolus juſſerit, ut vitent Romani eos, qui diſſenſiones movent contra doctrinam ab Apoſtolis traditam: non verò ab hominibus confictam, qualis ea eſt, quam Pontifices Romani

mani hactenus tradiderunt, & pro qua tanquam pro aris & focis depugnare aulæ Romanæ adſeclæ ſolent. quàm verò doctrina hæc diverſa ſit à doctrina Apoſtolorum recenſet dictus Crocius in AntiBec. t. 1. p. 756. 757.)*

v. 18. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων.

(δουλεύουσι τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, i. e. carnalibus voluptatibus indulgent. Conf. Phil. 3, 19, Tit. 3, 3. c. 2, 3.)

διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, per blandiloquentiam & aſſentationem corda hominum minimè malorum ſeducunt.

Tales χρηστολογίαι ſunt blandi ſermones & perſuaſibilia argumenta hæreticorum. Schmeichelrede. *(Patet hinc, quòd Eccleſia militans non ſit omni ex parte pura, ſed quòd bonis immixti mali ſint, ut illi probentur. Conf. Matth. 13, 22. 30. 1. Cor. 11, 1. ſeqq.)*

(τῶν ἀκάκων. dicuntur ita ſeducti ab hypocritis, non quaſi omni careant culpâ: aberrant enim à Chriſto; ſed quia non ex malitia, ſed ex ſimplicitate ſeducti fuerunt. carent non omni κακίᾳ, ſed μοχθηρίᾳ. ſunt parùm aſtuti. unde etiam factum, quòd adeò facilè per χρηστολογίας hæreticorum potuerint ſeduci: dicuntur igitur ἄκακοι non ἁπλῶς, ſed συγκειμένως, reſpectu ſeductorum.)

v. 19. Ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. χαίρω οὖν τὸ ἐφ᾽ ὑμῖν. θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν.

ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. Fidei veſtræ obædientia omnibus nota & celebrata eſt: ideò vobis indignum foret, ſi ab Evangelii veritate ad erroneas doctrinas ſeduci vos pateremini. *(Magnum gaudium fidelibus Eccleſiæ Dd. excitant, ſi auditores in fidei ſinceritate & vitæ ſanctitate perſeverent, ita ut eorum ſalutari corona ac gloria posſint. Vid. Philip. 4, 1. 1. Theſſ. 2, 19. Pontificii ex h. l. Primatum Papæ ſtabilire

ſtre ſatagunt. Sicuti etiam Corn. à Lapide lectorem ad Comm. ſuum ad c. 1, 8. remittit, ſed argutiis illorum à B. P. ſatisfactum ſuprà ad C. 1, 8. Conf. idem Confeſs. Cathol. t. 1. p. 541. Add. Marc. Anton. de Dominis lib. IV. de Repub. Eccleſ. p. 534. Flac. Clav. Sc. S. t. 2. p. 425.)*

θέλω ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. Exponit Apoſtolus illud Chriſti Matth. 10. v. 16. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

V. 20. Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετ᾽ ὑμῶν.

*(συντρίψει, *conteret.* Eodem modo legerunt Primaſius & Ambroſius in h. l. quin & Codd. quidam Verſ. Vulg. MSS. teſtibus Laur. Vallâ ac Guil. Eſtio. Recepta tamen lectio V. V. habet *conterat*, quam & B. Lutherus ſequutus eſt. Orientales adhibent verbum futuri temporis, quod verti poteſt tum *conteret*, quomodo Arabem hîc exponunt Londinenſis, tum etiam *conterat*, quomodo iidem interpretati ſunt Syrum & Aethiopem. Cœterum Hugo Grotius Annot. ad Johan. 8, 58. ſcribit, *exponi h. l. ab Apoſtolo prot Evangelium Gen. 3, 15. atque reſpectu illius prædictionis, conſtitutionis, ſive ordinationis divinæ* cenſet, *Chriſtum de ſe, Joh. 8, 57. dicere, quod ante Abrahamum fuerit.* Reſp. Facilè equidem largimur, quòd Chriſtus ab æterno ordinatus fuerit mundi Salvator, qui contereret caput ſerpentis infernalis. Atque huc etiam reſpiciunt loca Joh. 17, 5. Apoc. 13. 8. 1. Pet. 1, 20. à Grotio adducta: ſed negatur, quòd Chriſtus vel tantùm, vel ſaltem præcipuè eo reſpectu fuerit ante Abrahamum. Patet enim ex ſcopo d. l. quod Salvator hoc contra Judæos aſſerat, fuiſſe ſe ante Abrahamum, verum æternumque Deum. Ut proinde τό *Ego ſum* ſit non vox officii, ſed perſonæ, ex Exod. 3, 14. deſumta. Conf. B. Par. Diſpp. Iſag. 5. c. 1. §. 18.)*

Q. v. Quomodo id, quod hîc ab Apoſtolo dicitur, conveniat cum Coloſs. 2. v. 15. Reſp. Chriſtus contrivit Satanam, ne posſit lethale vulnus credentibus infligere, quia *nihil condemnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto*, Rom. 8. v. 1. interim permittit adhuc Satanæ

tanæ & Angelis ejus, ut fideles vexent ac moleſtent, unde illi adhuc expectant redemtionem corporis ſui, ut in eod. cap. v. 23. Apoſtolus loquitur. Diſtinguendum inter victoriam, quam Chriſtus ex duello cum Satana retulit pro nobis, & inter victoriam, quam adhuc ex pugna contra Satanam refert in nobis. Diſtinguendum etiam inter *victoriam ex pugna*, & inter *plenariam liberationem á pugna*.

* (Ita exponit quoque Joh. Piſcator Herborn. in Scholiis, quam expoſitionem approbat etiam B. D. VValtherus Cent. Miſcell. Theol. p. 96. additq;: *Conteret enim Deus pacis Satanam penitus in die noviſſimo, ubi hæreſes, & ſcandala omnia ſuum habebunt finem: & quia dies ille noviſſimus quotidiè imminet, ideoq; Paulus* citò *id futurum dicit*. Idem B. D. Waltherus in H. B. h. l. ſimiliter diſtinguit inter *victoriam ex pugna*, & plenariam liberationem *á pugnâ*. De illâ loquitur Apoſtolus Coloſs. 2, 15. de hac impræſentiarum. Licet enim Chriſtus nos liberarit ex pugna, ne Diabolus prævalere nobis posſit, cùm certi de victoriâ eſſe posſimus; permittit tamen, ut Diabolus pios adhuc oppugnet, quò in fide probentur, ad preces excitentur &c. Interea plenaria liberatio etiam á pugna in die extremo quoque illis obtinget, poſtquam nempe Diabolus in carcerem infernalem fuerit projectus, contrà verò pii in æterna tabernacula ac pacis habitacula translati, Eſa. 32, 18. Luc. 16, 9. Addit idem B. D. VValtherus d. l. quòd Chriſtus quidem jam retulerit victoriam de Satanâ *pro nobis*; ſupereſſe verò, ut adhuc eandem contra Satanam obtineat *in nobis*: quod fit, quando fortiter divino adjuti auxilio contra Satanæ tentationes & ſuggeſtiones pugnamus. Add. Eph. 6, 11. Apoc. 12, 11. Conferatur idem B. D. VValtherus in Quadr. Miſcell. Theol. Diſp. 2. §. 72. Porrò Corn. à Lapide in h. l. rectè notat, quòd Apoſtolus alludat ad Gen. 3, 15. ſed errat, quando ibi legit *ipſa*, idque communi Pontificiorum errore, quem ſolidè refutavit B. D. Glasſius in ſingulari Diſp. hîc Jenæ An. 1625. habita. Add. B. Par. Comm. in Gen. ad d. l. Fatetur tamen Cornelius, quòd textus Ebræus directè habeat הוא i. e. *ipſe Chriſtus*. B. D. Tarnovius in Exerc. Bibl. ad Eſ. 14. 12. putat, cum h. l. conferenda eſſe dicta, Luc. 10, 18. Apoc. 12, 9. 10.)*

Cccc Poteſt

Poteſt etiam explicari hoc modo: Chriſtus, qui juxta primã promisſionem contrivit caput ſerpentis, det, ut ipſius virtute, per SS. nobis communicata pedibus conculcemus Satanam, conantem nos ſeducere falsâ doctrina, ac Chriſtus in tentationibus facit nos victores Satanæ. *(Deo igitur in hujusmodi tentationibus Satanæ confidamus, certi, quod ille, qui in nobis bonum opus cœpit, hoc ipſum etiam perfecturus ſit. Vid. Philipp. 1, 28, 29. 1. Pet. 5, 10. Primaſius cum hoc loco confert promisſionem Chriſti Luc. 10, 19. Verùm licet Chriſtus etiam de poteſtate ſuper ſerpentes & ſcorpiones, tum corporales, tum etiam ſpirituales loqui d. l. videatur, Apoſtolus tamen ſaltem de poteſtate ſuper ſpirituales ſerpentes loqui videtur. Quomodo & Interpp. plerique h. l. accipiunt.)*

*(ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης, *DEus pacis.* De Chriſto ſermo eſt, ceu ex ſeqq. intelligitur, qui *princeps pacis*, Eſa. 9, 6. *DEus ille benedictus*, Rom. 9, 5. *ſemen benedictum*, conterens caput Serpentis infernalis, Geneſ. 3, 15. Quo ſenſu verò etiam piis aliquando capitis ſerpentini contritio tribuatur, exprimit B. D. Glaſs. Gr. S. p. 900. diſtinguens inter *primam capitis ſerpentini contritionem*, & inter *victoriæ* inde *reportatæ communicationem*.)*

V. 21. Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου, καὶ Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος, οἱ συγγενεῖς μου.

Hujus Timothei fit mentio Act. 16. v. 1. Phil. 2. v. 19. 1. Theſſ. 3. v. 2. eſt is ad quem extant duæ Epiſtolæ ab Apoſtolo ſcriptæ.

καὶ Λούκιος. *Lucii* nomine hìc intelligendum eſſe Lucam Evangeliſtam, negat Baronius in additionibus ad Martyrologium 18. die Octobris & die 22. Aprilis, quod colligi putat ex Menologio, in quo Lucius quidam Chriſti diſcipulus reperitur, eodem Aprilis die. Sed mutavit poſtea ſententiam tom. 1. annal. Ann. Chriſti 48. Veriſimile enim eſt, eundem eſſe, qui hìc *Lucius*, & qui alibi *Lucas* appellatur; Hujus ſententiæ aliquos fuiſſe, ſcribit Origenes in c. 16. Rom. Tenet idem Lyra & Salmeron h. l. Neq; enim veriſimile videtur, cùm tot Pauli diſcipuli ac ſocii in extrema ad Romanos Epiſtola nominentur, qui tunc erant Corinthi, unde data eſt Epiſtola, prætermittendum fuiſſe Lucam, *individuum Pauli comitem*, ut Hieron. eum appellat, qui erat eodem tempore Corinthi, ut ex Act. 16. & 20.

capp.

capp. planum fit, qui aſſiduam, longam ac ſtrenuam operam cum Paulo navavit Evangelio, cujus etiam nomine cum aliis plurimis ſalutat Philemonem. Conf. Sanct. præf. in Acta. *(Eandem ſententiam amplectuntur & alii expoſitores. Vid. quoque quæ in rem hanc habent Iuſtinianus & Eſtius ad h. l.)*

v. 22. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν Κυρίῳ.

*(Τέρτιος. Rectè notat Corn. à Lapide, errare illos, qui hîc legunt *Terentius*. Addo quòd Orientales quoque Interpp. legant *Tertius*, non *Terentius*. Errat quoque Diodorus Tarſenſis, ſcribens, quòd *cùm Tertius hic parùm eſſet ſermone peritus, nec ſatis in ſcribendo exercitatus, epiſtolam, quæ propter multitudinem ac ſublimitatem quæſtionum cæteris Pauli epiſtolis obſcurior eſt, longè reddiderit obſcuriorem, dum ſenſus & cogitationes Pauli elocutionibus interdum confuſis & inabſolutis ſententiis, ac transpoſita nonnunquam ordinis ſerie conatus fuerit explicare.* Verùm nullum dubium, quin ipſe Apoſtolus eo ordine ac modo, quo Epiſtola hæc à Tertio ſcripta eſt, conceperit, & quaſi ad calamum Tertio dictarit, vel deſcribendam Tertio dederit: quomodo etiam Syrum hîc Treſtius exponit, quem & Londinenſes ſecuti ſunt. Verùm Syrus tali verbo hîc utitur, nempe ܟܬܒ, quòd in genere *ſcribere*, non *deſcribere* ſignificat. quemadmodum & eodem verbo, videl. كتب, & Arabs hîc uſus. Cœterùm minimè veritati conſentaneum eſt, quòd Tertius auſus fuerit. pro lubitu epiſtolam Pauli mutare. Porrò Dorotheus ac Diodorus Tarſenſis volunt, quòd Tertius hic poſtmodum Tarſenſis factus fuerit Epiſcopus. eundem & Martyrio coronatum eſſe, tradunt Martyrologia ad d. 21. Iunii.)*

v. 23. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης. ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος, ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως, καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός.

(Γαῖος. Monent Corn. à Lapide, aliiq; Interpp. ſequuti Bedam in Martyr. ad Gajum hunc ſcripſiſſe Johannem tertiam ſuam epiſtolam Catholicam. Quis verò Gajus hic fuerit, prolixè diſſerit Cornel. à Lapide Comm. in 3. ep. Johannis.)

*(καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, intellige, quæ Corinthi erat, vel

quotquot ex fidelibus apud eum divertebantur. Vulgatus minùs rectè habet in nominativo: & univerſa Eccleſia. Reclamant non ſolùm Codd. Græci, quod ipſe Corn. à Lapide largitur, ſed & Interpretes Orientales, cumprimis verò Arabs, ita hunc locum vertens: Salutat vos Gajus hoſpes meus وضايف الجماعة كلها *& hoſpes Eccleſiæ totius.* Æthiops reddidit: ወበዓለ፡ አብያተ፡ ክርስቲያንቱ፡ i. e. *& omnium domuum Chriſtianarum.* i. e. Eccleſiarum: ita enim nomen Eccleſiæ Interpres hic circumſcribere ſolet.) *

*(Ἔραςος. Monet Primaſius, Eraſtum hunc eundem eſſe cum eo, cujus Actor. 19, 22. [ac 2. Tim. 4. 20. mentio fit. Dicitur verò hic quæſtor ærarii civitatis, puta Corinthi, non quòd adhuc tum talis eſſet, ſed quòd antè fuiſſet, quomodo Abigail 2. Sam. 2, 2. dicitur *uxor Nabal.*) *

*(ὁ οἰκόνομος. Vulg. *arcarius.* rectiùs *quæſtor ærarius.*) *

Quartus frater, h. e. fidei Chriſtianæ conſors, & ſic noſter in Chriſto frater.

v. 24. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

*(ἡ χάρις &c. Commune hoc Apoſtoli votum. Conf. ſupra c. 1, 7. 1. Cor. 1, 2. Gal. 1, 3. Eph. 1, 2. Phil. 1, 2. Col. 1, 2. 1. Theſſ. 1, 1. 2. Theſſ. 1, 2. Omittitur quidem hîc vox εἰρήνη, quæ in locis allegatis addita conſpicitur; ſed exinde minimè aliqua textûs corruptio colligenda, cùm Codd. Græci, quos & Syrus & Arabs ſequuntur, conſtanter hîc eam omittant. Quemadmodum igitur in epiſtolis ad Timotheum vox ἔλεος præterea inſeritur, quæ in cœteris locis non legitur, ita nihil obſtat integritati textûs, ut ut vox εἰρήνη hîc non adſit. Cœterùm Æthiops verſiculum hunc prorſus hîc prætermittit: cui rei occaſionem fortè præbuit; quòd ſeqq. verſiculi in Codd. nonnullis Græcis capiti 14. annexi. quemadmodum & Arabs eosdem non hîc, ſed in fine capitis 14. legendos exhibet.) *

v. 25. Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου, χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου.

*(Τῷ

(Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς &c. Notant nonnulli, verſiculum hunc cum duobus ſeqq. in multis Codd. deſideratum fuiſſe. Unde etiam Melchior Canus corruptionem textûs Græci authentici probare inter alia hinc ſategit. Verùm notandum 1. quod licet in hoc capite verſiculi hi in pleriſque Codd. Græcis (errat Conzen. adſerens, *quòd Codd. pleriſque Græci hîc eos collocent*) deſiderati fuerint, iidem tamen in fine Capitis 14. lecti contrà fuerint, ceu Robertus Stephanus ad marginem Teſtamenti ſui ad finem Cap. 14. hæc adjecit: ἐνταῦθα κεῖμεν ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις γεγραμμένα τάδε: τῷ δὲ δυναμένῳ &c. Idemq; de ſuis, quos Londinenſes contulerunt, teſtantur Codd. Græcis. Aliud verò eſt, verſiculi alicujus tranſpoſitio, aliud textûs authentici corruptio. 2. quòd Chryſoſtomus verſiculum hunc in homiliis ſuis & proximè ſeqq. 26. & 27. itidem poſt Caput 14. & quidem homiliâ 27. quod etiam factum à Theophylacto itemque Oecumenio, explicet. 3. quòd Arabs itidem tres hos verſiculos Capiti 14. adjunxerit. 4. quòd id factum fortè inde fuerit, quoniam Marcion, uti Origenes ac Hironymus notarunt, non ſolùm hos verſiculos, ſed etiam reliqua omnia, quæ in c. 15. & 16. ſequuntur, tanquam à gravitate Apoſtolicâ alieniora, quippe nil niſi adhortationes & ſalutationes exhibentia, rejecit. 5. quòd nihilominus Eccleſia, fraudes Marcionis deprehendens, omnia hæc ut genuinam textûs authentici partem retinuerit: quemadmodum etiam cuncta hæc tum apud Syrum, tum apud Arabem, tum Æthiopem quoque leguntur, niſi quòd Arabs, uti jamtum monitum, Capiti 14. eadem ſubjecit; Æthiops verò verſum 24. omiſit. Vid. etiam notata ſuprà ad c. 14, 23. Cœterùm Jeſuita Corn. à Lapide ad h. v. adnotat, quòd prædicatio Evangelii ſit prædic. magni illius myſterii, quod tota hac epiſtola tractatum: ſcil. *omnes omninò homines, etiam gentiles & paganos, juſtificari ex fide Chriſti, idq; gratis, & ſine ullis cujusquam meritis.* quæ verba orthodoxa prorſus videri poſſint ac conformia noſtræ doctrinæ de gratuita juſtificatione per fidem. Sed ſciendum, quòd loquatur Cornelius de *juſtificatione*, quam vocare Pontificii ſolent, *prima*, non de *ſecunda*, quam gratuitam eſſe, ac merita noſtra excludere, alibi pertinaciter & ipſe negat. Vid. Comm. ejus ad Rom. 2, 6. c. 3, 8. 2. Cor. 4, 17. &c. Quòd verò diſtinctio illa Pontificiorum inter juſtificationem primam & ſecundam, in præſenti negotio non habeat locum, alibi oſtenſum. Vid. etiam B. Par. L. de B. O. §. 82, ſeqq.) *

* (τὸ ἐυαγγέλιόν μυ. Plerique veteres ſtatuunt, quòd Apoſtolus vocem *Evangelii* hîc accipiat pro hiſtoria Evangelica, quam Lucas juſſu Pauli conſcripſerit, referente Nicephoro l.2. H. E. c.53. &c. ex Dorotheo Cyri Epiſcopo, & eo modo putant nonnulli ſumi quoque vocem *Evangelii* 2. Corinth. 8,18.) *

* (κήρυγμα Ιησῦ χειςῦ. Conf. Joh.1,8. Ebr. 1,2.) *

*(κατὰ ἀποκάλυψιν. Vid. etiam Eph.1,9.c.3,3.9. Coloſs.1,26.) *

*(χρόνοις αἰωνίοις. Atqui ſicut mundus non fuit ab æterno, ità nec tempus datur æternum. Reſp. Anſelmus, dici tempora æterna non ſecundùm rem, ſed ſecundùm imaginationem, quâ ſcil. fingimus, ante mundum æternitati coëxtitiſſe. Licet igitur Evangelium in tempore demum fuerit prædicatum, fuit tamen ab æterno ratione decreti divini, ab æterno facti. Conf. Eph.3,9.Col.1,26. 2.Tim.1,9. Tit.1,2. Apoc.14,6. Eſtius vult, per tempora æterna h. l. intelligi univerſum tempus, quod præceſſit, ut quod alibi, uti 2. Tim. 1. & Tit. ab Interp. Vulg. vocetur *tempora ſecularia*, quæ verſio etiam magis congrua ſit.) *

ςηρίξαι, in fide ſcilicet Chriſti.

κατὰ ἀποκάλυψιν τῦ μυςηρίυ, *juxta revelationem myſterii*. Intelligit idem quod per Evangelium ſuum & prædicationem Jeſu Chriſti antea expreſſerat. Luth. reddidit **durch welche (Predigt) das Evangelium offenbaret iſt.** * (Conf. Joh.1,18. 1.Tim.6,16. Ebr.1,2.) *

τοῖς χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημενῦ. Intelligendum hoc vel *ratione modi & gradus, quod non tam clarè & apertè Evangelium* prædicatum fuit, vel quòd *gentilibus* non fuit manifeſtatum, Eph.3.v.9.Col.1,v.26. vel *ratione objecti*, vel etiam *per Evangelium* intelligitur *publicum de Chriſto jam exhibito præconium*; minimè verò hoc inſinuatur, quaſi in V. T. nihil ſciverint de Evangelio, ſive de gratuita peccatorũ propter Chriſtum remisſione: ſtatim enim additur, quòd per Prophetarum ſcripta ſit manifeſtatum. Conf. ſuprà c.3,21. 1.Petr.1,9. *(B.D.Calixto in Expoſ. litterali hujus loci, verba hæc non tam videntur attinere doctrinam Evangelii de Chriſto, quàm vocationem gentium, ceu ipſe Apoſtolus Epheſ. 3,3. ſeqq. ita explicet. Faciunt etiam huc Eph.1,9. Coloſſ.1,26. Solet tamen aliàs in genere ex h. l. probari, quòd doctrina cœleſtis & ſalvifica de Chriſto non ſit naturâ nobis poſt lapſum nota. Conf. Matth.16,17. Cœterùm quod verba hæc non in rigore, abſolutè vel κατὰ τὸ ῥητὸν accipienda, quaſi DEUS nunquam de myſterio hoc, quo de hîc ſermo eſt, quicquam locutus eſſet, ſive per ſe ſive per

Pro-

Prophetas: ſed quia ſic erat propoſitum, ut tamen obſcurum maneret, h. e. ut major in N. T. lux acceſſerit, rectè quoque monet Calvinianorum doctiſſimus Daniel Chamier in Panſtratia t. 1. lib. 15. c. 13. § 12. ut ita ex h. l. adſtrui non poſſit ſententia illa Calvinianorum, *quaſi Deus in V. T. non omnes homines vocârit, quoniam doctrina de Chriſto fuerit tum myſterũ abſconditũ*. Etenim licet doctrina hæc in V. T. non tam clarè, ceu in N. T. attamen omninò fuit revelata & hominibus patefacta, à quâ etiam vocationis gratiâ nemo per abſolutum aliquod Dei odium excluſus fuit. Conf. B. D. Hunnium in h. l. Huc facere videtur ille canon, in Sc. S. expoſitione probè notandus, quòd nempe in Sc. S. quædam videntur abſolutè & ἁπλῶς negari, quæ tamen συγκριτικῶς ſaltem negantur. Vid. B. D. Glaſſium Gramm. Sacr. p. 487. ſeqq. it. Analecta ad Matth. 9, 13.)*

1. Gentibus myſteria Chriſti & dogmata ſpiritualia maxima ex parte *ignota* fuiſſe, concedimus. Judæi tamen, qui habuerunt legem & Prophetas, ea non ignorarunt. 2. Hebræi pro ſua ætate multò *obſcurius* viderunt ſalutis noſtræ myſteria, quã nos, quia vaticinia clarius percipiuntur cùm evenerunt, quam cum adhuc non ſunt completa. 3. Eſaias clariſſime de Chriſti paſſione ac reſurrectione vaticinatur. Etiam pueri in Hiſtoria Evangelica norunt, Meſſiam fore filium Davidis. Scribæ & Phariſæi locum nativitatis nominant. Vocatio gentium in multis locis prædicta extat. Paulus & antiqua tempora comparat temporibus ſuis, & myſterium tacitum myſterio revelato patefactoq;. Et quia illud tacitum conſtat non eſſe κατὰ ῥητὸν intelligendum, quaſi nunquam de eo Deus quicquam locutus eſſet, ſive per ſe, ſive per Prophetas; ſed quia ſic erat propoſitum, ut tamen obſcurum remaneret. Ergò illud revelatum ſive patefactum, ita nobis interpretandum eſt, ut ſignificet, illam ipſam obſcuritatem amotam, ut non jam per ambages & ænigmata, ſed perſpicuè, dilucidè, explicatè omnibus annunciatum. * (Benè proinde B. D. VValtherus in H. B. ad h. l. monet, quòd quidem & Judæi in V. T. Evangelium habuerint, & quidem triplici modo, 1. in promiſſionibus. 2. in prædictionibus. 3. in typis & ſacrificiis, quo tamen non obſtante, manere myſterium abſconditum 1. *rations cognitionis*, quia ſalutaris hæc doctrina non naturâ nobis nota eſt. 2. *ratione revelationis*, quia hodie longè illuſtriùs propoſitum, quàm antehac. vid. ſuprà c. 13. 11, 12. 3. *ratione promulgationis*, quia jam longè lateque inter gentes dilatatum. Confer etiam Analecta ad Coloſſ. 1, 26.)*

v. 26.

V. 26. Φανερωθέντος δὲ νῦν, διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ, εἰς ὑπακοὴν πίστεως, εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος.

*(*Nunc verò factum eſt manifeſtum.* Patet hinc, quòd, licet myſteria fidei, quia res cœleſtes & divinæ ſunt, adeoq; captum noſtrum ſuperant, priusquam nobis divinitùs revelentur, admodùm obſcura ſint, ex quo tamen per Sc. S. nobis revelantur, fiant manifeſta & clara, ita ut ea ipſa, quantum nobis ad ſalutem cognitu de iis neceſſarium eſt, ſatis ex Sc. S. intelligere poſſimus.)*

(εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Conf. Matth. 28, 19. Marc. 16, 15. Actor. 17, 23 Rom. 10, 18. Coloſſ. 1, 6.)

V. 27. Μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

(αἰωνίου θεοῦ. Conf. Eſ. 40, 28. Daniel. 7, 13. Pſal. 90, 8. Pſ. 102, 27. 1. Tim. 1, 17. Ebr. 1, 12. Apoc. 14, 8. c. 4, 8. c. 11, 17. c. 16, 5.)

(**Soli ſapienti DEO honor & gloria per Chriſtum Jeſum.*) Hunc locum urgent Tranſylvani contra Deitatem Chriſti. Reſp. Auguſtinus lib. 3. contra Maximin. cap. 13. de tota Trinitate dici, cui per Chriſtum defertur honor. Nam cum Chriſtus *Deus* & *homo* ſit, ut *Deus* honorem recipit cum Patre & Spir. S. ut *homo* illum defert. Detulit autem, cùm prædicavit Trinitatem, & juſſit baptizari omnes gentes in nomine Patris, Filii & Sp. S. *(Conf. etiam ſupra c. 9, 5. 2. Pet. 3. 18. Judæ v. 25. Apoc. 1, 6. c. 5, 13, pulchrè quoque noſtram ſententiam approbant Chryſoſtomus, Oecumenius. h. l. Contra Crellium Socinianum, qui itidem ex hoc loco veram Chriſti Deitatem impugnat, obſervanda quæ ſint, Vide in Analectis ad Ioh. 17, 3.)*

(*μόνῳ. Vid. Anal. ad Matth. 19, 17. Conf. 2. Macc. 1, 14. 1. Tim. 1, 17. c. 6, 16. Iud. v. ult.

(σοφῷ. Conf. 1. Sam 2, 3. Iob. 11, 7. c. 12, 13. Prov. 8, 22. Dan. 2, 20. 21. Pſ. 36, 7. 147, 5. Eſ. 40, 13. 28. vid. etiam notata ſuprà ad c. 11, 33. Intelligitur hîc Sapientia infinita, immenſa, independens, immutabilis &c. quæ ſoli æterno DEO convenit.)

V. 28. Πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας.

(πρὸς Ῥωμαίους &c. quantum his epiſtolarum Paulinarum tribuendum ſubſcriptionibus ſit, monebitur in Analectis ad Phil. 4. v. ult.)

F I N I S.